



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





Polem 1292<sup>a</sup>

Hirschelmann



8 Polem 1292<sup>a</sup>

Hindelman







# MEDULLA

Celebriorum Contro-

*versarum Fidei, Monacense*  
*Qua*

*Internos Catholicos, Lutherum,*

*Calvinum, Græcos & Hebræos*

*Ord. Gen. vertunt. S. Augustini*  
*Expressa*

Ex sacra Scriptura, sanctis Patri-  
bus, Concilijs,

*Doctoribus, rationibus ac propria*  
*praxi*

**A. P. F. FABIANO**  
**HINCKELMANN,**

Ord. Minor. S. Francisci Reformat. Pro-  
vinciæ Bohemiæ, Missionario Aposto-  
lico, indigno;

Non solum Missionarijs Apostolicis, sed etiam  
omnibus Ecclesiasticis ac Parochijs satis com-  
moda & necessaria.

*Cum Facultate Superiorū, & Privilegio Casareo.*  
**INGOLSTADII,**

Sumptibus Joannis Andreae de la Haye, Biblio-  
pœlæ Academici.

---

Typis Thomæ Grafs, Typogr. Academici.

ANNO 1716

# ALIXANDER

OTIMIZADO PARA

ALTA VELOCIDADE

DE

TRABALHO. Otimizado para alta velocidade de trabalho. Otimizado para alta velocidade de trabalho.

ALTA VELOCIDADE DE TRABALHO

DE

TRABALHO. Otimizado para alta velocidade de trabalho. Otimizado para alta velocidade de trabalho.

Bayer  
Steinbock

ALTA VELOCIDADE DE TRABALHO

ALTA VELOCIDADE DE TRABALHO

ALTA VELOCIDADE DE TRABALHO

ALTA VELOCIDADE DE TRABALHO

ALTA VELOCIDADE DE TRABALHO

ALTA VELOCIDADE DE TRABALHO

ALTA VELOCIDADE DE TRABALHO

EMINENTISSIMO

ET

REVERENDISSIMO

DOMINO, DOMINO

JOSEPHO

Sacripanti S. R. E. Car-

dinali, Sanctissimi Domini Cle-

mentis XI. Pro Datario, ac S. Congre-

gationis de propaganda Fide

Præfecto Apostolico.



Antiquissimus licet  
tam profanorum  
quàm Sacrorum, ve-  
terum ac recentio-  
rum Authorum mos

fuerit, & etiamnum moderno-  
rum

rum laudabilis sit consuetudo ,  
ut opera sua in lucem edenda cer-  
tis quibusdam soleant dedicare  
Personis ; eò tamen quorundam  
Sciolorum devenit mordacitas :  
ut dum morem illum absolutè  
carpere nequeunt , carpant ta-  
men , & fugillent Authores , si  
quandoquè opera sua minuscule  
magnis consecrare præsumunt  
Personis , argumentis quibus-  
dam adducti apparentibus , qua-  
si ex tali facto Personarum ob-  
fuscaretur magnitudo ; vel etiam  
Authores illos id sine temeritatis  
nota haud facere posse sibi per-  
suadere volunt. Censura hæc,  
si forsan in quibusdam , in Tua  
Eminentissima & Amplissima li-  
cèt Persona nullum locum habe-  
re

re potest: Siquidem comitas Tua  
& humanitas, quamvis singula-  
ris videatur esse in Urbe, est ta-  
men jam ita communis in Orbe,  
ut nulla ejusdem sit pars, in qua  
partem hujus Tuæ comitatis &  
humanitatis experti non fuerint  
sine delectu innumeri; ut ta-  
ceam eam, quam in me Minorem  
minimum, & planè indignum  
non in Urbe tantùm, sed & lon-  
gè distitum hucusq; effudisti: cu-  
jus rei viva sunt testimonia Lite-  
ræ Tuæ humanissimæ ad me a-  
liquoties datæ, ita ut minimè ve-  
rear, Te in suscipiendo hoc co-  
tiamnum minusculo opere diffi-  
cilem fore. Nec temerè etiam  
offerri judico, aut Personæ Tuæ  
obfuscationem oboriri: cùm

quod offertur totum fit Tuum, utpote partum in loco, ad quem me suaviter & provida Tua destinavit dispositio: & materia, quae tractatur tam sublimis fit, ut nihil obfuscationis timendum sit: immò propria ardentissimo Tuo zelo, & inextinguibili dilatandae fidei siti, qua aestuas, & qua praeter alia ad immortalem Nominis Tui honorem tot annis jam demortuam Aethyopiae Missionem resuscitasti, ac ad tantum infracto Tuo animo progressum eduxisti, ut Deo dante non modica copiosae Segetis spes inde sit affutura. Alias Tuas innumeras, & praclarissimas animi dotes hinc non tracto, ne eorum multitudine obrutus succumbam. *Scilicet*

scipe ergo Eminentissime & Reverendissime Domine opusculum hoc meum, quod Tibi est qua par est reverentiâ, humilitate & affectu in perpetuum meae erga Te obligationis argumentum, gratique animi pignus offero & dedico: constans interim apud Deum orator existens, ut Eminentissimam Tuam Dominationem in multos adhuc annos pro emolumento S. Fidei Summâque S. R. E. utilitate & decore, ac mea singulari consolatione prosperè conservare dignetur.

*Eminentissima & Reverendissima  
Dominationis Tuae*

*Humilis Servus & Client.*

Fr. Fabianus Hinckelmann, Ord. Min.  
S. Francisci Reform. Provinciæ Bohemicae Missionarius Apostolicus indignus

Licentia & Approbatio Or-  
dinis.

**F**RATER Deodatus à Roma Ord. Min.  
S. P. N. Francisci Lector emeritus, &  
totius Cismontanæ Familiæ Reforma-  
torum Vice Commissarius Generalis &  
Servus. Dilecto nobis in Christo P. F. Fa-  
biano Hinckelmann, nostræ Reforma-  
tæ Provinciæ Bohemiæ Concionatori,  
Lectori, & Missionario Apostolico a-  
ctuali Smirnenſi Salutem in Domino  
sempiternam.

Cum juxta Apostolicas, nostrique  
Ordinis Constitutiones revisum, & ap-  
probatum fuerit opus quoddam à Te  
collectum, cujus Titulus est: *Medulla  
celebriorum Controversiarum Fidei Sc.*  
tenore præsentium, & ad salutaris obe-  
dientiæ meritum facultatem tibi imper-  
timur, quatenus servatis servandis illud  
Typis mandare possis & valeas. Datis  
Romæ 4. Aprilis 1716.

F. Deodatus à Roma Vice-  
Commissarius Generalis.



## Privilegium Cæsareum.

**E**GO infra scriptus virtute Privilegij  
Sacrae Cæsareae Majestatis super im-  
pressione & distractione Librorum Fra-  
tribus Minoribus Regularis ac Strictio-  
ris observantiae concessi, facultatem fa-  
cio Domino Joanni Andreae de la Haye  
Bibliopolae Ingolstadiensi, ut imprime-  
re, suisque sumptibus & emolumentis  
distrahere valeat opus quoddam, cui Ti-  
tulus *Medulla celebriorum Controver-  
siarum Fidei Sc.* à P. Fabiano Hinckel-  
mann, Ord. Min. S. Francisci Reformat.  
Provinciae Bohemiae Missionario Apo-  
stolico actuali Smirnenfi conscriptum,  
cum plenario usu praefati privilegij Cæ-  
sarei; idque pro prima illius editione.  
Actum Monachij in Conventu nostro  
S. Antonij de Padua die 22. Junij 1716.

F. Sigismundus Neudecker,  
Ord. Min. S. P. Francisci, ac  
Reformatae Provinciae Bavariae  
Lector Jubilatus, & Minister  
Provincialis.

## Approbatio Theologica.

**H**Æc Medulla Orthodoxæ Religio-  
ni, ac Bonis moribus contrarium  
nihil continet, deinde utilitati non tan-  
tum Missionariorum Apostolicorum,  
sed & omnium Ecclesiasticorum ac Pa-  
rochorum est satis commoda, ac Suc-  
cincta eruditione elaborata. hinc omni-  
bus ad quorum manus pervenerit sum-  
mopere commendari meretur. Ingol-  
stadij 20. Junij 1716.

Sic Censet.

**Maximil. Ferdin. Ignatius**  
de Blanck, SS. Theologiæ  
Doctor, Serenissimi Electoris  
Bavariæ, Reverendissimi ac  
Celsissimi S. R. I. Principis,  
ac Episcopi Eystettensis Con-  
siliarius Ecclesiasticus, Cathedra-  
lis Eystettensis Canonicus,  
Controversiarum Fidei Pro-  
fessor Ordinarius, Parochus  
ad Speciosam Virginem, &  
p. t. Decanus.

## Censura Theologica.

**E**GO infrà scriptus Legi accuratè hoc Opus Controversiticum, *Medullam celebriorum Controversiarum Fidei* nuncupatum, & à R. P. Fabiano Hinkelmann, Reform. Provinciæ Bohemiæ Alumno, & actuali Smirnenfi Missionario Apostolico compositum, & cum nihil in hoc opere deprehenderim, quod bonis moribus, aut Fidei Catholicæ esset contrarium, imò cuncta cum Fundamento ex S. Scriptura, SS. Patribus, Expositoribus, rationibus, & objectionum solutionibus clarâ methodo sint composita, & probata dignissimum judico, ut hoc opus Controversiticum ad multorum præsertim Missionariorum Apostolicorum utilitatem typis publicis mandetur. Actum Monachij in Conventu S. Antonij Paduani 1. die Decembris 1715.


Ita est.

Frater Benno Mayer, Lector  
Jubilatus, & Reform. Provinciæ  
Bavariæ bis Ex-Provincialis Eme-  
ritus.

## Censura Theologica.

**N**on sine magno animi spirituali gustu Legi, & perlegi *Medullam celebriorum Controversiarum Fidei*, quæ inter nos Catholicos, Lutherum, Calvinum, Græcos, & Hebræos vertunt &c. collectam à R. P. Fabiano Hinckelmann, Ord. Min. S. Francisci Reform. Provinciæ Bohemiæ Missionario Apostolico, in qua planè succincta, exquisita, & solida, in S. Matris Ecclesiæ petrâ fundata documenta ita subministrantur, ut omnigeni Veræ, Sanctæ, & Catholicæ Ecclesiæ Adversarij (nisi in meridie cæcutire ex propria & contumaci malitia velint) lumen clarissimum capere valeant ad deponendas errorum tenebras. Quare dignissimam censeo præfatam Medullam, ut in lucem publicam prodeat, ac illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum. Dabam Monachij 13. Decembris 1715.

F. David Winther, Ord. Min.  
S. P. Francisci Reform. Provinciæ  
Bavariæ Pater Emeritus, Lector  
Jubilatus, & præfatæ Provinciæ  
Actualis Diffinitor.



*Index Quaestionum Controversiarum.*

QUÆSTIO I.	
Quenam sit vera Ecclesia.	Pag. 1.
QUÆSTIO II.	
An quilibet in sua fide salvari possit.	20.
QUÆSTIO III.	
An Ecclesia aliquando errarit, vel errare possit.	25.
QUÆSTIO IV.	
Quale sit regimen Ecclesie.	32.
QUÆSTIO V.	
In quo post mortem Christi remanserit regimen Ecclesie.	36.
QUÆSTIO VI.	
An D. Petrus Romæ fuerit, ibique mortuus.	46.
QUÆSTIO VII.	
An suprema potestas Petri transmissa sit ad Romanum Pontificem.	51.
QUÆSTIO VIII.	
Quid sentiendum de osculo pedum Summorum Pontificum, eorumque Thiara.	62.
QUÆSTIO IX.	
An Papa in rebus fidei, & morum sit infallibilis.	69.
QUÆSTIO X.	
De Concilijs, unde originem suam habeant, & quot sint Oecumenica.	73.
QUÆSTIO XI.	

## QUÆSTIO XI.

An convocatio Conciliorum Oecumenicorum  
spectet ad solum Pontificem, & an hæc erra-  
re possint. 86.

## QUÆSTIO XII.

Quid de Traditionibus, seu verbo non scripto  
sentiendum, & an omnia scripta sint, quæ cre-  
denda, & tenenda. 91.

## QUÆSTIO XIII.

An Sacra Scriptura per se sit clara. 102.

## QUÆSTIO XIV.

An conveniat quemlibet indifferenter legere Sa-  
cræ Scripturam. 121.

## QUÆSTIO XV.

Quinam Libri sint Canonici, & quæ Scriptura  
authentica. 136.

## QUÆSTIO XVI.

An sola Scriptura sit Judex ultimus Controver-  
siarum fidei. 151.

## QUÆSTIO XVII.

Quinam sit fidei Controversiarum Judex. 161.

## QUÆSTIO XVIII.

An sola fides sufficiat ad salutem. 165.

## QUÆSTIO XIX.

An quilibet fidelis de sua justificatione certus  
esse possit. 172.

## QUÆSTIO XX.

An homo legem divinam adimplere possit, bõ-  
nisque operibus vitam æternam mereatur. 178.

## QUÆSTIO XXI.

An Deus omnibus det gratiam sufficientem ad  
salutem. 189.

**QUÆSTIO XXII.**

**Quid de Prædestinatione & reprobatione sentiendum.** 196.

**QUÆSTIO XXIII.**

**An homo habeat liberum arbitrium.** 203.

**QUÆSTIO XIV.**

**An Prælati Ecclesiæ, & Principes Sæculares legibus suis subditorum conscientias obligare possint.** 210.

**QUÆSTIO XXV.**

**An Deus sit author peccati.** 217.

**QUÆSTIO XXVI.**

**An Baptismus sit Sacramentum, & parvulis ante usum rationis applicari possit ac debeat. Et quid de ejus Exorcismo sit sentiendum.** 222.

**QUÆSTIO XXVII.**

**An Confirmatio sit Sacramentum. Et an Minister ejus ordinarius sit solus Episcopus.** 230.

**QUÆSTIO XXVIII.**

**De Evcharistiæ Sacramento, ejusque adoratione.** 238.

**QUÆSTIO XXIX.**

**An quilibet sub utraque specie communicare debeat.** 250.

**QUÆSTIO XXX.**

**An Missa sit verum Sacrificium.** 257.

**QUÆSTIO XXXI.**

**An Pœnitentia, seu Confessio auricularis sit de Præcepto Divino & quid de satisfactione sit sentiendum.** 270.

**QUÆSTIO XXXII.**

**An Extrema Unctio sit Sacramentum.** 291.

**QUÆS-**

	<b>QUÆSTIO XXXIII.</b>	
<b>An Ordo sit Sacramentum.</b>		<b>297.</b>
	<b>QUÆSTIO XXXIV.</b>	
<b>An Matrimonium sit Sacramentum.</b>		<b>303.</b>
	<b>QUÆSTIO XXXV.</b>	
<b>An detur, &amp; Quid sit Purgatorium.</b>		<b>308.</b>
	<b>QUÆSTIO XXXVI.</b>	
<b>An dentur in Ecclesia Indulgentiæ.</b>		<b>321.</b>
	<b>QUÆSTIO XXXVII.</b>	
<b>An licitæ &amp; Sanctæ sint Ecclesiasticæ Cœræmôniz, Exorcismi, Benedictiones, Peregrinationes, &amp; Processiones.</b>		<b>323.</b>
	<b>QUÆSTIO XXXVIII.</b>	
<b>De Votis Religiosorum, eorûmque Statu.</b>		<b>340.</b>
	<b>QUÆSTIO XXXIX.</b>	
<b>De Coelibatu Clericorum.</b>		<b>352.</b>
	<b>QUÆSTIO XL.</b>	
<b>Quid de pluralitate Sacerdotum, &amp; Ecclesiastica Immunitate censendum sit.</b>		<b>368.</b>
	<b>QUÆSTIO XLI.</b>	
<b>De jejunio &amp; abstinentia à carne.</b>		<b>372.</b>
	<b>QUÆSTIO XLII.</b>	
<b>An Sancti honorandi &amp; colendi sint.</b>		<b>385.</b>
	<b>QUÆSTIO XLIII.</b>	
<b>An Sancti invocari possint.</b>		<b>393.</b>
	<b>QUÆSTIO XLIV.</b>	
<b>An Sancti pro nobis in Cœlis apud Deum orare possint.</b>		<b>403.</b>
	<b>QUÆSTIO XLV.</b>	
<b>An signum Crucis, &amp; Imagines Sanctorum tolerandæ, &amp; colendæ sint.</b>		<b>410.</b>
	<b>QUÆS-</b>	



**QUÆSTIO XLVI.**

An Reliquiæ Sanctorum coli possint. 425.

**QUÆSTIO XLVII.**

An Hæretici propter hæresim morte puniri possint. 435.

**QUÆSTIO XLVIII.**

An Princeps Sæcularis possit esse caput Ecclesiæ. 441.

**QUÆSTIO XLIX.**

An Lutherus & Calvinus cum suis veri & legitimi fuerint, Ministri & Pastores vel esse possint. 447.

*Index Questionum Controversiarum  
Græcorum.*

**QUÆSTIO I.**

An animæ Sanctorum ante Universale iudicium Coelum ingrediantur. 459.

**QUÆSTIO II.**

De Limbo Sanctorum Patrum. 465.

**QUÆSTIO III.**

An Spiritus Sanctus à Patre & Filio procedat? 469.

**QUÆSTIO IV.**

An Latina Ecclesia consecrando in azymo verum Christi Corpus conficiat. 474.

*Index Questionum Controversiarum  
Hebræorum.*

**QUÆSTIO I.**

De Sanctissima Trinitate.

479.  
**QUÆS.**

**QUÆSTIO II.**

**An Christus ut verus Messias Judæis promissus  
jam in Mundum venerit.** 485.

**QUÆSTIO III.**


**An Christus Messias promissus fuerit verus  
Deus.** 497.

**QUÆSTIO IV.**

**An omnes contrahant peccatum Originale.** 504.



**Benig**



## Benigno Lectori.

**H**As meas fidei Controversias  
 quas in Asia, in qua jam ab ali-  
 quot annis indignum Missionari-  
 um ago, pro usu meo simplic-  
 stylo conscripsi, nunc prae in Europa Benig-  
 ne Lector mandare statui, non tanquam  
 quid novi in Mundum Litteralem productu-  
 rus me tibi sistere cogitem. Quem etenim  
 latet, quot quantique clarissimi variarum  
 Nationum, Statuum, & Ordinum viri vix  
 exortis tam antiquis, quam recentioribus  
 Hæresibus, ad eas confringendas, illic acut-  
 tissimos suos, ac doctissimos non moverint  
 calamos? Ipsemet Opusculi Titulus præse-  
 fert, quantum ab hac dissem cogitatione,  
 sublevamini præcisè, & aliquali saltem  
 Missionariorum utilitati Consulturus labo-  
 rem hunc talem qualem suscipere volui, ex-  
 perientiâ doctus: Missionarios; dum varijs  
 in vinea Domini disenti ac distracti sint im-  
 pedimentis, curis, & laboribus, prolixos  
 Controversias evolvere haud valere, aut  
 ad

ad manus non habere, vel non posse habere; interim tamen studium hoc quam necessarium eisdem sit, nemo est, qui nesciat, utpote cum frequentissima in his partibus cum A catholicis sit conversatio ( & utinam par etiam conversio ) à quibus in familiaribus colloquijs non infrequenter moventur quaestiones de Religione & moribus nostris &c. Ubi si planè taciturnus apparuerit Missionarius, vel non debite responderit; necessè est, ut non modica vilipensionis & dedecori se sanctamque nostram Religionem exponat, prostituatque: ut ergo habeat, quod succinctè & nervosè ad eorum fundamenta respondeat, eorumque errores detegere, ac veritatem aperire valeat, non sine quodam sublevamine & utilitate tam sui, quam audientium Deo adjuvante id prestare poterit, si opusculi hujus diligens fuerit Lector. Movit me etiam: cum quandoque contingat exijs, qui fidem nostram amplectuntur, tales esse, qui horis integeris & frequentioribus conveniri & instrui nequeunt, habeat Missionarius in compendio, qua pro eorum instructione necessaria sunt. Omnia autem iudicio & correctioni S. R. E. subijcio. Interim, si quid boni Lector Benigne inveneris, id Deo bonorum omnium largitori attribue; si quid lapsus aut, erroris, hoc inscitia mea adscribe. Vale boni aequique animi consule.

## Prooemium.

**R**ationis omnino expertem, & insipientem esse eum, qui Deum dari negat; Regius attestatur propheta Psal. 13. v. 1. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Et verissime. Quid etenim tota hujus mundi machina aliud indicat? Quid tot tantique supra naturam facti eventus inculcant? Quid inter omnes adeo diversas creaturas mirabilis humani generis factura aliud docet? Ita ut merito c. 13. v. 5. sapiens dixerit: A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri. Et unde quæso in malis internus tremor & timor ob occultissima etiam peccata, in bonis verò interna consolatio? Nonne hac omnia aperte demonstrant, existere supremum quoddam Numen? Cui proinde serviendum, quod ipsum etiam barbara alias Gentes hucusque agnovère, & etiamnum agnoscunt. Cur enim hominem ratione, voluntate aliisque supernaturalibus donis præditum creasset, eique immortalem infudisset animam, nisi ut, postquam Creatorem suum agnovisset, & in eum credidisset, debitumque Eidem cultum, & servitutem præstitisset, pro illa eundem & remuneraret? Prout Doctor Gentium ad Hebræos 11. v. 6. scribit: Cre-

de-

dere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquiringibus se remunerator sit. Meritò ergò nunc queritur, quo servitio, quo cultu, vel qua Religione D. O. M. dignè serviri possit? ac debeat? Turca, Hebrei, Lutherani, Calvinista &c. contendunt, se verè Deo servire, se puram habere Religionem, consequenter Ecclesiam & fidem. Nos verò Catholici his directè oppositi contrarium asserimus: dum docemus veram Ecclesiam apud nos esse, aliasque omnes extrà hanc esse falsas, erroneas Religionemque & fidem in ijs existentem minimè esse veras, & per consequens minimè Deo serviri; cùm juxtà D. Paulum c. & v. cit: Sine fide impossibile est placere Deo. Et secundum Eundem ad Ephes. c. 4. v. 5. non sit. Nisi unus Dominus, una fides, unum Baptisma. Superest itaque, ut impraesentiarum fidem nostram Catholicam probemus. Quia autem totum fundamentum Religionis suae A catholi desumere prætendunt ex sola S. scriptura parvi vel nihili facientes auctoritatem SS. Patrum, Conciliorum ac rationum argumerta, Deo adjuvante ita procedemus, ut ubique fidem nostram solutione fundamentorum adversariorum primò auctoritate S. Scripturae, deinde etiam, SS. Patribus ac rationibus ita probatur i simus, ut ijs cooperantibus Illi, qui erant lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Joan. 1. v. 9.

*Facile veritatem Catholicam agnoscere poterint. Itaque vosmetipsos tentate, si estis in fide, ipsi vos probate. 2. ad Corinth. 13. v. 5.*

*Antequam ad Controversiarum Quaestiones procedamus, consultò quadam pramittenda sunt.*

I. *Methodus quadam seu praxis, quomodo cum sectarijs agendum sit, quam varij tradunt Controversista; eamque propria compervi experienciâ, non solum utilem, sed quàm maximè necessariam esse, qui fructum aliquem ex ipsis sperare desiderat.*

II. *Proponitur succinctus Catalogus Alphabeticus celebriorum Heresiarcharum, quo anno vel saeculo suas inchoarint hereses, qualésque sparserint; ut ex his Controversista videat modernos sectarios, quasi omnes suos errores ex antiquis Heresiarchis: jam à tot saeculis damnatos excerpisse & renovasse. Quod utique manifestum subministrat argumentum, Novatores nostros nullo modo Reformatores antiqua & vera Ecclesia esse, sed deformatores & veros Apostatas, utpote docentes, quod antiqui illi Heresiarchae docuerunt: quemadmodum autem hi miserè perire, ita & illi, prout ex compendiosa notitia, quam Catalogo huic infirme annecto, videre licebit.*

III. *Tandem adjungitur & alius duplex Catalogus pariter secundùm Alphabetum*


*distributus omnium summorum Pontificum,  
 & celebriorum antiquorum SS. Patrum ac  
 Doctorum, ut ex hoc Novatorum error,  
 & falsitas detegantur, quibus quandoque  
 antiquitatem S. Romanae Ecclesiae eludere vel  
 oppugnare conantur: dum docet in variis  
 fidei materijs Catholicorum dogmata pau-  
 latim infecta fuisse. Incipiendo ergo à pri-  
 mō Catalogo proponitur.*



ME-



# METHODUS ET PRAXIS AGENDI CUM SECTARIIS.

I.  Nte omnia ad illos habenda est sincera charitas : Laudatur quippe Angelus Ephesus Apoc. 2. v. 6. quod facta Nicolaitarum oderit , non ipsos Nicolaitas , eorumque animus & benevolentia lucranda , ut deposita sinistra opinione , quam plerique contra Catholicos , maximè autem Religiosos , ita à teneris à suis enutriti , sovent , reciprocè nos ament , benèque de nobis sentiant. Benevolentia autem illa faciliè obtinebitur , si in familiaribus colloquijs comiter cum ipsis agamus , in quibus cum ipsis convenimus , placidè ea ostendamus sublatis altercationibus & verbis contumeliosis. Unde non passim vocandi sunt Hæretici , sed vel Augustanæ Confessioni vel Evangelio addicti. Dictam benevolentiam faciliè quòque acquirere poterimus , si charitative juxta occasiones necessitatibus eorum , maximè conjunctis quibusdam humilitatis actibus succurramus : mirè etenim in his ædificantur. Si juxta status conditionem debito eos prosequamur.

## *Methodus & praxis*

honore; si benè & honorificè , quantum ratio permittit , de ijs loquamur &c. Sine qua benevolentia vix fructus sperari poterit.

II. Omnis conatus adhibendus est , ut à vitijs abstineant , Christianamque vitam ducant, ut sic paulatim suos addiscant deponere errores.

III. Tollenda est omnino è medio oportunitis sermonibus radix & fundamentum hæresis, quod in plerisque est vel contemptus, ac negligentia sacrarum inspirationum , & gratiarum Dei , vel quàm maximè proprii iudicii nimia fiducia.

IV. Assiduis Orationibus Deo commendandi sunt, & ad easdem & ipsi exhortandi, ut spiritus S. gratiâ illuminati errores suos agnoscere, & abijcere valeant,

V. Quamvis autem non adeò consultum sit, ut publicè cum ipsis disputetur; cum plerumque sint garruli, irrisores, jactabundi, variâque habeant effugia, ut minùs expertus auditor, non sine quadam infamia & dedecore Religionis facillè ijs palmam adscribere, timendus sit: si tamen justas ob causas vel privatim vel publicè id agendum sit, sedulò observet sequentia. 1. Locos præcipuos Controversiarum ex S. Scriptura bene memoriâ teneat, ut cuneum cuneò retundere, valeat; mirè enim confunduntur, si **Textus contrarij ex S. Pagina adducuntur**, & si

*Agendi cum Sectarijs.*

& si eos ad sensus suos explicare velint , urgeantur ad scripturam , tanquam unicum eorum Controversiarú Judicem. 2. Minimò propriæ eruditionj , aut industriæ fidat. Est enim fides donum Dei , sed potiùs in humilitate cordis tam se , quàm eos , cum quibus disputat , Deo Commendet , & inter disputandum mediantibus brevibus jaculatorijs precibus mentem ad eum erigat , seqne quandoque signo Crucis clam signet , & munit , ac totum negotium Altissimo committat. 3. Non permistat , eos vagarij de una ad alteram materiam , sed debito modo usque dum una persoluta fit , habitaque categorica responsio , eos contineat. Imò ad fundamentalem urgeat v. g. ad notas Ecclesiæ , & penès caveat , ne tanquam triumphum cantaturus verbis minùs decentibus eos aggrediatur : hoc etenim apud eos non nisi aversionem à Catholicis tanquam superbis causaret.

VI. Cùm autem varium sit A catholicorum genus , ideò etiam cum ipsis agendi varius observari debet modus. Consistit autem hoc genus in quatuor differentijs. Alij enim sunt Pertinaces , alij Zelosi , alij Frigidi , alij tandem Dubij.

Cùm Pertinacibus , qui propriè hæretici sunt , dum agnita veritate ; ast ex superbia , ne ab ea convicti videantur , obstinatè

## *Methodus & praxi-*

communi sensui Ecclesiæ & SS. Patrum contradicendo in sua persistit contumaciâ, tria potissimum observari debent. 1. Prout supra num. III. & ad certam restringendi sunt materiam. 2. Continendi sunt in forma syllogistica, nec permittendi sunt, quasi concionabundi multa blaterare, & de una materia saltare ad alteram, prout tales a fugiti sunt. 3. Palam confundendi, & increpandi sunt ad exemplum Salvatoris Nostri cum Scribis & Phariseis; observatis tamen debitis honestatis terminis, & suppressis maledictis, & convitiis: ut sic eorum auctoritas minuat.

Cum Zelosis, qui pertinaces non sunt, sed ex quadam ignorantia falso sibi persuadent, sectam suam veram esse, ac Evangelio omninò conformem, ita, ut pro ea tuenda magno zelo parati essent, potius vitam perdere, quàm eam deserere, agi debet modestè & benevolè, & observanda sunt dicta num. I. & IV.

Cum Frigidis, qui neque ex superbia, & ignorantia, sed alijs ex causis, & frigidis motivis Religionem Catholicam amplecti; ut quòd in hac Religione sua nati fuerint, & educati; Majorésque eorum quoque tales fuererint; id ob Parentes, amicos, Principem &c. præstare non posse, frivole se excusant, seriùs & severiùs procedendum est,

osten-

*Agendi cum Sectarijs.*

ostendendo, eorum rationes frivolas esse, dum ob respectum humanum non timent, animas suas damnationi æternæ exponere &c.

Cum Dubijs tandem , qui simpliciter , & recto corde veritatem quærunt , ex se solis autem cum id præstare nequeunt, doctiores se consulunt , & instrui petunt : cum his benignè procedendum est , & juxta capacitatem propriam instrui debent. Alij enim sunt docti , alij simplices, & rudes , quibus , si legere sciunt tradi possunt libelli quidam Controversitici simplicis styli : & ostendi contradictiones Lutheri & Calvinii , ac notæ Ecclesiæ &c. ut sic paulatim veram fidem agnoscere valeant.

## CATALOGUS I.

**Celebriorum tam antiquorum, quàm recentiorum Hæresiarchiarum, quibus annis & sæculis suos errores seminârunt, & quales : distributus secundùm literas Alphabeti.**

**N**emo est, qui nesciat, vix nascente cognitione Dei, veteres illos Idololatrias, quot falsos sibi confinxerint Deos, ut dum quidam eorum solem, alij lunam, alij stel-

## *Methodus & praxis*

stellas, alij tandem animantia, variâsque figuras, & statuas adorârunt. Quos subsequuti alij, qui mundi creationem non Deo, sed atomis ex se ab æterno existentibus attribuebant, Deumque negabant, unde & vocati fuerunt Atheistæ. Alij saniores, Deum quidem unum credebant, verbum autem ipsius nobis revelatum nihili faciebant, sed soli lumini rationis in suis actionibus attendebant. Alij, ut Saducæi resurrectionem mortuorum negabant. Samaritæ, licet Hebræorum profiteri videbantur religionem, multa tamen superstitiosa & gentilitia de eorum primitiva religione retinebant. Hebræi deinde adventum Messię pertinaciter oppugnârunt, & etiamnum oppugnant: de quibus suo loco; de prioribus inpræsentiarum nihil tractemus, sed de hæresibus, quibus post mortem Christi ipsius Ecclesiam infestârunt perversi homines. Incipiendo ergo à prima litra.

### A.

Abailardus vide Petrus Abailardus.

Adæmitæ sæculô secundô hæresim suam sparserunt, nomine hoc vocati ob nuditatem Adæ, quam sequebantur: credebant. 1. Illicitum esse, viros & foeminas in suis comitiis, quæ tanquam Paradisum tenebant, vestitos comparere, unde in tenebris se promiscuè conjungebant. 2. Ma-  
tri-

### *Agendum Sectarjjs.*

trimonium tanquam quid diabolicum abhorrebant. 3. Preces ad Deum omnia cognoscentem tanquam inutile quid reiciebant. Hæresis ista renovata fuit postmodum tempore Hussij in Bohemia.

Aerius, vel secundum alios Ætius circa annum 340, cum Episcopus fieri non posset, ex odio 1. Docuit, Presbyteros esse æquales Episcopis 2. Sacrificia pro defunctis offeri non debere. 3. Jejunia non esse observanda. 4. Spiritum S. non esse Deum. 5. Nec Filium Dei esse Patri substantialem. 6. Negabat Purgatorium.

Agnoitæ circa annum 535. docuerunt, Christum fuisse hominem ignavum & timidum, & nullô modô scivisse diem extremi judicij.

Agonyclitæ semper stantes orabant, genuaque flectentes superstitiosos judicabant. Vixerunt sæculo octavo.

Albanenses in eodem sæculo sequentes seminabant hæreses. 1. Duo esse principia, unum bonum, Alterum malum. 2. Nulum fuisse justum ante adventum Domini, 3. Deum non providere mala, nisi mediante diabolo. 4. Mundum esse æternum. 5. Deum non creare animas de novo, sed defuncti animam transire in aliud corpus. 6. Nullo modo licitum esse, jurare. 7. Nulum dari peccatum originale. 8. Sacramen-

## *Methodus & praxis*

ta non habere vim conferendi gratiam, si a malis administrantur ministris. 9. Necessitatem confessionis esse nullam. 10. Nullum malignum posse fieri Episcopum. 11. Matrimonium esse rem illicitam. 12. Ab Ecclesia nihil esse possidendum, nisi in communi. 13. Nullam esse corporum resurrectionem.

Albigenses iisdem infecti erroribus circa annum 1200. diu Ecclesiam armis & concionibus vexarunt, novosque addiderunt. 1. Purgatorium Nullum esse. 2. Corpus Christi non esse in Eucharistia. 3. Confessionem auricularem, Imagines Sanctorum, Campanas Ecclesiarum, lactis, carnis, ovorumque esum omnia esse tollenda. 4. Deum habere duas uxores, ex quibus filios & filias procreat. 5. Duos esse Christos, bonum unum in regione quadam incognita natum, alterum malum in Bethlehem.

Aldebertini, ab Aldeberto Gallo, sæculô octavô 1. Credebant, sanctissimas, sed incertas reliquias auctori suo ab extremis terræ a quodam Angelo fuisse allatas. 2. Credebant, eum esse similem Apostolis. 3. Ejus capillos, & ungues honore dignos esse, sicut D. Petri. 4. Tenebant, eum omnia peccata dimittere posse absque confessione, eaque clarè cognoscere.

Al-



*Agendi cum Sectarijs.*

**Almaricus** Doctor Parisiensis circa annum Domini 1204. ob errores, quos ducit, igne crematus fuit. Præter alios sunt hi. 1. Corpus Christi in Eucharistia non aliter esse, quàm in alio pane, vel alia qualibet re. 2. Deum sic locutum fuisse in Ovidio, sicut in Augustino. 3. Negavit resurrectionem mortuorum. 4. Negavit Paradisum & Infernum, asserens, eum habere Paradisum in se, qui Deum cognoscit, & Infernum, qui habet peccatum mortale ad instar illius, qui habet dentem putridum in ore. 5. Dedicare Alteria sanctis, eorum Imagines incensare, aut eos invocare, esse idololatriam. 6. Dicebat, Adamo non peccante non fuisset sexus distinctio, & multiplicatio hominum successisset, sicut facta fuit Angelorum.

**Anabaptistæ** sub anno 1527. à Luthe-  
ro Originem ducentes, quorum capita erant  
**Balthasar** Pacimontanus, & **Bernardus**  
**Rottmannus** Presbyter Apostata: sequen-  
tes spargebant hæreses. 1. Parvulos non  
debere baptizari, & si sunt Paptizati debe-  
re rebaptizari. 2. Neminem debere cogi ad  
fidem. 3. Christianos ob nullam causam  
morte affligendos esse, sed tantum excom-  
municari debere. 4. In Eucharistia non esse  
Corpus Christi, Cœnamque tantummodò  
faciendam esse in signum mutue Charitatis  
in-

## Methodus & praxis

inter Christianos, & ad renovandam memoriam Passionis Dominicæ. Baltharus in Civitate Zurichiensis errores suos abjuravit, quos deinde iterum reassumpsit, & in Moravia seminavit, postmodum autem Viennæ igni traditus fuit Anno 1228.

Angelici ortum ducentes circa annum 260. dicebant: mundum ab Angelis & non à Deo fuisse creatum.

Anthimus Episcopus Trebizontinus negavit in Christo duas Naturas: vixit circa annum 553.

Antimariani circe annum 1500. negabant Virginitatem B. V. M. pluresque ei attribuebant filios.

Antimoniani circa idem sæculum rejiciebant omnes leges, docentes solam fidem sufficere.

Antitrinitarij in eodem pariter sæculo negabant Trinitatem Personarum, & duas in Christo Naturas authore Michaële serveto, qui operâ Calvinii à Genevensibus combustus fuit, nè Calvinus Arianis videretur favere, dum accusabatur, quòd Orationem Catholicam *Sancta Trinitas unus Deus miserere nobis*, improbaret.

Antropomorphitæ circa annum 400. dicebant. 1. Deum esse corporeum juxta illud Gen. 1. v. 26. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* 2. Pa-

*Arguendi cum Sectarijs.*

Pascha celebrant cum Judæis lunâ 14. 3.  
Arguebant Episcopos temporalia bona possi-  
dentes.

Apollinaris Episcopus Laodicensis cir-  
ca annum 373. docuit, in Christo corpus  
esse coessentialiale cum Verbo; allegans Tex-  
tum Joan. I. v. 14. *Verbum caro factum  
est.*

Apostolici circa annum 260. reprobabant  
eos, qui bona possidebant, quibus illi  
carebant; vocabantur etiam alio nomine  
Encratitæ, se jactabant tanquam veros &  
unicos observatores perfectæ disciplinæ, &  
quia cœlibatum colebant, matrimonium  
condemnabant. Circa annum postmodum  
1200. alij Hæretici sub eorum nomine alios  
eyulgabant errores, uti. 1. Se veros esse  
Apostolos, missos immediatè à Deo. 2.  
Matrimonium, cibos lacte conditos, Ba-  
ptisimum parvulorum, Purgatorium, pre-  
ces pro defunctis, & omnia juramenta con-  
demnabant.

Appamæus vide Petrus.

Arius Presbyter Alexandrinus circa an-  
num 320. perniciosissimos sparsit errores.  
1. Filium Dei esse creaturam, non esse cœ-  
æternum, & consubstantialem Patri. 2.  
Verbum esse loco animæ in Christo. 3.  
Christum crevisse in cognitione rerum, uti  
cæteri homines. 4. Baptizandos esse de

\*\*

no 1

*Methodus & praxis*

novo baptizatos Catholicos. 5. Nunquam ipsius aëclæ proferebant nomen Jesu, sed Christi tantum. 6. Concilia Generalia approbata fallibilia esse, Nicænumque actu erasse.

Armeni ex Jacobitis & Eutichianis circa annum 1341. varijs hæresibus infecti fuerunt. 1. Deum esse mendacem, blasphemum & Sacrilegum. 2. Spiritum S. esse à solo Patre. 3. Pascha suum non in manducatione Corporis Christi, sed carni-um boum, & agnorum collocabant. 4. Peccatum, esse à libero arbitrio, negabant, sed à sathana esse, asserabant. 5. Negabant peccatum Originale. 6. Omnes homines ante Passionem Christi damnatos esse, fingeabant propter peccatum Adæ, nullo modo in illis existens. 7. Negabant Sacramentis collationem gratiæ. 8. Rebaptizabant baptizatos à Catholicis. 9. Consecrabant in solo fermentato pane. 10. Christum asserabant ad inferos descendentem omnes animas liberasse. 11. Fæminas in sexu virili resurrecturas esse. 12. Bellum summo Pontifici continuò inferebant. 13. unam in Christo solùm esse naturam 14. In Confirmatione loco Balsami utebantur butyro. 15. Dioscorum ut hominem sanctum colebant. Anno deinde 1080. mediante ab eorum Patriarcha ad Gregorium VII. expedita legatione errores suos abjurarunt.

*Agendi cum Sectarijs.*

etque cum Ecclesia Catholica reconcilia-  
runt, à qua postmodum successivè separati,  
iterum eorum Patriarcha cum cæteris suis  
Episcopis se Eugenij III. Anno 1145. obe-  
dientiæ submisit, sententiàmque definitivam  
ab eodem circa quasdam controversas ma-  
terias inter ipsos & Græcos petierunt, ma-  
ximè circa sacrificium Missæ, quod in fer-  
mentato pane conficiebant, & in vno sine  
admixtione aquæ, ac celebratione Natalis  
Domini, & Epiphaniæ ejusdem, quos dies  
simul & semel celebrabant, Obedientiam il-  
lam erga S. Ecclesiam iterum renovarunt  
occasione Regiæ transmissæ coronæ ad eo-  
rum Regem Leonem ab Innocentio III. &  
Imperatore Romanorum per Moguntinum  
Episcopum anno 1198. qua accepta anno  
subsequenti Leo ad dictum summum Pon-  
tificem solemnes nuntios misit, qui eos  
magno honore excepit, singularibusque  
gratiis affectos remisit. subsequentibus post-  
modùm sæculis iterum ad vomitum rever-  
tentes maximè circa annum 1341. tempo-  
re Benedicti XII. qui omnem conatum ad-  
hibuit, ad eos reducendos, uti & ipsius  
successor Clemens VI cum bono etiam  
successu, ita ut brevi se Ecclesiæ unièrint.  
Circa annum 1447 iterum obedientiam  
summi Pontificis excutientes se ab eo sepa-  
rârunt, & præter errores communes Græcis  
Schismaticis, aliisque quibusdam Hæresiar-  
chis

*Methodus & Praxis*

chis modernis, in enormi illo errore de una sola in Christo natura perseverant, & quotannis S. Leonem I. Papam publicè in Ecclesia excommunicant &c. Antiquum tamen usum consecrandi in azymo pane conservant hucusque, absque tamen admixtione aquæ ad vinum ad excludendam alteram naturam in Christo.

Arminiani, seu Remonstrantes, & Molles Calvinistæ, à Jacobo Arminio Originem ducentes, prius Ministro Amstelodami, deinde a. 1605. Professore lugdun. Batavia hic licet pro affecta Calvini haberi voluerit, plura tamen contra ipsū sanè docuit, ut Deum non esse authorem peccati; Prædestinationem & Reprobationem dependere ex prævisis meritis & demeritis, &c. Attamen alios proprios plures errores sparsit, ut filios ex parentibus fidelibus natos absque Baptismo salvari, nempe ut filios Abrahamæ, & in illius fœdere comprehensos &c.

Arnoldus Brixienfis Discipulus Petri Abaillardii circa annum 1140. præter errores ipsius Magistri, quos vide sub nomine: Petrus Abbaillardus: oppugnabat meritum & vim Baptismi.

Astrotorytæ tempore S. Augustini pro materia Eucharistiæ utebantur pane & ca. seo.

Audæani vide Antropomorphitæ.

B. Bal.

**B.**

**Balthasar Pacimontanus Anabaptista-  
rum Author. vide Anabaptistæ.**

**Basilidiani à Basilde dicti**, qui circa annum 124. præter alios errores circa Sanctissimam Trinitatem, & Mundi Creationem docuit. 1. Non esse resurrectionem carnis. 2. Virginitatem esse parem nuptiis. 3. Tempore persecutionis absque omni culpa negari posse Christum.

**Begvardi, Begvinæ, & Bisochæ** circa annum 1300 Magistrum habebant Bogonatum dictum. Erant alioquin Monachi & Moniales sine votis: docebant autem. 1. Hominem in hac vita posse fieri impeccabilem. 2. Neminem talem teneri ad jejunia. 3. Viros perfectos, & Ecclesiasticos exemptos esse ab obedientia. 4. Non peccare eum, qui fæminam carnaliter cognoscit: cum ad hoc incitet natura, bene autem, qui osculatur. 5. Hominem in hac vita ad tantam posse pervenire beatitudinem, qualis est in Patria. 6. Hominem in hac vita ita posse fieri perfectum, ut amplius in gratia non possit proficere: & talem ad nulla opera obligari, nec quidem, ut assurgat ad elevationem Venerabilis Sacramenti.

**Berengarius Archi-Diaconus Andegavensis** circa annum 1050. docuit, in Eucharistia Corpus Christi tantum figurative

### *Methodus & praxis*

contineri : revocavit hunc errorem , & seminavit alios , nempe substantiam panis manere cum corpore Christi , & parvulos non esse baptizandos , sed adultos tantum. Bernardus Rottmannus vide Anabaptistæ.

Bertholdus de Borbaco Beguardorum assecla circa annum 1400. affirmabat: Christum in Passione sua ita fuisse derelictum, ut de sua salute dubitârit.

Bongomilij à Basilio Medico dicti, quem Imperator Alexius Comnenus igni tradi iussit dogmata pessima circa anñ 1300. evulgavit. 1. Non esse Trinitatē in Divinis. 2. Deum constare forma humana. 3. Mundum fuisse à Dæmonibus creatum. 4. Nullum esse exhibendum S. Imaginibus cultum. 5. Baptismum nostrum esse Baptismum Joannis, suum verò Christi. 6. Fictionem in materia fidei esse licitam. 7. Michaëlem Archangelum fuisse incarnatum.

Brentius Lutheranus , Ubiquitariorum Author, circa annum 1530. docuit , humanitatem Christi ubique esse præsentem.

Bucerus , Argentinae ex patre Judæo procreatus , eo defuncto factus Dominicanus , & à Religione Apostatans , se Lutheranum fecit. Anno 1530. in dieta Augustana unionem Lutheri, Melanchtonis & Zwinglij tentavit , sed frustra. Zwinglij



*Agendi cum Sectarijs.*

errores professus, eos deinde abjecit, & iterum ad eos redijt. Tres dicitur uxores duxisse.

**C.**

Cajani pessimi Hæretici ex Valentino, Gnosticis, Carpocrate descendentes circa annum 145. Afferuerunt. 1. Cainum, Sodomitas, Core, Dathan & Abiron salvos esse. 2. Nullam esse carnis resurrectionem. 3. Judam, ut aliquid Divinum, agnoscebat, quia tradendo Christum, cognoscebat, quantum mors ipsius profutura sit. 4. Falsum quodam Evangelium confingebant, quod Judæ esse dicebant. 5. Neminem salvari, nisi prius commiserit omnes inhonestates.

Calvinus Novioduni in Picardia natus 10. Julij 1509. ab Episcopo Noviodunensi in Ecclesia Cathedrali Beneficium obtinuit, cum alio Rurali Lutetias Parisiorum venit, ubi cum erroneas Melchioris Volmari Lutherani spargeret, exire cogitur. Adijt deinde Germaniam, & Basileæ suas Institutiones in lucem dedit, ac Italiam visitans, venit Genevaram, & explicans ibj erroneam suam Theologiam, formamque confessionis, & disciplinæ componens, exire, jussus est. Quare Basileam redijt, & Argentoram venit. Uxorem duxit Idelletam nomine, qua mortua viduus remansit usque

## *Methodus & praxis*

ad mortē. Genevæ tandem innumeris vexatus infirmitatibus ultimum clausit anno 1564. Præter alios sequentes publicavit errores.

1. Fidem non esse unam, ipsamque conjunctam cum incredulitate, dubio, incertitudine, imò & erroribus.
2. Fidem, implicitam esse Phantasticam, & nihil aliud esse, quàm ignorantiam.
3. Bonitatem Divinam, & suæ salutis certitudinem esse solum fidei objectum.
4. Traditiones esse rejiciendas, cum S. Scriptura omnia necessaria ad salutem credenda contineat.
5. Expungendos esse à Canone Scripturæ libros Tobix, Judith, unam partem libri Esther, Sapientiam, Ecclesiasticum, Baruch, unam partem Danielis, & libros Machabæorum.
6. Præceptum Ecclesiasticum de annua Communionem esse diabolicum inventum.
7. Aquam in Baptismo benedictam esse incantationem magicam.
8. Sacramentum Baptismi non nisi à Ministris in quacunque necessitate aliis exceptis administrari debere.
9. Caput ministeriale non esse ullum in Ecclesia.
10. Papam esse Antichristum.
11. Cæremonias Ecclesiasticas esse perniciosas, & impias.
12. Confessionem auricularem esse legem tyrannicam, & cum injuria Dei latam, ac pecciferam.
13. Confirmationem insignem esse Baptismi contumeliam ejusque oleum diaboli mendacio polutum.
14. Consensum Ecclesiæ, ad confirmandam Scripturæ

turæ

*Agendi cum Sectarijs.*

turæ Authoritatem, non esse necessarium, imò id statuentes fovere impiú dogma. 15. Misam esse veram contumeliam in Christum. 16. Distinctionem fidei formatæ & informis esse nugatoriam. 17. Futilem esse distinctionem remissionis peccatorum culpæ, & pœnæ. 18. Doctrinam fidei in Papatu planè esse corruptam. 19. Dulciæ & Latriæ distinctionem esse ineptam. 20. Ecclesiam, quæ sub Papatu, est, esse falsam. Exorcistas esse ridiculos, ac à malo dæmone possessos. 21. Solam fidem justificare. 22. Jejunium Quadragesimale esse rem supersticiosam. 23. Immunitatem Ecclesiasticam non esse Juris Divini, sed vî, & fraudibus irrepsisse. 24. Indulgentias esse impietatem sacrilegam. 25. Invocationem sanctorum esse blasphemam, & supersticiosam. 26. Leges nullas posse poni ab hominibus conscientijs. 27. Liberum arbitrium, quo homo præditus in sua prima creatione erat, id lapsu amisisse. 28. Matrimonium non esse Sacramentum, nullique interdici debere. 29. Merita, quæ operibus tribuuntur, tam gloriâ Dei, quam salutis nostræ certitudinem evertere. 30. Coelibatus, & vota Monachorum, & Monialium esse illegitima, & temeraria, unde pro libitu ad amplectendum aliud honestæ vitæ genus frangi posse. 31. Institutum Religiosum esse implum, periculosum, & lacerans Ecclesiæ Commu-  
nio-

monem , ejusque nomina cedere in injuriam Christo. 32: Nicænam synodum impiam fuisse , dum imagines in Templis collocari , & adorari posse, decrevit. 33. Legis observantiam esse impossibilem. 34: Orationes, non nisi linguâ vernaculâ , fieri debere. 35. Ordine sacrum non esse Sacramentû , scateresacrilegits: 36. Deû quosdâ elegisse, quosdâ reprobasse absq; præcedentibus demeritis: 37. Purgatorium esse rem sacrilegam, minimèque ferendum , uti & præces pro defunctis. 38. Non nisi duo esse sacramenta. 39. In Eucharistia solummodò esse figuram Corporis Christi. 40. Transubstantiationem esse contrariam Cœnæ Dominicæ. 41. Mendicitatem Religiosorum esse inventam à diabolo. 42. Christum ita assumpsisse nobiscum naturam , ut esset peccator , & maledictionis reus. 43. Ipsum timuisse de sua salute, imò, & vocem desperationis emisisse clamando : Deus Deus meus , ut quid dereliquisti me. Denique tormenta damnatorum sustinuisse. 44: Christum post mortem non ad inferos, sed tantum ad sepulchrum descendisse. 45: Christum non resurrexisse de sepulchro clauso , nec ad discipulos intrasse sine apertura. 46: B: V: Mariam peperisse more aliarum fæminarum , minimèque perpetuò manisse Virginem. 47. Deum esse authorem peccati , hominèmq; ab eo ad

*Agendi cum Sectarijs.*

peccata impelli. 48. Filios fidelium nasci san-  
ctos, unde sine Baptismo salvi fiunt, si sine  
hoc descendunt. 49. Filios illegitimos non  
debere admitti ad Baptismum. 50. Decre-  
ta Dei non esse ab æterno, &c. Ex Calvino  
postmodum varij pullularunt sectarij sub di-  
versis nominibus: ut

Calvinistæ Puritani, alias etiam dicti  
Reformati, & Presbyteriani, & Rigidi  
Calvinistæ. Hi ergo 1. Purum Verbum  
Dei juxta Calvinii placita profitentur, se ad-  
mittere. 2. Negant in Ecclesia Regis Pri-  
matu. 3. Eliminant omnes Ecclesiæ Romanæ  
Ritus & Cæremonias: 4. Excludunt omnes gra-  
dus Hierarchiæ Ecclesiasticæ, voluntque ex-  
clusis Episcopis, ac ministris, Ecclesiam regi à  
solis senioribus laicis. 5. à fine Psalmorum  
sustulerunt versus *Gloria Patri*, quem Ec-  
clesia, contra hæreticos Filium Dei cum Pa-  
tre adorare nolentes, apposuit.

Calvinistæ Protestantes sunt duplicis  
generis, alij qui in Germania, alij qui Ang-  
lia sub Henrico VIII. Anno 1535. excu-  
tiente obedientiam S. R. Ecclesiæ, & se ca-  
put Anglicanæ Ecclesiæ erigente, sua dog-  
mata inchoarunt. 1. Agnoscunt, Regem  
esse Caput Ecclesiæ Anglicanæ. 2. Admit-  
tunt, Ecclesiam debere constare ex Archie-  
piscopis, Episcopis, aliisque Ecclesiasticæ  
Hierarchiæ, 3. Varios recipiunt ritus anti-  
quos

## *Methodus & praxis*

quos Catholicorum, ut altaria, cereos, superpellicia. 4. Negant realem presentiam Corporis Christi in Eucharistia, Hanc sectam profitetur in Anglia Rex & aula, cui, variis Legibus conantur, reliquas conformare.

Protestantes Germani in pluribus Anglicanis Protestantibus adversantur. 1. Negant, Regem, minus Reginam, posse esse Caput Ecclesie. 2. Reprobant Hierarchiam Ecclesiasticam. 3. Discrepant in sensu descensus Christi ad Inferos, & in materia de Baptismo, aliisque fidei articulis non paucis: ut videre licet etiam sub nomine Arminiani, seu Calvinista Molles.

Calvinista Independentes, qui maxime Cromwelli tempore emerferunt, oppositi sunt Puritanis & Protestantibus, quam maxime in hoc, quod neque Reges, neque Episcopos, neque Seniores ad Ecclesie Regimen admittant, sed quemlibet sibi ministrum esse velint; & sine ulla personae aut sexus differentia legitimum posse esse Verbi Dei praedicationem, & hoc quocumque tempore, dum se sentit ad hoc a spiritu S. moveri, & hoc sive extra Tempora, sive in illis, Contra quos validum erat eorum argumentum, ut quemadmodum ipsis, antiquos Ecclesie Romanae ritus evertere, vel reformare, licitum tenerent, ita imò, multò magis ipsis quoque licitum esse, debere, eorum de-

## *Agendi cum Sectarijs*

novo inductos ritus abijcere, defendebant.

Calvinistæ Pacificatores Authore Sturmio docent, Religionem Calvinisticam à Catholica essentialiter non differre.

Carlostadius Franco Wirtenbergensis Archidiaconus, primus Lutheri Discipulus, & primus qui uxorem duxit Anno 1524. & Sacramentariorū Author docuit. 1. In Eucharistia nihil aliud esse, quàm figuram Corporis Christi. 2. Absente Luthero, Ecclesiam Wirtenbergensem ingrediens, altaria & SS. Imagines in ea destruxit. 3. Esum carnis indifferenter admisit, & ubique libertatem Christianam prædicavit.

Carpocratiani à Carpocrate Alexandrino circa Annum 118. docebant 1. Christum ex Josepho fuisse procreatum. 2. Mundum fuisse creatum ab Angelis. 3. Legem, & opera minimè esse necessaria fidelibus. 4. Adorabant imaginem simonis Magi eorum Magistri.

Cathaphrygæ, alias Montanistæ à Montano Phryge pessimo seductore, qui circa Annum 181. cœpit seminare sequentes errores. 1. sibi, non Apostolis à spiritu S. infusam gratiarum plenitudinem. 2. Secundas nuptias esse malas. 3. Matrimonium posse dissolvi. 4. Lapsos post Baptismum non posse consequi salutem per ministros Eccle.

## *Methodus & praxis*

clestæ. 5. Prophetas locutos fuisse in extasi, unde non sciebant, quidnam dicebant. 6. Prædicabat certa, & inusitata jejunia. 7. Animas esse corporeas. 8. Christianos non posse fugere persecutiones Tyrannorum, sed ubicunque reperti fuerint, ibi obligatos esse ad Martyrium subeundum. 9. Se vocabat Paraclytum. 10. Peccata, quæ ab ipso, & suis comittebantur, non esse confitenda, tanquam justis. Plures seduxit, inter quos & Tertullianum.

Cathari, id est puri, & mundi, unde veste alba induebantur, eorumque affectu obligabantur nunquam communicare cum Cornelio Papa. Eorum Author erat Novatianus, unde & Novatiani vocantur, Presbyter Romanus & Pseudo-Pontifex impulsu Novati Presbyteri Carthaginensis Anno circiter. 255. Quorum errores sunt sequentes. 1. In Ecclesia non esse potestatem remittendi peccata post Baptismum Commissa. 2. Baptizatos non debere sacro Chrismate confirmari, unde & ipse Novatianus, qui ad mortem usque Baptismum distulerat, noluit confirmari. 3. Rebaptizabant baptizatos à Catholicis. 4. Secundas nuptias damnabant ut illicitas.

Centuriatores Magdeburgenses: vide Lutherani Rigidi.

Cerdonistæ circa Annum 150. præter



*Agendi cum Sectarijs.*

ter turpissima, quæ tanquam licita permittebant, duos Deos agnoscebant sibi contrarios, unum misericordiæ Patrem Christi, & Authorem Evangelij, alterum Justitiæ creatorem mundi, & Authorem veteris legis. Negabant insuper, Christum habuisse veram carnem humanam, sed vel solum apparentem, vel carnem quandam cœlestem, & impassibilem.

Cerinthus Primus post Simonem magum circa Annum 35. Negabat, 1. Christum resurrexisse à mortuis. 2. Eum fuisse purum hominem. 3. Post resurrectionem universalem Christum regnaturum Jerosolymis per mille annos cum suis sanctis in deliciis, & voluptatibus carnalibus. 4. Varias ab Angelis sibi factas revelationes fingebat. Ferus Apostolorum inimicus.

Chiliasitæ à Cerintho Originem & falsa dogmata hauserunt de mille Annis regnandis post resurrectionem in delicijs.

Circoncelliones, quia pauperulas cellas inhabitabant, ita vocati fuerunt: incœperunt hæresim suam circa Annum 331. ex secta Donati alioquin: prædicabant Martyres, qui sibi mortem inferent; sub prætextu Justitiæ, & Zeli multas exercuerunt violentias, sibi contradicentes facile occidebant.

Clancularij tempore Anabaptistarum  
Re-

### *Methodus & praxis*

Religionem solum internè profitebantur, & credebant, majoris esse virtutis orationes domi suas, quàm in Ecclesiis.

Claudianisti à claudio Episcopo Taurinensi dicti circa Annum 394. renovârunt hæreses donati, Nestorij & Arij. 1. Reprobabant cultum SS. Imaginum. 2. Negabant invocationem sanctorum. 3. Condemnabant peregrinationem ad loca sancta. 4. Baptismum sine signo Crucis collatum, assererant, esse nullum.

Coelestius Pelagij primarius discipulus: vide Pelagij hæreses.

Cophti Eutichiana hæresi infecti, à quodam Jacobo Syro circa sextum sæculum: circumcidunt pueros & puellas ante Baptismum. Patriarcha ipsorum residet in Cairo Ægypti metropoli, in qua Civitate gentis hujus maximus est numerus.

Gorerij, præter errores Petri de Bruys Antverpiensis, sequentes docuerunt. 1. V.B. Mariam fuisse Angelum. 2. Corpus Christi fuisse corruptum. 3. Animas ante resurrectionem non frui visione Dei.

Corruptibiles à quodam severo falso Episcopo Antiocheno hæretico sæpius jam damnato in diversis Conciliis Alexandriae infecti, quo fugit ad declinandam obsessionem Linguae, ad quam ob execrandas in Deum blasphemias ab Imperatore Justino

cir-

*Agenditum Sectarjs.*

circa Annum 519. damnatus fuerat. Nomen autem à dogmate blasphemò acceperunt, quod sparsit dictus severus: scilicet Corpus Christi fuisse corruptibile.

D.

De Dominis, vide Marcus Antonius de Dominis

Desiderius Erasmus Roterodamus Apostata Augustinianus circa Annum 1516. varias evulgavit hæreses. 1. Damnavit Instituta Monastica. 2. Ut idololatrias tractabat, qui B. V. aliosque Sanctos invocabant. 3. Impugnabat Primatum Divi Petri, & summorum Pontificum. 4. Vota facta Deo. 5. Coelibatum sacerdotum. 6. Confessionem. 7. Docuit, hominem salvari sola fide. 8. Renovavit varias antiquorum hæreses. Et tandem in dubium vertit Auctoritatem S. Scripturæ, & SS. Conciliorum.

Dioscarus Episcopus Alexandriæ vitæ vitis plenus circa Annum 444. in Concilio Chalcedonensi varij ipsius detecti fuerunt errores: maxime autem hæresis de una in Christo tantum Natura.

Donatus Episcopus Numediensis circa Annum 310. sequentes errores docuit. 1. In Ecclesia solos esse justos, & quidem eos solos in sua Ecclesia. 2. Rebaptizabat declinantes Christianos ad sectam suam. 3.

\*\*\*

Sa-

*Methodus & praxis*

Sacramenta à malis Ministris collata tenebat pro invalidis & nullis. Ipsius affectu vocantur Donatistæ.

E.

Ebione , à quo Ebionitæ , unus ex primariis Simonis Magi Discipulus circa Annum 70. nomen illud sibi approprians , ac si unus ex iis Christianis fuisset , qui omnia sua ad pedes Apostolorum proijciebant , factus voluntariè pauper. Plures sparsit cum Cerintho comite suo hæreses. Et sicut hic ferox erat Apostolorum inimicus , ita & ille ubique facta Apostolorum carpebat , maximè S. Pauli , contra quem varias calumnias scripsit sub titulo *Acta Apostolorum*. Errores ipsius consistunt in his , quos libro dicto inseruit , præter alios. D. Petrum , ut se , qui matrimonio junctus erat , purificaret , quotidie aquis se immersisse. Eum exemplo Ebionis nunquam carnes manducasse , &c. Cæterum baptizabant sicut Catholici , observabant diem Dominicum , Consecrabant in azymo , aut in Consecratione calicis , loco vini ponebant aquam. Docuit præterea Hæresiarcha ille. 1. Observandam esse utramque legem novi & veteris Testamenti. 2. Omnium rerum dominos constituit duos , Christum , & Diabolum. Primo attribuit Dominium sæculi futuri ; alteri præsentis. 3. Christum non fuisse verum Deum , sed un-

*Argendi cum Sectarijs.*

unum ex majoribus, & excellentioribus Angelis. 4. Eum ex opere hominis fuisse procreatum, ac se vestisse carne Adami, & postmodum se spoliasse. 5. Præferbat legem antiquam Legi Evangelij. 6. Omnes volebat, ut se Matrimonio conjungerent, & quidem tot fæminis, quot placerent.

Elipandus quidem circa sæculum 9. docuit: Christum fuisse solum Dei Filium adoptivum, non proprium, ac consubstantialem

Elsaitæ, à quodam Elsai affecla & comite Ebionis in omnibus judaizabant; licitumque asserebant, esse fidem externè negare, dummodò internè retineatur, vide sub nomine Ebione. Circa Annum 105. Finxit se esse Prophetam, litterumque accepisse plenum revelationibus Cœlestibus, in quo diversæ blasphemix & stultitiæ continentur. Ut, quòd virtus Christi se in longitudine extendat ad nonaginta sex miliaria, in latitudine ad viginti quatuor Spiritum. S. esse sibi simile, sed sexus fæminei, eumque ad instar statux inter duos montes supra nubes stare, asserbat. Prohibebat interpretationes, & glossationes suorum librorum.

Elvidius vel Elpidius Priscillianista hæreticus dixit, circa Annum 381. B. V. Mariam post Christum alios genuisse filios, vide Priscillianistæ.

Encratitæ hæresi Tatiani infecti circa

## *Methodus & praxis*

Annum. 173. hoc nomine vocati , quia se à Matrimonio continebant , quod ut rem malam respuebant , uti & vinum & carnes tanquam à malo principio , scilicet diabolo creatas.

Evnomius vide Acrius.

Eutiches Abbas Constantinopolitani , ut Nestorio contradiceret , circa Annum 445. unam tantum Naturam , sicut unam Personam in Christo admittebat. Reijciebat Concilia , maximè Ephesinum & Chalcedonense.

## F.

Flagellantes circa Annum 1273. ita nominati à sanguineis flagellis & disciplinis , quibus se ostentationis causâ dirissime cadebant. Docebant 1. ab adventu ipsorum doctrinæ Evangelium Christi. cessasse. 2. Baptismum aquæ fuisse mutatum in Baptismum Sanguinis , quem quisque ex membris suis elicere deberet. 3. Flagellationem talem , si non majoris , saltem paræ esse meriti , ipsiusmet Martyrii. 4. Peccatorum Absolutionem in Confessione datam vim non habere , nisi saltem eorum instigatum per mentem exercuerint. 5. Sibi invicem confitebantur , & se absolvebant , licet simplices essent laici. 6. Tandem jactabant hoc genere penitentia etiam ipsiis data.

*Agendi cum Sectarij.*

damnatis se multum levaminis poenarum præstare.

Fratricelli circa Annum 1294. Originem à quodam Hermanno, vel juxta alios, à duobus Apostatis Minoritis sub specie purioris observantiæ regulæ S. Francisci errores sequentes propalarunt. 1. Authoritatem S. R. Ecclesiæ propter malitiam Prælatorum cessasse. 2. Se solos esse in vera Ecclesia. 3. Nemini præstandam esse obedientiam. 4. Copulationem indifferenter exerceri posse, filios quos procrearunt, occidebant deinde.

G.

Galterus Lolardus tempore Fraticellorum docuit, Luciferum injustè fuisse damnatum.

Gnaphæus dictus Fullo Pseudo Episcopus Antiochenus circa Annum 476. docuit, Deum ipsum, imò totam Trinitatem passam fuisse, & Crucifixam.

Godescalcus juxta quosdam Gallus, juxta alios verò Belga, sæculo nono renovavit hæresim de Præstinatione: tenendo, Deum sine prævisione meritorum, vel demeritorum quosdam prædestinasse ad gloriam quosdam verò ad poenam, & consequenter Christum non fuisse mortuum pro omnibus, nec desiderare salutem omnium.

*Modus & praxis.*

Gnostici, seu Sapientes ita se ob Doctrinam suam nominabant, à Valentino facto hæretico ob denegatum Episcopatum Originem circa Annum 150. ducebant. Præter turpissima, quæ tanquam licita admittebant: dicebant. 1. Christum transisse per uterum Virginis tanquam per Canalem. 2. Non sumpsisse carnem ab ea. 3. Duo statuebant principia rerum, unum bonum, alterum malum.

**H.**

Henriciani ab Henrico Tolosano Monacho Apostata tradiderunt circa Annum 1120. 1. Missæ Sacrificium nihil esse. 2. Fidelium preces defunctis nihil prodesse. 3. Baptismum sine fide nihil conferre parvulis. 4. Cantus in Ecclesiis esse res ridiculas.

Hermannus Rissvich Batavus, qui sæculo decimo quinto sparsit. 1. Angelos non fuisse creatos à Deo. 2. Animam perire cum corpore. 3. Non esse infernum. 4. Christum fuisse seductorem. 5. Sacram Scripturam esse fabulam. 6. Evangelium esse falsissimum &c. Propter execrandas suas blasphemias igne consumptus fuit.

Hussitæ à Joanne Hus Bohemo Sacerdote & doctore, qui perniciosam hæresin suam cum Hieronymo Pragensi celebri Bohemom-



*Agendi cum Sectarijs.*

morum doctore circa Annum 1407. Patriam suam aliasque circumvicinas Regiones infecit, docendo 1. Ecclesiam in solis Prædestinatis Consistere. 2. D. Petrum nunquam fuisse Caput Ecclesiæ. 3. Nec Paulum membrum Satanæ persequendo Christianos. 4. Papam Imperatori subesse. 5. Nec esse Caput Ecclesiæ, aut Vicarium Christi. 6. Episcopos esse carnifices, tradentes brachio sæculari sibi inobedientes. 7. Communionem sub utraque specie etiam laicis esse necessariam. 8. Indulgentias nihil valere. Sub variis deinde sectis & nominibus deinde Husitæ divisi fuerunt, quorum alij vocabuntur Horobitæ, Orphanii, Thaborithæ, alij Adamitæ seu Picardi Authore quodam Picardo Gallo, qui nudi incedebant. Vide *Adamita*. Cæteri nomina sua trahebant à Montibus Horob & Tabor, quæ locis suis dabant sub prætextu, quasi in ijs Legem suam accepissent.

**I.**

Jacobitæ, à Jacobo Syro dicti, circa sæculum sextum dogmata ex erroribus Dioscori, Eutichetis & aliorum componebant. Uno digito solo signum Crucis faciebant ad denotandam unam solam in Trinitate Personam,

Iconomachi vel Iconoclastæ ;  
Primus , qui cultum SS. Imaginum impug-  
nabat , erat circa Annum 485.  
quidam Persa vagabundus fictus Clericus  
nomine Xenaja : hic itaque improbabat pi-  
cturam Angelorum in forma corporea , &  
Spiritûs Sancti in forma columbæ , eorûm-  
que cultum. Cujus hæresis postmodum cum  
deplorabili Catholicorum strage sub Impe-  
ratoribus Leone III. Isauro circa Annum  
723. & subsequentibus Constantino Capro-  
nimo , Leone Armeno , Michaele Balbox  
plurimum dilatata fuit , qui ubique sacras I-  
magines destrui , cultoresque morte affligi  
jusserunt. Quod ipsum quoque postmo-  
dum recentiores Hæresiarchæ fecerunt.

Infernales sæculo quinto negabant in-  
fernum , Eumque alium non esse nisi ma-  
lam conscientiam : item dicebant Chri-  
stum solummodo descendisse ad sepul-  
chrum.

Infrontes circa idem sæculum sibi ex  
fronte sanguinem elijeï curabant , quo ba-  
ptizari se dicebant.

Joachimus Abbas Ord. S. Benedicti ,  
vir alioquin doctissimus circa Annum 1195.  
docuit , in Trinitate ens generare ens , &  
quod in Divinis Pater , & Filius , & Spiri-  
tus S. sint unum non unitate vera & propria,  
sed quasi collectiva & similitudinaria.

Jo-

*Agendi cum Sectarijs.*

**Joannes de Poliaco** Doctor **Parminus** sæculo quartodecimo promulgabat. 1. Confessiones Regularibus factas esse reiterandas Pastoribus. 2. Nec Papam, nec Deum dispensare posse de non facienda Confessione Parocho. 3. Nec eosdeme dare posse generalē licentiā, indifferenter audiendi quorumcunque Confessiones.

**Joannes Scotus**, non Doctor subtilis, sed discipulus Venerabilis Bedæ Ord. S. Benedicti, circa Annum 751. Scripsit librum, in quo docebat, in Eucharistia solummodò contineri figuram Corporis Christi: Fuit hic liber damnatus in Concilio Diocesis Vercellensis. Unde juxtà quosdam creditur, Sacramentarios ab hoc Authore suum habere principium.

**Jovinianus**, Monachus Apostata, & alter **Sardanapalus** circa Annum 382. venenū suum evomuit, varios docendo errores. 1. Matrimonium æquiparabat Virginitati. 2. Baptizatos non posse perverti à dæmone. 3. Idem esse jejunare, & abstinere, quod manducare, dummodò cum gratiarum actione: 4. Baptizatorum idem, & unum esse præmium, ita & peccatorum nullam esse differentiam, &c.

**Julianus** Apostata, abjecto Monachatu, & vera fide, se summum Pontificem declaravit, idolorum cultor factus circa

*Methodus & praxis*

Annum 361. ubique S. Crucis Signum extirpavit, quadam tamen die, dum in templo oraculum consulebat, variis extraordinariis visionibus territus, signo Crucis se munivit. Variis vitijs, deditus, maximè tamen superstitionibus, & magicis artibus. Ut Christi Baptismum aboleret, se sanguine taurorum in sacrificiis oblatores baptizavit: subdolos, tandem apertus Christianorum persecutor.

L.

Leo Isauricus vide Iconomachi.

Lolardus Galterus vide Galterus.

Lucianistæ, à quodam Luciano Apostata à fide, & Epicureo Philosopho, implacabili Christianorum inimico, qui plurima contra ipsos scripsit, tandem à canibus laceratus circa Annum 171. miserè periit. Sunt & alij ab alio quodam Luciano dicti, qui nullam Religionem tenebat, & librum blasphemum sæculo sexto decimo scripsit contra tres impostores sub tribus literis M. Moysen, Mesiam, & Machumetum, quos ita nominabat.

Lutherus saxo Apostata ex Ordne S. Augustini hæresim suam incepit Anno  
1517.

*Agendi cum Sectarijs.*

1517. in qua Wittenbergij obiit Anno  
1545. Cujus discipuli tumultu sui magistri  
versum ab ipso Compositum apposuerunt :  
**Pestis eram vivus , moriens ero mors  
tua Papa. Errores ipsius sunt sequentes.**

1. Homines sola fide sine operibus justifica-  
ri. 2. Liberum arbitrium ob peccatum  
Adæ hominem perdidisse. 3. Nullum esse  
meritum hominis ad salutem. 4. Papam  
esse Antichristum. 5. Sacramenta novæ  
legis nec gratiam conferre , nec caracte-  
rem imprimere. 6. In Eucharistia panem  
remanere cum Corpore Christi , nec Cor-  
pus Christi semper in hoc Sacramento esse,  
sed in solo usu, idque sub utraque specie su-  
mi debere. 7. Confessionem auricularem  
esse inventum humanum. 8. Missam non  
fuisse institutam a Christo, nec esse Sacri-  
ficium. 9. Peccata non deleri per Pœni-  
tentiam, sed tantum non imputari. 10.  
Sacerdotes non teneri ad Cœlibatum. 11.  
Indulgentias nullas esse. 12. Purgatorium  
non posse probari ex scriptura. 13. San-  
ctos nec coli, nec invocari debere. 14.  
In Ecclesia solos bonos esse. 15. Contri-  
tionem ex solo metu conceptam esse pec-  
catum hypocrisis, &c.

Ex Luthero alij sub aliis nominibus de-  
scenderunt : scilicet Lutherani Molles,  
& Rigidi, ac Semi Lutherani. Lu-  
the-

## *Methodus & praxis*

therani Molles Authore Melanchtone, ita vocati ob temperatas quasdam Lutheri opiniones, maximè circa liberum arbitrium, & Confessionem Augustanam Rigidi, vel etiam sub alio nomine Severi, qui in omnibus dogmatibus Luthero se conformârunt, quales sunt Genturiantores Magdeburgenses, qui Historiam à Christi nativitate usque ad 14. sæculum sat vastis Tomis complexi sunt, immixtis tamen pluribus erroribus, refutatis à varijs Authoribus nostris Orthodoxis, maximè Bellarmino. Semi Lutherani sunt Anabaptistæ, de quibus suprâ, qui & proprios quosdam addidère errores.

## M.

Macarius Episcopus Antiochenus circa Annum 680. non nisi unam solam voluntatem in Christo, uti & unam solam operationem credebat, pro vero Pontifice non nisi solum Honorium agnoscebat, quem falsò errorum suorum, sibi persuadebat, asseclam esse.

Macedonius Episcopus Constantinopolitanus docuit Spiritum S. non esse Deum, sed puram Creaturam, Anno circiter 359.

Magdeburgenses, vide Lutherus.

Ma-

*Agendi cum Sectarijs.*

Machumetus ex vili Arabum genere ducens Originem, sectam ex variis Religionibus coagulavit: Cum sabellio negat in Divinis Trinitatem Personarum, cum Carpocrate & alijs negat Christum esse Deum, etsi cum Magnam, affirmet, esse Prophetam. Cum Antropomorphitis fingit, Deum esse Corporeum: Cum Judæis amplectitur circumcissionem, cum Epicuro supremam collocat felicitatem in Corporis voluptatibus: Cum Tatianis usum vini prohibet: Cum Christianis quandam speciem Baptismi & Jejunij monstrat. Sectæ suæ Magistrum habuit Monachum quemdam sergium nomine religione Arianum, & Nestorianum. Alcoranus perfidi hujus prædonis plenus est fabulis, & mendacijs.

Manichæi a quodam Manete mancipio, prius vocato Curbico, postmodum a Patrona in filium adoptato, & literis Persianis applicato, circa Annum 276. docuerunt.

1. Duo esse principia æterna, unum bonum & alterum malum.
2. Omnia esse Corporalia, & nihil spirituale.
3. Non dari liberum arbitrium.
4. Se esse spiritum a Deo promissum.
5. Carnem & vinum ex se esse res immundas, & ideo ab eis abstinentium.
6. Animas de Corpore migrare in corpus.
7. Corpus Christi non fieri ex pane.
8. Bellum esse illicitum.
- 9.

Ve

*Modus & Praxis*

**Vetus Testamentum esse à malo principio ,  
ideòque reiiciendum.**

**Marcionistæ à Marcione Cerdonis discipulo circa Annum 146: præter ipsius errores dicebant. 1. Corpus Christi esse de Cœlo, non de B. Virgine Maria. 2. Carnes & usum Matrimonij esse illicitos : interim tamen turpissima tanquam licita perpetrabant. 3. Christum ad inferos descendentem animas damnatas liberasse. Cætera per versa dogmata vide sub nomine Cerdonistæ.**

**Marcus Antonius de Dominis Anno 1615: à fide apostatans , Calvinianam hæresim amplexus est , contra summum Pontificem & Romanam Ecclesiam impudentissimè scripsit. . Plura de eo vide pag. 28. ubi hæresiarcharum infaustæ recensentur mortes.**

**Maronitæ , vide Macarius Episcopus Antiochenus.**

**Melancthon vide Lutherus.**

**Meletiani cum Arianis Anno 326. Communicabant , & orabant , pœnitentes & conversos à lapsu tempore persecutiōnis in ipsorum societatem recipere volebant.**

**Menander discipulus Simonis Magi, vide Ebione.**

**Ma**



*Agendi cum Sectarijs.*

**Michael de Cesena** saeculo quarto decimo docuit : nec Christum, nec Apostolos. & eorum sectatores quidquam in particulari habuisse.

**Millenarij** vide **Chilliastræ**.

**Monophysitæ** circa Annum 553. licet faterentur duas Naturas in Christo ante unionem post unionem tamen deinde non nisi unam admittebant.

**Monothelitæ**, qui duobus sergio Constantinopolitano Patriarcha, Cyro Episcopo Alexandrino, & Macario Antiocheno circa Annum 630. unam tantum in Christo voluntatem admittebant.

**Montanistæ** vide **Cathaphrygæ**.

**Muncerus** Apostata Sacerdos, discipulus Carlostadij, falsus Anabaptistarum Propheta Anno 1524. Jactabat, se ab Archangelo Gabriele specialiter fuisse admonitum, & inspiratum, ut nimis rigidae Religioni Papæ, & nimis laxæ Lutheri se opponat Pœnitentem occubuisse tradunt in extremo supplicio, cui à Georgio Duce Saxoniæ traditus fuit.

**N.**

**Nestorius** Episcopus Constantinopolitanus circa Annum 430. docuit, in Christo

*Modus & praxis*

sto duas esse Personas. 2. B. V. M. non debere vocari Matrem Dei. 3. Non nisi in fermentato pane esse consecrandum.

Nicolaitæ à Nicolao uno ex septem Diaconis juxtà plurimum sententiam descendentes circa Annum 120. asserebant. 1. Fornicationem esse licitam. 2. Esum idolythorum admitti debere. 3. Lumina in suis convivijis ad sua adulteria & turpitudines liberius committendas extinguebant.

Novatiani, à Novitiano Presbytero Romano, & Novato Presbytero Carthaginensi derivantes, circa Annum 255. Seminarunt. In Ecclesia non esse potestatem remittendi peccata post Baptismum commissam.

2. Secundas nuptias esse illicitas. 3. Baptizatos non esse S. Chrismate confirmandos. 4. Rebaptizari debere baptizatos à Catholicis. Alio etiam nomine vocabantur Cathari, vide ibidem.

O.

Oecolompadius Monachus Apostata, Lutheri temporibus Zwinglij fautor maximus, sedem suam Basileæ fixit,

Origenistæ ex Origene, qui & Adamantius ob ipsius in persecutionibus constantiam vocabatur. Vix destimus in om-

### *Agendi cum Sectarijs.*

Omni genere scientiarum circa Annum 252: plurima erronea dogmata sparfit. 1. Solos evnuchos possessuros esse regnum Cœlorum. 2. Negabant æqualitatem Personarum divinarum. 3. Filium Dei, & Spiritum S. esse Creaturas. 4. Homines non posse videre Angelos, nec Angelos Spiritum S. nec Spiritum S. Filium, nec Filium Patris. 5. Animas longe ante Corpora fuisse creatas, & ad corpora amissas propter peccata. 6. Dæmones, & damnatos post mille Annos fore beatos. Sunt graves Authores, qui ab his erroribus Origenem defendunt.

Ophitæ circa Annum 145: credebant serpentem Adamum decipientem fuisse Christum. Serpentem verum conservabant, eumque adorabant, & incantationibus faciebant super altare ascendere, in quo oblata lambebat, & postmodum ad cavernam suam redibat.

Orobitæ vide Husitæ.

Offeni vide Ebione, & Elfai, qui fuit caput hujus sectæ circa Annum 74.

Osiandristæ, ab Andrea Osiandro Lutherano circa Annum 1527, qui docuit, Christum in Eucharistia esse passibilem.

\*\*\*\*

P. P a

P.

**Pacificatores, vide Calvinistæ.**

**Paschanitæ, vel Quartadecimani** circa Annum 165. volebant, Pascham celebrari debere 14. Lunâ Martij, quocunque die hebdomadæ occurrisset, quam Catholicis Dominica sequenti celebrant.

**Patarini, vide Albigenfes : iisdem erroribus infecti.**

**Patripassiani præter errores Sabelij, quos vide sub nomine Sabelliani, improbant Monachatum circa Annum 196.**

**Paulianistæ, à Paulo Samosateno, vide Samosateni.**

**Pauli Johannitæ, à Paulo & Joanne sic vocati præter Manichæismum, quem profitebantur, sæculo octavo tenebant, 1. Formam Baptismi consistere in his verbis : Ego sum aqua viva. Et Eucharistiæ in his : Accipite, manducate & bibite. 2. Negabant cultum S. Crucis. 3. Reiciebant sacerdotes nostros, & se solos Christianos, nos verò Romanos vocabant.**

**Pauperes de Lugduno alio etiam nomine Waldenses, à Waldo opulento Lugdunensi Mercatore, qui circa Annum 1160. voluntarius pauper factus cœpit prædicare, & ex ignorantia errores docere, reprehensus**

fus

*Agendi cum Sæcularijs.*

his à Clero eos auxit : unde 1. Negavit Obedientiam Papæ. 2. Cultum SS. Imaginum. 3. Orationes ad Sanctos. 4. Festa, Ecclesias. 5. Baptismi oleum. 6. Confirmationem. 7. Extremam unctionem. 8. Confessionem auricularem. 9. Remissionem peccatorum. 10. Ave Maria. 11. Pugatorium. 12. Merita. 13. Ordines Religiosos. 13. Miracula. 15. Juramenta. 16. Cantus Ecclesiæ. 17. Horas Canonicas, & penè omnia, quæ in Ecclesia Romana vigent. Insuper Prælatos, & Principes propter peccata, dicebat, Auctoritatem amittere. Ecclesiam tempore S. Sylvestri Papæ I. defecisse ob possessiones, quas possidere cœpit: Sacerdotem in mortali peccato existentem, nec consecrare, nec absolvere, bene tamen laicum justum rite id præstare posse. Solam Orationem Dominicam, nec quidem Symbolum fidei, esse dicendam, Omnem denique copulam carnalem esse licitam.

Pelagius Britto Monachus Anno 405 circiter sequentes sparsit hæreses. 1. Peccatum Adæ nocuisse sibi soli, & ideò negabat peccatum Originale. 2. Mandata Dei solis naturæ viribus observari posse. 3. Orationes ad Deum pro impetranda gratia bene agendi esse inutiles, cum hoc virtute propria possit liberum arbitrium. 4. Ad-

### *Methodus & praxis*

mittebat Baptismum parvulorum ; ut de bono in melius progredierentur. 5. Mortem , negabat esse pœnam peccati , sed conditionem naturæ , ita ut mori debuisset Adamus , etiamsi non peccasset. Sacerdotalia & Episcopalia vestimenta improbabat. Varios deinde habuit propagatores Hærefiarcha ille , ut Monachum quemdam nomine Cœlestinum , & Julianum Capuz Episcopum. Prodierunt & alij sub nomine *Semipelagiani* , seu *Massilienses* ; qui docebant , liberum arbitrium se solis naturæ viribus posse determinare ad bonum , ut autem bonum operetur , indigere gratiâ , sicque salutis initium & prædestinationis reponerent in nobis.

Petrus Abailardus circa Annum 1140. doctrinam ex Arianismo Nestorianismo , Pelagianismo defendit , nihilque credendum esse , assererat , quod intellectûs nostri beneficio comprehendi non possit.

Petrus à Bruis , alio nomine etiam Petrobrussiani , vide Henriciani. Collega enim fuit illius Henrici Tolosani , & simul docuit , in Eucharistia non contineri realiter Corpus Christi.

Petrus Appamæus Psuedo propheta , qui se in Episcopatum Appamensem circa Annum 517. intrusit Ecclesiam Catholicam , ejusque sacros Canones oppugnavit , & 1.

San-

*Agendi cum Sectarijs.*

Sanctos defunctos ejusdem Anathemathizavit. 2. Imagines eorum sustulit, substituendo loco eorum imagines Dioscori, aliorumque hæreticorum. 3. Ex Monasterijs Monachos armata manu expulit, & pro illis meretrices introduxit.

Petrus Gnaphæus, vide Gnaphæus.

Petrus de Osma Theologiæ Doctor Salmaticensis circa Annum 1517, vertit in dubium, Confessionem fuisse institutam à Christo, & Indulgentiarum virtutem.

Petrus Joannis circa Annum 1160. Docuit 1. Christo adhuc viventi latus fuisse apertum. 2. Animam rationalem non esse formam Corporis. 3. Ecclesiam Romanam esse Babylonem illam Apocalipsis. 4. Papam esse mysticum Antichristum.

Petrus Martyr Apostata Canonicus Regularis Lutero-Calvinista sparsit, Deum non posse replicare idem Corpus in pluribus locis.

Philippus Melancthon, vide Lutherus.

Photinus Episcopus Sirmiensis, circa Annum 340. renovans hæreses Cerinthi & Ebionis, docuit, Christum non esse Deum, sed purum hominem, & cum Sabellio negavit Trinitatem in Divinis.

**Photius** Author Græcorum Schismaticorum, quorum Schisma quatuordecies renovatum sic incoepit. Cùm Patriarcha Ignatius sede sua injustè expulſus fuit, dictus Photius Laicus substitutus, & intrusus fuit, & contra SS. Canones Ordinatus. Quil cùm à Papa Confirmationem Patriarchalis suæ dignitatis obtinere non posset, contra Ecclesiam Romanam circa Annum 856. se erexit, errorésque sequentes seminavit, ex quibus ipsius sequaces Græci plurimos etiamnum profitentur. Sunt autem hi, 1. Negant spiritum S. procedere etiam à Filio. 2. Animas ante iudicium universale non videre Deum. 3. Negant Purgatorium. 4. Licita esse damna illata inimicis suis. 5. Illicitas esse secundas nuptias. 6. Matrimonium esse solubile quò ad vinculum etiam. 7. Usuram esse licitam, uti & sacrorum venditionem. Baptizatos à Latinis rebaptizandos esse. 9. Eucharistiam non nisi in pane fermentato fieri posse, 10. Non esse baptizandos in quacunque necessitate parvulos ante octavum diem. 11. Consecrationem vini fieri debere absque mixtione aquæ. 12. Necessariam esse Communionem sub utraqúe specie. 13. Pravos recipientes panem consecratum non recipere Corpus Christi. 14. Eucharistiam Majoris esse efficacix die Jovis sancto, quam



*Agendi cum Sectarijs.*

alijs temporibus, & ideo non nisi in dñe illa celebrabant, & pro infirmis panem die illa consecratum per totum Annum conserva-  
bant. 15. Necessariam esse distributionem Eucharistiæ infantibus. 16. Negabant Pri-  
matum Papæ, & tandem more Hæbreo-  
rum à suffocatis & carnibus abstinebant, quæ in veteri lege prohibita erant,

Picardi, vide Adamitæ.

Priscillianistæ, à Priscilliano Gnostico circa Annum 381. sectam ex Manichæis, Sabellianis, Arianis, Marcione, & Quartodecimanis composuerunt, & insuper sua addiderunt erronea dogmata. 1. Corpus per se malum à diabolo fuisse factum, & sic negabant resurrectionem Corporum. 2. Matrimonium abhorebant, oppinantes, ex carnali copula procreatos filios minimè ad Deum posse pertinere, sed tantum illos, qui à Spiritu S. concipiebantur. 3. Animas esse de substantia Dei. 4. Licitum esse jurare, & perjurare ad servandum secretum.

Puritani, vide Calvinistæ.

Pyrhus Patriarchus Constantinopolita-  
nus sectarius Monothelitarum circa An-  
num 693.

Q.

*Quartodecimani*, vide Pachanitæ.

Qui

*Methodus & praxis*

Quietistæ circa Annum 1680, sic dicitur  
a quodam Presbytero Michaelis molinos  
Hispano sectæ hujus Authore, qui docebat,  
in spirituali sive mystica solos illos esse cen-  
sendos perfectos, qui per unum actum non  
revocatum Deo semel oblatis, totaliter u-  
niti, resignati, atque relictis, reliquos  
omnes actus, ut superfluos suspenderent,  
ac veluti inanimati permanerent. Vota de  
aliquo faciendo sunt perfectionis impediti-  
va. Non debet anima cogitare nec de  
præmio, nec de punctione, nec de Para-  
diso, nec de Inferno, nec de morte, nec  
de æternitate. Ad dubia, quæ occurrunt,  
an rectè procedatur nec ne, non opus est, re-  
flectere, &c. Errores ipsius ab Innocentio  
XI. damnatos vide alibi, quos omnes hîc  
afferre, longum esset: sunt etenim 68.

Quintinistæ, à Quintino Picardo coe-  
taneo Anabaptistis, omnes rejiciebant Reli-  
giones,

R,

Reformati  
Remonstrantes seu Molles } vide Calv.  
Rigidi

Richardus Armacanus Seraphicæ Re-  
ligionis hostis acerrimus sæculo quartodeci-  
mo oppugnavit paupertatem voluntariam,  
&

*Agendi cum Sectarijs.*

& Sacerdotes simplices in absentia Episcoporum eandem exercendi omnia eorum munia habere potestatem.

Risvviçh , vide Hermannus.

Rotterdamus , vide Desiderius.

Russiani , seu Rutheni Sæculo decimo quinto amplexi fuerunt Græcorum dogmata, dum à Rege Poloniæ tanquam sui subditi ad veram Religionem vocabantur , Duci Moscoviæ tanquam Protectori se subijciebant. Tradebant 1. D. Petrum non fuisse verum Pontificem. 2. Romanam Ecclesiam minimè esse Caput aliarum Ecclesiarum. 3. Scripta PP. Latinorum , & Decreta Conciliorum nullius esse vigoris, 4. Excommunicationes , Purgatorium & Sacramenta Confirmationis , & Extremæ Unctionis nihili esse faciendâ.

S.

Sabeliani , ab auctore Sabellio circa Annum 260. decebant , unam tantum esse in Trinitate Personam sub diversis solummodo nominibus , & officijs.

Sacramentarij , vide Carlostadius.

Sagarellus Pseudo-Apostolus sectæ hujus Princeps & renovator Anno 1290. se subisque *Apostolos* nominabat , quia pauper-

### *Modus & praxis*

tatem servabant ; plures sparsit errores :  
ut 1. Opera bona majoris esse meriti facta  
sine voto, quàm illa ex voto. 2. Nihil af-  
servari debere de una die ad alteram. 3.  
Ecclesias non esse loca aptiora ad orandum,  
quàm alia. 4. Matrimonia esse licita dis-  
solvere ijs qui sectam suam profiteri vole-  
bant.

Samosateni, à Paulo Samosateno, Epi-  
scopo Antiochiæ circa Annum 260. docu-  
erunt, Christum fuisse purum hominem,  
justum tamen, & non baptizandum esse in  
nomine SS. Trinitatis.

Saturnini, à Saturnino Menandri di-  
scipulo, circa Annum 118. Christum ap-  
parenter, & in specie tantùm apparuisse,  
dicebant, & in reliquis Simonem Magum,  
cujus discipulus etiam erat, sectabantur.

Secundiani, vide Cerdonistæ.

Semi-Ariani, vide Arius : dicebant :  
Filius Dei non esse ejusdem substantiæ cum  
Patre, sed similis non Omoussion, sed om-  
oiússion. Quod veri Ariani negabant, in  
reliquis tamen conveniebant.

Semi-Pelagiani, vide Pelagius.

Simon Magus, primus post Christi  
mortem Hæresiarcha, circa Annum 35.  
asseruit, 1. Mundum non fuisse creatum à  
Deo.

*Agendi cum Sectarijs.*

**Deo.** 2. Bona opera non esse necessaria.  
3. Non esse in homine liberum arbitrium.  
4. Dona Dei esse venalia. 5. Animas de corpore in Corpus migrare. 6. Non esse futuram mortuorum resurrectionem. 7. Promiscuum faminarum usum esse licitum.  
8. Deum esse, qui apparuit in Samaria, ut Filius in Judæa, ut spiritus S. gentibus.

**T.**

**Tatianus** circa Annum 173. cum suis tenebat, Matrimonium esse rem malam, uti & carnes &c. vide *Encratitæ*.

**Tertullianus** vir doctissimus ob denegatam sibi à Victore Papa compatriota Episcopalem Carthaginensem dignitatem ex odio circa Annum 201. varios edidit errores. Ut. 1. Traditiones nihil esse faciendas. 2. Animas immortales esse Corporeas, & animam filij, dicebat, esse ab anima Patris progenitam. 4. Animas damnatorum converti post mortem in diabolos. 5. Nullum esse Bapsum ab hæreticis collatum.

*Taboritæ*. vide *Hussitæ*.

*Thalmudistæ* à Thalmud circa Annum 476. quod duplex est, Jerosolimytanum unum. alterum Babylonicum, utrumque plenum bla-

## *Methodus & praxis*

**blasphemiis & erroribus.** 1. Dicebant, Deum ante creationem hujus mundi in pluribus alijs ædificandis, & destruendis mundis se exercuisse, usque dum didicerit, præsentem producere. 2. Deum tres primas horas diei infundere inlectione Legis Mosaycæ; Moysenque in Cælum ascendentem vidisse Deum occupatum in apponendis S. Scripturæ accentibus & punctis. 3. Deum circa finem diei pro distractione & relaxatione mentis suæ ludere cum leviathan, seu Cete. 4. Deum prima die Novilunij Septembris universum judicare mundum, & decem sequentibus adscribere justos libro vitæ, malos libro mortis. 5. Deum ordinasse Judæis, offerre Sacrificium expiationis quolibet novilunio pro expiando peccato à se commisso, dum lumen lunæ abstulit & soli dedit, &c.

Tremblantes sectam suam in Angliâ circa Annum 1955. inchoarunt, & maxime Londini, solo indusio tecti ubique prædicando, oportere, in timore & tremore operari salutem, varias jaçtabant revelationes divinas. Docent autem inter alia; Scripturas non esse verbum Dei, nec in eis contineri veram & salutarem doctrinam. 2. Omnes homines ex se habere lumen sufficiens ad salutem. 3. Homines non justificari per fidem in Christum, sed per

*Agendi cum Sectarijs.*

per opera. 4. Negant resurrectionem  
Corporum, Cœlum & Infernum, &c.

V.

Valentiniani à Valentino facto Hære-  
tico ob denegatum Episcopatum, vide  
Gnostici.

Ubiquitarij, vide Brentius.

Vigilantius Gallus, & Barcinonensis Ec-  
clesiæ Presbyter circa Annum 400. 1.  
Sanctos non esse, nec colendos, nec in-  
vocandos, nec eorum Reliquias debere ef-  
se, in Veneratione, imò eam redole-  
re idololatriam. 2. Ecclesiæ jejunia mi-  
nimè prodesse. 3. Coelibatum Sacerdotum  
non esse observandum.

Vorstius Minister Batavus Calvinista  
admittebat perfectiones Divinas, ut sim-  
plicitatem Dei, infinitatem, immensita-  
tem, & æternitatem. Quod inter Bata-  
vos Reformatos etiamnum magnam divisio-  
nem causat.

W.

Waldenses, vide Pauperes de Lug-  
duno.

Wicleffus Anglus, qui circa Annum

## *Methodus & Praxis*

1340. Virgoniensi Episcopatu non obtento, ab Ecclesia se separavit, & præter errores Waldensium circa potestatem Ecclesiæ, & Ministros, & Magistratus laicos & alios addidit. Ut 1. Substantiam panis manere in Eucharistia. 2. Chrium non esse realiter in ea. 3. Largientes eleemosynas Religiosis mendicantibus ipso facto esse excommunicatos. 4. Religiosos in privata Religione viventes non esse Catholicos. 5. Sanctos peccasse instituendo Religiones particulares. 6. Omnia fatò evenire &c.

## Z.

Zwinglius Constantiensis Canonicus in Helvetia hæresim suam Carlostatio conformabat; ut uxorem ducere potuerit, beneficia sua vendidit. Quadam die anxius hærens in explicatione horum verborum: Hoc est Corpus meum, refert sibi phantasma quoddam apparuisse, nesciens an album, vel nigrum fuerit; quod illi dixit hæc verba: Hoc est Corpus meum intelligi debere; Hoc significat Corpus meum. Sicuti Exodi 12. Est enim phase Domini; Id est hæc significat Transitum Domini,

In-



**Infausta Hæresiarcharum mors.**

Simon Magus ad Cœlos volare præsumens precibus S. Petri Apostoli dejectus fuit, pedesque frangens miserè & ignominiosè periit paulò post. Egesipp. lib. 3. c. 2. de excid. Jerosol. Manichæus filium Regis Persarum curaturus occidit, à quo vivus excoriatus postmodum fuit. S. Epiph. Hæres. 66. Montanus cum suis Prophetissis laqueò se suffocavit. Euseb. lib. 5. Histor. c. 16. Donatistæ ab iisdem canibus dilacerati fuerunt, quibus Eucharistiam cum tanto sacrilegio projiciebant. Optat. lib. 2. contra Parm Arius, in Ecclesiam introire volens, subitò alvi motu excitato ad publicas latrinas secessit, ibique cum excrementis intestina omnia & animam effudit. S. Ath. Orat. 1. contra Arianos. Nestorius blasphemâ linguâ & verbibus consumptâ miserrimè obiit. E. vagr. lib. 1. Hist. c. 6. Lutherus sanus & lætus oppiparè cœnans, omnèsque solitis facetiis ad risum provocans, eadem nocte vitam finit. Cochlæus in vita Lutheri. Zwinglius in bello contra Catholicos occisus fuit. Oecolompadius vesperi sanus decumbens, mane ab uxore vel potius concubina sua mortuus inventus fuit in Lecto,

*Modus & praxis*

60. Idem Cochleus in actis Lutheri Carlostadius à dæmone fuit suffocatus. Ita ministri Basileenses in Epist. de morte Carlostadij. Calvinus novem variis horrendis & gravissimis morbis vexatus quatuor Annos, scilicet cholicâ, dolore Articulorum, calculo, hemorroidibus, febre, astmate, hemicranio, pituita, sanguinis vomitione, demùm pediculis undique scattentibus miserè obiit: inter blasphemias, & dæmonis invocationem refert Bolsæcus in vita Calvini, inter maledictiones horarum, in quibus studijs & scriptioni operam dedit, narrat Gault. in Calv. §. 1. Marcus Antonius de Dominis Salonæ Italis spalatro Dalmatiæ urbe antiqua Venetæ ditionis Archiepiscopus: vir nobili genere natus, aliquamdiu Romæ inter Prælatos victitans, ingenij acumine, profunditate doctrinæ & eloquentiâ quidem claruit, non tamen morum integritate: ultra modum etiam ambitiosus minimè dignitate sua contentus Cardinalatum affectabat. Salonâ aliquando Romam rediens, in via ex magna cum duobus A catholicis nobilibus Anglis contracta familiaritate paulatim in fide titubare cœpit, protractâque cum iisdem in urbe dicta familiari consuetudine jam in reprobum sensum datus, consilio & exhortationi unius ex Anglis illis de suscipien-

*Argendi cum Sectarijs.*

ad itinere in Angliam Londinum versus  
acquiescens, dexterè divendita sacra su-  
pellectile, mutatóque sacro habitu in pro-  
fanum clam ex urbe cum eodem & intimo  
cubiculario Catholico discessit, qui tamen  
paulò post sublata notabili quantitate peculij  
heri sui non sine ipsius levi animi turbatio-  
ne ab eodem furtivè se subtraxit, relin-  
quendo Dominum suum in magna suspicio-  
ne deproditione. Prosequens de Dominis  
cum præfato Anglo ejusque unico servo i-  
ter suum Londini Anno 1615. advenit,  
ubi summo honore postquam exceptus fuit,  
& bene tractatus à Pseudo-Episcopis Angli-  
cis paulò post in Ecclesia Cathedrali S. Pau-  
li præsentè ipsomet Rege, & innumero  
populo, confecto prius novo Archiepisco-  
pali habitu, eoque indutus, ac mitra in  
capite, & pedum in manibus tenens in dicta  
Ecclesia comparuit, ubi solus in medium  
procedens ante altare, in manibus Londi-  
nensis Episcopi Catholicam fidem execrans,  
projectisque in terram ludibriosè Episcopa-  
li habitu & mitrà, indutusque Ministrorum  
habitu Calvinianam hæresim summo totius  
Orbis Catholici scandalo solenniter profes-  
sus est, & successivè Itatorum Ecclesiastes  
effectus fuit: vix Apostata factus, illicò  
contra summum Pontificem, & Ecclesiam  
Catholicam deposita omni reverentia & hu-

\*\*\*\*\*

ma-

*Modus & praxis*

manitate scandalosissimè scripsit, seque in omnibus suis scriptis genuinum Calvinii discipulum & asseclam monstravit. Interim Romæ ad reducendam errantem illam oviculam nihil omissum fuit; ast sine ullo effectu: cum semper pertinacior evaserit: quare à Paulo V. summo Pontifice excommunicatus fuit, ipsiusque statua more aliorum Hæresiarcharum publicè igni tradita. Defuncto dicto summo Pontifice Anno 1621. & ad Pontificatum assumpto Cardinale Alexandro Ludovisio vocato Gregorio XV. ante apostasiam amicitia juncto cum Dominis, iterum ad revocandum illum omnis conatus adhibitus fuit, & quidem tali successu, ut mediante Hispaniarum Regis Londini residente Legato ad reditum apostata ille inductus fuerit, & ita clam Londinò aufugiens Romam deinde venit, ubi hæresim suam abjurans, acceptaque impositâ pœnitentiâ ægrè quidem & fictè, paulatim in eandem incidens, nullo unquam modo induci potuit, ut scriptis suis publicis, quæ contra Ecclesiam scripserat, revocaret, allegando se majorem spiritûs sancti assistentiam in Anglia habuisse, quàm nunc Romæ habere. Succedente pariter etiam morte Gregorij XV. Anno 1623. 6. Augusti in summum Pastorem electus fuit **Cardinalis Massæus Barbarinus**  
sub

*Agendi cum Scabarijs:*

sub nomine Urbani VIII. qui vitam & acta  
fidei poenitentis optime noverat, præcepit  
ut observatis observandis contra ipsum pro-  
cedatur: cognita itaque ipsius impoenten-  
tia pertinaci in hæren animo morte dignus  
adjudicatus fuit; quia autem in carcere  
febre maligna correptus infeciter homo ille  
sexagenario major obiit, cadaver ipsius de-  
inde publicè rogo injectum fuit.



)(a

Ca-



## CATALOGUS II.

### Chronologicus Summorum Pontificum secundum Alphabetum dispositus.

Adrianus I. Romanus.	Anno 772.
Adrianus II. Romanus.	867.
Adrianus III. Romanus.	884.
Adrianus IV. Anglus.	1154.
Adrianus V. Genuensis.	1276.
Adrianus VI. Belga.	1521.
S. Agatho Romanus.	678.
S. Agapitus I. Romanus.	535.
Agapitus II. Romanus.	946.
S. Alexander I. Romanus.	119.
Alexander II. Mediolanens.	1061.
Alexander III. Senensis Ital.	1159.
Alexander IV. Anagniens. Prov.	1254.
Alexander V. Cretensis.	1409.
Alexander VI. Hispanus.	1492.
Alexander VII. Senensis Ital.	1655.
Alexander VIII. Venetian.	1689.
S. Anacletus. Græcus.	101.
S. Ana-	

*Catalogus II.*

S. Anastasius I. Romanus,	398.
S. Anastasius II, Romanus.	496.
Anastasius III, Roman.	910.
Anastasius IV, Roman,	1153.
S. Anacetus Syrianus.	165.
S. Anterus Græcus.	235.
Benedict. I. Romanus,	575.
S. Benedict. II, Romanus.	685.
Benedict. III, Romanus.	885.
Benedict. IV, Romanus.	900.
Benedictus V, Roman.	964.
Benedict. VI, Roman.	972.
Benedict. VII, Roman.	974.
Benedict. VIII, Roman,	1012.
Benedict. IX, Roman.	1033.
Benedict. X, dictus XI. Tarvisin.	
Ital.	1304.
Benedict. XI. dict. XII. Tolosan.	1334.
S. Bonifacius I, Roman,	418.
Bonifacius II. Roman,	529.
Bonifacius III. Roman,	607.
S. Bonifacius IV, Valer Hisp,	608.
Bonifacius V, Neapolitan.	620.
Bonifacius VI. Romanus.	896.
Bonifac. VII. Romanus.	985.
Bonifac. VIII. Anagnien. Prov.	1294.
Bonifacius IX. Neapolit,	1389.

S. Cajus Dalmata.	283.
S. Calixtus I. Romanus.	219.
Calixtus II. Burgundus.	1123.
Calixtus III. Hispanus.	1455.
S. Coelestin. I. Romanus.	425.
Coelestin. II. Thuscus.	1143.
Coelestin. III. Romanus.	1191.
Coelestin. IV. Mediolan. Ital.	1241.
S. Coelestin. V. Italus	1294.
S. Clemens I. Romanus.	91.
Clemens II. Saxo.	1046.
Clemens III. Romanus.	1187.
Clemens IV. Gallus.	1265.
Clemens V. Burdigal. Gallus.	1305.
Clemens VI. Gallus.	1342.
Clemens VII. Florentin.	1523.
Clemens VIII. Florentin.	1591.
Clemens IX. Pistoiens. Thuscus.	1667.
Clemens X. Romanus.	1669.
Clemens XI. Urbinius.	1700.
S. Cletus Romanus.	78.
Conon Thracius.	687.
S. Cornelius Romanus.	251.
Constantinus Syrianus.	708.
Christophorus Romanus.	904.
S. Damasus I. Hispanus.	367.
Damasus II. Bavarus.	1048.
S. De-	



S. Deusdedit Romanus.	616.
Deodatus Romanus	672.
S. Dionysius Romanus	258.
Donus I. Romanus.	677.
Donus II. Romanus,	974.
S. Eleutherius Græcus.	177.
S. Evaristus Syrianus.	110.
S. Eugenius I. Romanus,	654.
Eugenius II. Romanus.	824.
Eugenius III. Pisanus Ital.	1145.
Eugenius IV. Venetianus,	1431.
S. Eusebius Græcus,	309.
S. Eutichianus Thuscus,	275.
S. Fabianus Romanus,	236.
S. Felix I. Romanus,	270.
S. Felix II. Romanus,	355.
S. Felix III. Romanus.	483.
S. Felix IV. Samnius Italus.	526.
Formosus Portuens. Roman,	891.
S. Gelasius I. Afer.	492.
Gelasius II. Cajetanus Italus.	1118.
S. Gregorius M. I. Romanus,	590.
S. Gregorius II. Romanus	715.
S. Gregorius III. Romanus.	731.
Gregorius IV, Romanus,	828.
Gregorius V. Saxo.	997.
Gregorius VI. Romanus.	1045.
	S. Gre-

*Catalogus II.*

<b>S.</b> Gregorius VII. Tuscius,	1073.
Gregorius VIII. Benevent. Italus,	1187.
Gregorius IX. Anagniens. Prov,	1227.
<b>B.</b> Gregorius X. Hacentinus Ital,	1271.
Gregorius XI. Gallus,	1370.
Gregorius XII. Venetianus,	1406.
Gregorius XIII. Bononiens.	1572.
Gregorius XIV. Mediolanens,	1590.
Gregorius XV. Bononiensis.	1621.
<b>S.</b> Higinus Atheniensis.)	152.
<b>S.</b> Hilarius Sardus.	461.
Honorius I. Campan. Italus,	626.
Honorius II. Bononiens.	1128.
Honorius III. Romanus.	1216.
Honorius IV. Romanus.	1285.
<b>S.</b> Hormisda Campan. Italus.	514.
<b>S.</b> Innocentius I. Albanus Italus,	402.
Innocentius II. Romanus,	1130.
Innocentius III. Anagniens Prov,	1198.
Innocentius IV. Genuens. Italus,	1243.
Innocentius V. Burgundus.	1276.
Innocentius VI. Gallus,	1352.
Innocentius VII. Solmon. Italus,	1404.
Innocentius VIII. Genuens.	1484.
Innocentius IX. Bononiensis.	1591.
Innocentius X. Romanus.	1644.
Innocentius XI. Mediolanensis,	1676.
In-	

*Catalogus II.*

	<b>Innocentius XII. Neapolitan.</b>	<b>1691.</b>
<b>S.</b>	<b>Joannes I. Thuscus.</b>	<b>523.</b>
<b>S.</b>	<b>Joannes II. Romanus.</b>	<b>532.</b>
	<b>Joannes III. Romanus.</b>	<b>561.</b>
	<b>Joannes IV. Dalmata.</b>	<b>640.</b>
	<b>Joannes V. Antiochen.</b>	<b>686.</b>
	<b>Joannes VI. Græcus.</b>	<b>702.</b>
	<b>Joannes VII. Cræcus.</b>	<b>705.</b>
	<b>Joannes VIII. Romanus.</b>	<b>872.</b>
	<b>Joannes IX. Tiburt; Romanus.</b>	<b>898.</b>
	<b>Joannes X. Romanus.</b>	<b>915.</b>
	<b>Joannes XI. Romanus.</b>	<b>931.</b>
	<b>Joannes XII. Romanus.</b>	<b>956.</b>
	<b>Joannes XIII. Romanus.</b>	<b>965.</b>
	<b>Joannes XIV. Papiens, Italus.</b>	<b>984.</b>
	<b>Joannes XV. Romanus.</b>	<b>986.</b>
	<b>Joannes XVI. dictus XVIII.</b>	<b>1003.</b>
	<i>Patria ipsius non scitur.</i>	
	<b>Joannes XVIII. dictus XIX. Rom.</b>	<b>1004.</b>
	<b>Joannes XX. Lusitanus.</b>	<b>1024.</b>
	<b>Joannes XXI. Gallus.</b>	<b>1276.</b>
	<b>Joannes XXII. Neapolitanus</b>	<b>1316.</b>
	<b>Joannes XXIII.</b>	<b>1410.</b>
<b>S.</b>	<b>Julius I. Romanus.</b>	<b>337.</b>
	<b>Julius II. Savonens. Italus.</b>	<b>1503.</b>
	<b>Julius III. Aretin. Thuscus.</b>	<b>1550.</b>
	<b>Lando Sabin. Italus.</b>	<b>914.</b>

*Catalogus II:*

S. Leo I. Thuscus.	440.
S. Leo II. Siculus.	682.
S. Leo III. Romanus.	795.
S. Leo IV. Romanus.	847.
Leo V. Patria ipsius non scitur.	904.
Leo VI. Romanus.	928.
Leo VII. Romanus.	936.
Leo VIII. Romanus.	963.
S. Leo IX. Germanus.	1049.
Leo X. Florentinus.	1513.
Leo XI. Florentin.	1605.
S. Liberius Romanus.	352.
S. Linus Volater. Italus.	67.
S. Lucius I. Romanus.	253.
Lucius II. Bononiensis.	1144.
Lucius III. Lucens. Italus.	1181.
S. Marcellinus Romanus.	296.
S. Marcellus I. Romanus.	304.
Marcellus II. Hetruscus.	1555.
S. Marcus Romanus.	336.
S. Martinus I. Tudert. Italus.	649.
Martinus II. Toscanus Italus.	882.
Martinus III. Romanus.	943.
Martinus IV. Gallus.	1281.
Martinus V. Romanus.	1417.
S. Melchiades Afer.	311.
S. Nicolaus I. Romanus.	858.
Ni-	

*Catalogus II.*

Nicolaus II. Sabaudus.	1059.
Nicolaus III. Romanus.	1277.
Nicolaus IV. Æscolanus Ital.	1288.
Nicolaus V. Italus.	1447.
S. Paulus I. Romanus.	757.
Paulus II. Venetianus.	1464.
Paulus III. Romanus.	1534.
Paulus IV. Neapolitan.	1555.
Paulus V. Romanus.	1605.
S. Paschalis I. Romanus.	817.
Paschalis II. Thuscus.	1099
Pelagius I. Romanus.	555.
Pelagius II. Romanus.	579.
S. Petrus Galilæus Apostolorum Princ.	45.
S. Pius I. Aquilens. Ital.	156.
Pius II. Senens. Ital.	1458.
Pius III. Senens. Ital.	1503.
Pius IV. Mediolanensis.	1560.
S. Pius V. Mediolanens.	1566.
S. Pontianus Romanus.	231.
Romanus. Romanus.	897.
Sabinianus Volaterrens. Thuscus.	604.
S. Sergius I. Antiochen.	688.
Sergius II. Romanus.	844.
Sergius III. Romanus.	905.
Sergius IV. Romanus.	1009.
Severinus Romanus.	640.
S. Sil-	

*Catalogus II.*

S. Sylvester I. Romanus,	314.
Sylvester II. Aquitan, Gallus,	999.
S. Sylvester Campan. Italus.	536.
S. Simmachus Sardus.	498.
S. Simplicius Tiburtinus,	467.
S. Siricius Romanus,	385.
Sisinnius Syrianus.	707.
S. Sixtus I. Romanus.	130.
S. Sixtus II. Atheniensis,	432.
S. Sixtus. III, Romanus,	557.
S. Sixtus IV. Savonens, Ital.	1471.
Sixtus V. Marchian, Italus,	1585.
S. Soter Fundanus Italus.	173.
S. Stephanus I. Romanus,	255.
Stephanus II, Romanus,	752.
Stephanus III. Romanus,	752.
Stephanus IV, Siculus.	768.
Stephanus V, Romanus.	816.
Stephanus VI. Romanus,	885.
Stephanus VII. Romanus.	896.
Stephanus VIII. Romanus,	929.
Stephanus IX. Germanus,	939.
Stephanus X. Lotharingus.	1057.
S. Thelesphorus Græcus.	140.
Theodorus I. Græcus.	642.
Theodorus II. Romanus,	898.
Valentinus Romanus.	827.
S. Vi-	

## Catalogus II.

Vigilius Romanus.	537.
S. Vitalianus Campan. Ital.	657.
S. Victor I. Afer.	192.
Victor II, Bavarus.	1055.
Victor III. Benevent. Ital.	1087.
S. Urbanus I. Romanus.	224.
Urbanus II. Gallus.	1088.
Urbanus III. Mediolan. Ital.	1185.
Urbanus IV. Gallus.	1261.
Urbanus V. Gallus.	1362.
Urbanus VI. Neapolitan.	1378.
Urbanus VII. Roman.	1590.
Urbanus VIII. Florentin.	1623.
S. Zacharias. Græcus.	741.
S. Zepherinus Romanus.	201.
S. Zosimus Græcus.	417.

*Divi Petri itaque successores fuerunt ducenti quadraginta sex, Ex quibus fuerunt Palaestini II. Græci XI. Itali LXXIII. Romani CII. Germani LV. Galli XV. Anglus I. Hollandus I. Provincialis I. Hispani III. Africani II. Benedictini XXXI. Eremitæ II. Dominicani III. Franciscani IV. juxta alios VI. Martyres XXX. Sanctitate & miraculis clari LXXX.*

CA.

*Catalogus II:*

S. Leo I. Thuscus.	440.
S. Leo II. Siculus.	682.
S. Leo III. Romanus.	795.
S. Leo IV. Romanus.	847.
Leo V. Patria ipsius non scitur.	904.
Leo VI. Romanus.	928.
Leo VII. Romanus.	936.
Leo VIII. Romanus.	963.
S. Leo IX. Germanus.	1049.
Leo X. Florentinus.	1513.
Leo XI. Florentin.	1605.
S. Liberius Romanus.	352.
S. Linus Volater: Italus.	67.
S. Lucius I. Romanus.	253.
Lucius II. Bononiensis.	1144.
Lucius III. Lucens. Italus.	1181.
S. Marcellinus Romanus.	296.
S. Marcellus I. Romanus.	304.
Marcellus II. Hetruscus.	1555.
S. Marcus Romanus.	336.
S. Martinus I. Tudert: Italus.	649.
Martinus II. Toscanus Italus.	882.
Martinus III. Romanus.	943.
Martinus IV. Gallus.	1281.
Martinus V. Romanus.	1417.
S. Melchiades Afer.	311.
S. Nicolaus I. Romanus.	858.
Ni-	



*Catalogus II.*

Nicolaus II. Sabaudus.	1059.
Nicolaus III. Romanus.	1277.
Nicolaus IV. Æscolanus Ital.	1288.
Nicolaus V. Iralus.	1447.
S. Paulus I. Romanus.	757.
Paulus II. Venetianus.	1464.
Paulus III. Romanus.	1534.
Paulus IV. Neapolitan.	1555.
Paulus V. Romanus.	1605.
S. Paschalis I. Romanus.	817.
Paschalis II. Thufcus.	1099.
Pelagius I. Romanus.	555.
Pelagius II. Romanus.	579.
S. Petrus Galilæus Apostolorum Princ.	45.
S. Pius I. Aquilens. Ital.	156.
Pius II. Senens. Ital.	1458.
Pius III. Senens. Ital.	1503.
Pius IV. Mediolanensis.	1560.
S. Pius V. Mediolanens.	1566.
S. Pontianus Romanus.	231.
Romanus. Romanus.	897.
Sabinianus Volaterrens. Thufcus.	604.
S. Sergius I. Antiochen.	688.
Sergius II. Romanus.	844.
Sergius III. Romanus.	905.
Sergius IV. Romanus.	1009.
Severinus Romanus.	640.
S. Sil-	

*Catalogus II.*

S. Sylvester I. Romanus,	314.
Sylvester II. Aquitan, Gallus,	999.
S. Sylvester Campan, Italus.	536.
S. Simmachus Sardus.	498.
S. Simplicius Tiburtinus,	467.
S. Siricius Romanus,	385.
Sifinnius Syrius.	707.
S. Sixtus I. Romanus.	130.
S. Sixtus II. Atheniensis,	432.
S. Sixtus. III, Romanus,	557.
S. Sixtus IV, Savonens, Ital.	1471.
Sixtus V. Marchian, Italus,	1585.
S. Soter Fundanus Italus.	173.
S. Stephanus I. Romanus.	255.
Stephanus II, Romanus,	752.
Stephanus III. Romanus,	752.
Stephanus IV, Siculus.	768.
Stephanus V, Romanus.	816.
Stephanus VI. Romanus,	885.
Stephanus VII. Romanus.	896.
Stephanus VIII. Romanus,	929.
Stephanus IX. Germanus,	939.
Stephanus X. Lotharingus.	1057.
S. Thelesphorus Græcus.	140.
Theodorus I. Græcus.	642.
Theodorus II. Romanus,	898.
Valentinus Romanus.	827.
S. Vi-	

## Catalogus II.

Vigilius Romanus.	537.
S. Vitalianus Campan. Ital.	657.
S. Victor I. Afer.	192.
Victor II, Bavarus.	1055.
Victor III. Benevent. Ital.	1087.
S. Urbanus I. Romanus.	224.
Urbanus II. Gallus.	1088.
Urbanus III. Mediolan. Ital.	1185.
Urbanus IV. Gallus.	1261.
Urbanus V. Gallus.	1362.
Urbanus VI. Neapolitan.	1378.
Urbanus VII. Roman.	1590.
Urbanus VIII. Florentin.	1623.
S. Zacharias. Græcus.	741.
S. Zepherinus Romanus.	201.
S. Zosimus Græcus.	417.

*Divi Petri itaque successores fuere ducenti quadraginta sex, Ex quibus fuerunt Palaestini II. Græci XI. Itali LXXVII. Romani CII. Germani LV. Galli XV. Anglus I. Hollandus I. Provincialis I. Hispani III. Africani II. Benedictini XXXI. Eremita II. Dominicani III. Franciscani IV. juxta alios VI. Martyres XXX. Sanctitate & miraculis clari LXXX.*

CA-



# CATALOGUS III.

**Celebriorum sanctorum Patrum : quibus annis floruerunt.**

S. Ambrosius Romanus Episc.	374.
S. Anselm. Cantuar. Episc: Italus.	1081.
S. Athanas. Alexand. Episc.	340.
S. Augustin. Afer Episc.	420.
S. Basilius M. Pontan. Episc.	370.
Beda Venerab. Anglo Saxo	751.
S. Bernardus Burgundus	1130.
S. Bernardin. Senens. Italus	1438.
S. Bonavent. Italus Episc: Card:	1275.
S. Cæsarius Aurelat. Episc: Gallus.	499.
Clemens Alexand. Presb: Athen:	204.
S. Clemens Papa I. Romanus.	92.
S. Cyprian. Episc. Afer.	250.
S. Cyrill. Alex: Episc.	430.
S. Cyrill: Hieros. Episc.	365.
S. Dionys: Areop: Atheniensis.	71.
S. Ephrem Diacon: Nisibens:	365.
S. Epiphan: Episc. Eleuterop.	370.
S. Eucher: Episc: Gallus:	440.
S. Eulogius M. Presb. Cordub.	850.
S. Fulgent: Episc: Afer.	500.
S. Gelasius Papa Afer.	492.
S. Gre-	

*Catalogus III.*


S. Gregor. M. Papa Roman.	600.
S. Gregor: Nazian: Episc: Cappadox:	370.
S. Gregor: Nyssen: S. Episc: Basilij frat:	380.
S. Gregor: Taumat: Episc: Pont.	233.
S. Gregor: Turon: Episc: Gall.	596.
S. Gregor: P. II. Romanus.	714.
S. Hieronym: Card: Dalmata.	390.
S. Hiliarius Episc. Gallus.	355.
S. Ignat: M. Episc. Antioch.	71.
S. Ildephon: Episc: Hispan:	658.
S. Innocentius P. I. Ital.	417.
S. Joannes Chrysoft: Episc. Antioch:	398.
Joannes Climacus Monach:	560.
S. Joannes Damascen: Monach.	731.
S. Irenæus M. Episc: Lugd: Smirnen:	180.
S. Isidor: Hispal: Episc:	630.
S. Justin: M. Palæst.	150.
S. Leo P. I. Thuscus.	440.
S. Maximus Episc. Taurin.	420.
S. Maxim: M. Monach: Constantin:	650.
S. Method. Episc: M.	285.
S. Nicephor: Episc: Constant:	811.
S. Nicolaus P. I. Romanus.	858.
S. Nilus Abbas Calaber.	976.
S. Optatus Milevit: Episc. Afer.	365.
Origenes Alexandrin: Monach.	230.
	S. P.

*Catalogus III.*

- |                                   |       |
|-----------------------------------|-------|
| S. Pachom. Ægyptius.              | 340.  |
| Petrus-Plessensis Gallus.         | 1177. |
| Petrus Cluniac. Abbas Gallus.     | 1130. |
| S. Petrus Chrysol. Episc. Italus. | 4     |
| S. Petrus Damiani Card. Ital.     | 1     |
| S. Polycarp. Episc. M. Asiat.     |       |
| S. Prosper Episc. Gallus.         |       |
| Richardus de S. Vict. Scotus.     |       |
| Salvianus Episc. Gallus.          |       |
| S. Sophron. Episc. Damasc.        |       |
| Tertullianus Prespyter.           |       |
| Theodoretus Episc. Ar.            |       |
| S. Theodor. stud. Abbas C.        |       |
| S. Theophilus Episc. Ar.          |       |
| Theophylactus Episc.              |       |
| S. Thomas Aquin.                  |       |
| S. Vincent. Ferrer.               |       |
| Vincentius Lirin                  |       |

*His itaque praxi  
 siarum Quæstiones  
 quarum inityis br  
 Calvinii, vel alioru.  
 tanquam leonem ex ungue uo.  
 quam detestanda sit eorum doctrina, quoniam  
 que animus erga Romanam Ecclesiam &c. Enim  
 verò: Sententias eorum prodisse, superasse est:  
 Scribit S. Hieron. ad Ctesiphont. sit proinde.*

Quæst. I.



# QUÆSTIO I.

## *Quanam sit vera Ecclesia.*

**E**cclēsiā visibilem esse, licet à quibusdam sectarijs negetur ob fundamentum, quod sibi constringunt: quia quod creditur non potest esse visibile, Ecclesia ergo cum credatur, necesse est eam non esse visibilem, non attendentes ad distinctionem: quod fide creditur non esse visibile ex ea parte, qua sub fidem cadit, verum esse, qua sub fidem non cadit, minime. Sic Apostoli in Christo videbant humanitatem, & divinitatem credebant: sic in Baptismo videmus abluitionem externam, & credimus abluitionem internam peccatorum &c. Id tamen nec à Luthero nec à Calvino approbari videtur; cum uterque veræ Ecclesiæ agnoscendæ notas & Symbola sua assignent, ut immediatè videbimus. Ultra si Ecclesia visibilis non esset, quomodo ergo Christus eos, qui testes audire detractant, ad Ecclesiam deferendos esse vult? Matth. 18. v. 17. *Dic Ecclesia.* Tum si Ecclesia invisibilis est, quomodo

A do

do ergo, qui converti volunt, eam invenire poterunt, veramque salutem adipisci, cum extra Ecclesiam vera salus esse non poterit?

Subsistente ergo visibilitate Ecclesiae Doctores certas quasdam notas, & Symbola proferunt, quibus vera Ecclesia dignosci possit: sunt autem praecipue sequentes notae. 1. nota est nomen **Catholicae** seu universalis. 2. **Antiquitas**. 3. **Duratio diurna, & nunquam interrupta**. 4. **Multitudo credentium in unitate fidei**. 5. **Successio Summorum Pontificum**. 6. **Unitas doctrinae cum Ecclesia antiqua**. 7. **Unio membrorum inter se, & cum capite**. 8. **Sanctitas doctrinae**. 9. **Efficacia ejusdem convertens animas**. 10. **Sanctitas SS. Doctorum & Patrum Ecclesiae**. 11. **Gloria Miraculorum**. 12. **Confessio ipsorummet adversariorum**, qua eorum plerique Catholicos non condemnant. Alij pauciores, alij adhuc plures assignant.

Lutherus lib. de Conc. & Eccles. assignat septem: veram scilicet & incorruptam praedicationem Evangelij. Legitimam administrationem Baptismi. Usum legitimum Eucharistiae. Legitimum usum clavium. Legitimam electionem ministrorum. Orationem publicam & Psalmodiam lingua vernacula. Et mysteria crucis, id est tribulationes intus & foris.

Cal-



*fit vera Ecclesia.*

Calvinus eas restringit ad 2. lib. 4. Instit. c. 1. n. 9. ad sinceram nimirum prædicationem & auditionem Verbi Dei, & administrationem Sacramentorum: quia autem hæ notæ ignotiores sunt, quam ipsa Ecclesia, aliud ipsis deferri non potest, nisi quòd sint quædam prærogativæ Ecclesiæ Christi, non autem notæ tales, quasi ex illis cognosci possit, quænam vera sit Ecclesia: siquidem ab illa habemus quænam sit vera prædication, vel usus & administratio Sacramentorum.

Brevitati cõsulentes nobiliores illas quatuor ex Symbolo Apostolico, etiam ab adversarijs recepto præponemus. Quales sunt hæ 4. videlicet, quòd Ecclesia sit **Una, Sancta, Catholica & Apostolica.** His prænotatis.

Dico solam Ecclesiam Romanam, intelligendo per illam, collectionem omnium fidelium per totum mundum disperforum, qui olim Romano Pontifici adhæsere, & etiamnum adhærent, esse veram Ecclesiam; cùm ei soli dictæ notæ conveniunt.

Probatur I. nota, quòd sit **Una.** ex S. Script. Ecclesia est corpus Christi ad Ephes. 4. *Digne ambuletis vocatione, qua vocati estis cum omni humilitate, & mansuetudine . . . sollicitè servare unitatem Spiritus in vinculo pacis; Unum Corpus, & unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. 1. Cor.*

*Cor. 12. v. 27. Vos autem estis corpus Christi. Ecclesia Matth. 21. v. 43. vocatur unum Regnum. Unum ovile. Joan. 10. v. 16. Una Sponsa, una Columba Cant. 6. v. 8. Act. 4. v. 32. Credentium erat cor unum, & anima una.*

Probatur 2. ex SS. PP. S. Irenæus. lib. de unitate fidei c. 3. *Neque, qua in Germania sunt fundata Ecclesia, aliter credunt, aut aliter tradunt, neque qua in Iberia sunt, neque ha, qua in Cæcis, neque ha, qua in Oriente - - sed sicut sol Creatura Dei in universo mundo unus & idem est, sic & lumen, & prædicatio veritatis ubique lucet.* S. Aug. lib. 1. de Symbolo ad Catechum: c. 6. *Ipsa est Ecclesia Sancta, Ecclesia una, Ecclesia vera, Ecclesia Catholica contra omnes hæreses pugnant.*

Probatur 3. ratione. Ecclesia r. Petri. 3. v. 20. Comparatur Arcæ Noë, sed hæc fuit una, in qua salus erat, ergo &c. Tum ex Symbolo Ecclesiam, non Ecclesias. Tum tandem si Ecclesia non esset una, deberet ergo esse multiplex, si multiplex vel illa doceret contraria vel contradictoria, vel non doceret, si non: jam ergo esset eadem cum illa, de qua loquimur: si autem doceret contraria vel contradictoria, & vera esset illa Ecclesia, sequeretur Christum esse caput simul & semel veræ & falsæ Ecclesiæ, quod implicat; cum Christus ut caput gratiæ suæ non in-fluat, nisi in corpus, quod est vera Ecclesia:

Voca-

Vocatur autem Ecclesia Una, quia unam eandemque ubique profitetur fidei doctrinam, ita ut omnes Catholici toto orbe terrarum diffusi, etsi dispares moribus, linguis & vitæ ratione sint, in fidei dogmatibus tamen conveniant omnes, unus idemque eorum sit sensus. Est etiam Una, quia unum corpus mysticum sub principali capite Christo, & secundario eius Vicario Romano Pontifice conficit.

Probatur II nota, quod sit *Sancta* I. ex S. Scriptura. Ad Ephes. 5. v. 27. scribit Apostolus de Christo, quod seipsum tradidit pro Ecclesia, *ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit Sancta, & immaculata.* Vos autem genus electum, *gens sancta* 1. Petri 2. v. 9.

Probatur 2, ex S. Aug. in Psalm. 85. L. B. *Audeat, inquit, & Corpus Christi, audeat & unus ille homo clamans à sinibus terra, cum Capite suo, & sub capite suo dicere, Sanctus sum. Accipit enim gratiam sanctitatis, gratiam baptismi, & remissionem peccatorum.* Et paulò infra. *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis, si membra sunt facti corporis eius, & dicunt se sanctos non esse, capiti ipsi faciunt injuriam, cujus membra sancta sunt.*

Probatur 3, ratione. Illa sola Ecclesia Sancta est, cujus Sacramenta, Instituta, Cærimonie & dogmata Sancta sunt, & ad sanctita-

*Cor. 12. v. 27. Vos autem estis corpus Christi. Ecclesia Matth. 21. v. 43. vocatur unum Regnum. Unum ovile. Joan. 10. v. 16. Una Sponsa, una Columba Cant. 6. v. 8. Act. 4. v. 32. Credentium erat cor unum, & anima una.*

Probatur 2. ex SS. PP. S. Irenæus. lib. de unitate fidei c. 3. *Neque, qua in Germania sunt fundata Ecclesia, aliter credunt, aut aliter tradunt, neque qua in Iberia sunt, neque hæ, qua in Cæcis, neque hæ, qua in Oriente - - - sed sicut sol Creatura Dei in universo mundo unus & idem est, sic & lumen, & prædicatio veritatis ubique lucet.* S. Aug. lib. 1. de Symbolo ad Catechum: c. 6. *Ipse est Ecclesia Sancta, Ecclesia una, Ecclesia vera, Ecclesia Catholica contra omnes hæreses pugnant.*

Probatur 3. ratione. Ecclesia r. Petri. 3. v. 20. Comparatur Arcæ Noë, sed hæc fuit una, in qua salus erat, ergo &c. Tum ex Symbolo Ecclesiam, non Ecclesias. Tum tandem si Ecclesia non esset una, deberet ergo esse multiplex, si multiplex vel illa doceret contraria vel contradictoria, vel non doceret, si non: jam ergo esset eadem cum illa, de qua loquimur: si autem doceret contraria vel contradictoria, & verâ esset illa Ecclesia, sequeretur Christum esse caput simul & semel veræ & falsæ Ecclesiæ, quod implicat; cum Christus ut caput gratiâ suâ non influat, nisi in corpus, quod est vera Ecclesia:

Voca-

Vocatur autem Ecclesia Una, quia unam eandemque ubique profitetur fidei doctrinam, ita ut omnes Catholici toto orbe terrarum diffusi, etsi dispares moribus, linguis & vitæ ratione sint, in fidei dogmatibus tamen conveniant omnes, unus idemque eorum sit sensus. Est etiam Una, quia unum corpus mysticum sub principali capite Christo, & secundario ejus Vicario Romano Pontifice conficit.

Probatur II nota, quod sit *Sancta* I. ex S. Scriptura. Ad Ephes. 5. v. 27. scribit Apostolus de Christo, quod seipsum tradidit pro Ecclesia, *ut exhiberes ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit Sancta, & immaculata.* Vos autem genus electum, gens sancta I. Petri 2. v. 9.

Probatur 2, ex S. Aug. in Psalm. 85. L. E. *Audeat, inquit, & Corpus Christi, audeat & unus ille homo clamans à sinibus terra, cum Capite suo, & sub capite suo dicere, Sanctus sum. Accipit enim gratiam sanctitatis, gratiam baptismi, & remissionem peccatorum.* Et paulò infra. *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis, si membra sunt facti corporis eius, & dicunt se sanctos non esse, capiti ipsi faciunt injuriam, cujus membra sancta sunt.*

Probatur 3, ratione. Illa sola Ecclesia Sancta est, cujus Sacramenta, Instituta, Cæremonia & dogmata Sancta sunt, & ad sanctita-

tem diriguntur, ac veros sanctos & miracula producere potest, sed hæc omnia præstare potest, & præstat sola Romana Ecclesia, uti paulò inferius, ubi de Sanctitate Ecclesiæ Sectariorum agetur, & alibi videbimus: ergo &c.

Probatur III. nota, quòd sit *Catholica*, seu universalis, I. ex S. Scriptura. Math. 24. v. 14. *Prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe. in testimonium omnibus gentibus.* Lucæ ult. v. 47. *Prædicarè in nomine ejus pænitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes.* Act. 1. v. 8. *Et exitis mihi testes in Jerusalem - - usque ad ultimum terræ.* Psal. 2. v. 8. *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.*

Probatur 2. Ex S. PP. S. Aug. lib. de vera Relig. c. 7. *Tenenda est nobis ejus Ecclesia communicatio, quæ Catholica est, & Catholica nominatur, non solum à suis, verùm etiam ab omnibus inimicis.* Item in cap. 9. Joan. *Multa sunt, quæ in gremio Ecclesiæ me tenent. Tenet me consensus populorum, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita - - tenet denique ipsum nomen Catholica, quod inter tot hæreses Ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes hæretici se Catholicos dici volunt, querenti tamen peregrino alicui, ubi ad Ecclesiam Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum Basilicam suam audeat ostendere.* Quod ipsum adhuc hodie contingit in locis, ubi vel hæretici

tici

tici soli degunt, vel permixti cum Catholicis vivunt, ut si de Ecclesia Catholica interrogentur, nullus eorum suam monstret, sed Catholicorum, si quæ sit. S. Hieron. in verb. Gen. 9. Dilatet Deus Japheth &c. dicit: *Quia lata est multitudo credentium, à latitudine nomen, & benedictionem accepit.* S. Ambros. lib. de Arca Noë. c. 23. *Verum etiam introgressa est mare, ad insulas usque processit, id est latitudo ejus.* S. Irenæus lib. 1. adversus hæreses. c. 3. testatur tempore suo etiam per totum orbem disseminatam fuisse. Clarius S. Aug. Tract. 118. inc. 12. Apoc. *Quadripartita vestis Domini Jesu Christi quadripartitam figuravit eius Ecclesiam, toto terrarum orbe, qui quatuor partibus constat, diffusam, & omnibus eiusdem partibus distributam.*

Probatur 3. ratione. Illa sola Ecclesia dicenda est Catholica, cujus fides per totum orbem diffusa est, sed talis sola est Romana: fides etenim Lutheranorum, Calvinistarum eorumque asseclarum non nisi quibusdam Provinciis vel Regnis concluditur; cum non reperiat in Asia, Africa, India, Hispania, Turcia &c. & si in his quandoque Regionibus reperiantur quidam sectarij, non sunt nisi quidam mercatores lucris temporalibus attendentes, in quibus tamen familiæ integræ ex Catholicis antiquis descendentes inveniuntur. Imò quot milleni Catholici Romani non inveniuntur in ipsorum Dominijs? quales tamen

in Catholicorum Dominijs non sunt. Quod ipsum jam suo tempore optimè observavit sapius cit. D. August. de unit. Ecclesiæ c. 3. scribens *singula hæreses in multis gentibus, ubi Ecclesia Catholica est, non inveniuntur; hæc autem, qua ubique est, etiam ubi illa sunt, inveniuntur.*

Restat IV nota probanda, quòd sit **Apostolica**. Probatur 1. ex S. Scriptura. *Fam non estis hospites & advena: sed estis cives sanctorum, super ædificati super fundamentum Apostolorum.* Ephes. 2. v. 20. *In omnem terram exiit sonus eorum.* Rom. 10. v. 18. *Licet nos aut Angelus de cælo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Galat. 1. v. 8.

Probatur 2. ex SS. PP. S. Hieronym. ad Rom. 1. *scito Romanam fidem Apostolica voce laudatam. . . Pauli auctoritate munitam non posse mutari.* S. Irenæus lib. 3. c. 3. *sed quoniam valde longum est in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum numerare successiones, maxime & antiquissima, & omnibus cognita à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo fundata, & constituta Ecclesia, eam quam habet, ab Apostolis traditionem.*

Probatur 3. ratione. Illa sola fides Apostolica cenferi debet, quæ doctrinam ab Apostolis datam tenet, sed hanc sola tenet Ecclesia Romana, ut infra, & hinc inde patebit, ergo &c.

Ex



Ex dictis ergo inferitur, Ecclesiam illam minimè veram, sed falsam esse, quæ dictis 4. notis caret; cum itaque illis Novatorum Ecclesia careat, minimè vera censi potest. Quod autem hoc verum sit, id immediatè per omnes 4. notas probatur, & quidem quò ad

I. Ecclesia Lutheranorum & Calvinistarum &c. non est Una. Hi etenim in doctrina fidei in pluribus sibi adversantur. Lutherus à Canone Sacrorum librorum excludit Epist. ad Hebræos, B. Jacobi, & B. Judæ. Calvinus autem eos pro Canonicis admittit; dissentiunt quàm maximè in Sacramento Eucharistiæ; Lutherani siquidem realem præsentiam Corporis Christi cum pane profitentur, Calvinistæ itè absolutè negant, & non nisi figuralem astruunt præsentiam, nec aliam fieri manducationem quàm spiritualem, & per fidem. Imò ipsimet Lutherani inter se in quàm plurimis sibi sunt contrarij, uti & Calvinistæ, prout videri poterit in Catalogo Hæreticorum. Et quoties non sibi ipsi contradicit Lutherus in suis operibus? Nunc septem, nunc tria, nunc duo, nunc unum tantum admittit Sacramentum; &c. Id ipsum facit & Calvinus, qui in solis suis Institutionibus ad centies sibi contradicit.

Nec obstat, etiam inter Catholicos Doctores & Theologos, uti v. g. inter Scotistas & Thomistas &c. sæpius, imò & actualiter contrarias esse doctrinas & dogmata. Respondetur minimè esse, quæ fidem concernant.

A s

U. Ec.

## II. Ecclesia Sectariorum non est Sancta.

I. Quia expressè quam plurima contra ipsam legem divinam, & bonos mores docet, quorum pauca quædam hîc annecto; plura videre poteris in Catalogo Hæret. sub proprijs nominibus. Luther. lib. de capt. Babyl. c. de Eucharistia expressè docet: Nullum Christianorum etiam pessimum, dummodò fidem teneat, damnari posse. Idem ferm. super Evang. sic Deus dilexit mundum. Per fidem solam nos salvos fieri absque bonis operibus. In sermone de matrim. Licitum esse uti ancillâ, si uxor debitum recusaret. Quid absurdius? In lib. de vita conjugali colloq. mens. dicit: opus conjugale esse opus divinum, cœleste, spirituale &c. Calvinus lib. 2. Instit. c. 5. n. 19. concludit de lib. arbit. *Stet ergo inaubitata ista veritas - - - Mentem hominis sic alienam prorsus à Dei justitia, ut nihil non impium, contortum, fœdum, impurum, flagitiosum concipiat, concupiscat, molietur - - - Quod si quispiam interdum boni in speciem ostendant, mentem tamen semper hypocrisis, & fallaci obliquitate involutam, animam interiore perversitate illigatam manere.* lib. 2. Inst. c. 7. n. 5. dicit; *impossibilem esse legis observationem.* lib. 3. Inst. c. 12. n. 4. in fine dicit: *Omnia hominum opera, si sua dignitate censeantur, nihil nisi inquinamenta esse & sordes, & quæ iustitia vulgo habetur, eam apud Deum meram esse iniquitatem.* Vide dog-

dogmata ipsius in Catal. sub nomine proprio.

2. Non est Sancta 1. Quia capita seu fundatores Ecclesie sectariorum Lutherus & Calvinus sancti non fuerunt, prout Institutores Ecclesie Romanae sancti fuerunt, scilicet Apostoli, totque Doctores, Martyres & Confessores, & etiamnum sunt tot tantique Sancti & Sanctae. Lutherus relicta turpiter Religiosa professione votifragus sacrilegas cum Moniali contrahens nuptias vitam in infami illo concubitu finivit. Calvinus ob nefandum crimen Novioduni publico judiciò ad rogam damnatus, ex intercessione autem Episcopi in ustulationem ferri candentis sententia illa commutata fuit, uti id varij authentici authores attestantur. Et licet hoc à quibusdam in dubium vertatur, vel planè, maxime suis negetur, negare tamen minime possunt, quin infames quoque & sacrilegas, utpote in sacris constitutus, contraxerit nuptias, ac simul cum fuisse hominem superbum, rabidum, vindictæ cupidum, mordacem in dicendo & scribendo, uti apertissime constat ex libris suis, maxime libr. Institut. in quibus passim Sanctos Patres erroris accusat, Doctores & Theologos nebulones, rabulas, asinos, sophistas bestias &c. nominat. Superbiae ipsius lucidissimum indicium habetur in præfat. dictarum suarum Institut. ad lectorem, in qua arroganter se doctorem

rem

rem Ecclesiae nominat, & in fine profitetur se ex eorum numero esse, qui scribunt proficiendo, & scribendo proficiunt. Saepius pro Concione in has erumpebat voces: *Ego Dei Spiritum habeo: ego si erro, tu es Deus, qui me propter peccata populi ( cui non tua ) in errorem mittis, & decipis.*

2. Nec eorum Sectatores sancti sunt, Audiamus quid de suis sentiat Luth. in domest. Germ. Postilla in Dom. 1. Advent. ita scribens, *Gentem suam nunc esse avariorum, minus misericordem, magis luxoriosam, audaciorum & deteriore, quam antea sub Papatu.* Calv. lib. de scandalis. pag. 118. c. 27. de suis Reformatis idipsum affirmat: *Abiectis Papatu, & infidelitatis jugo, quam pauci à sceleribus suis destiterunt, imò major pars majori licentia & intemperantia in omni luxuria voluatur.* Desid. Erasmi. in epist. ad Vult. Neocomum scripta 1529. per longum, describit mores suorum, concluditque, minora vitia apud Catholicos, quam apud suos esse, dum illos, qui Evangelium novum amplexi sunt, interrogat: *an illud unum solum ex gulofo sobrium, ex iracundo misem, ex avara liberalem, ex blasphemio precatorem, ex luxurioso verecundum effeceris? Et prosequitur: ostendam tibi multos, qui deteriores facti fuerunt, quam antea fuerunt.* Ita in Textu Germanico. Hisce saepe concordat eorum affecta Joannes Spangenberg in sua Postilla

Ailla Germanica in Epist. & Evang. Domin. & Fest. totius anni edita Jehnæ 1609. Ubi passim hinc inde supremam suorum negligentiam audiendi Verbum Dei (quod tamen apud ipsos in summo pretio esse jactant) reprehendit, ut fol. 71. In Evang. S. Lucae 14. Dom. 2. post Trinit. In Evang. S. Lucae 16. Dom. 9. post Trin. fol. 100. refert. *suos lacris totos esse intentos, auditionem Confectionis unius hora ipsis videri longam esse unius anni.* In eodem Evang. fol. 101. invehens in Catholicos, memorat avaritiam suorum dicens: *antiquitus maximam profusionem pecuniarum factam fuisse pro foundationibus, pro Monasterijs, Parochijs, Missis &c. & nec ullus conquerebatur de quadam penuria victus sui. Nunc autem scilicet quadam festiva unicus nummus pro vivis sanctis (sic vocat pauperes) in ararium Ecclesie poni debet, quilibet inopiam gravari timet, & tamen ex nummis illis toto anno nec quinque grossi conficiuntur.* Juventutis suæ mores describit glossans Evang. S. Lucae c. 2. Dom. post. Nativit. Domini fol. 30. dum comparationem inter Puerum Jesum & suos facit. *Nostri pueri crescunt in carnali sensu, addiscunt vanas, carnales, & mundanas res, imprecari, jurare, mentiri &c. Jesus proficiebat Sapientia &c. nostri pueri proficiunt insipientia, stultis moribus & gestibus, nec disciplinam, nec honestatem discunt.* Nec mirum: Non procul à proprio stipe

*vide poma cadunt.* Et quomodo Sancti ; si omnes transgressores mandatorum Dei ? cum juxta eos eorum observatio sit impossibilis.

Nec dicas etiam inter nos Catholicos plures quoque inveniri malos. *R.* Id verum esse : ast hoc attribui non potest , nisi propriae cujusque malitiae ; non autem legibus & institutis nostris : cum haec non nisi ad bonos mores & sanctitatem ordinata sint , quod non currit apud adversarios : hi etenim , licet expressè non doceant licitum esse fornicari, furari pejurare &c. talia tamen dogmata tenent, ex quibus non nisi pessimae deducuntur consequentiae : si enim v. g. Praecepta Decologi observatu sint impossibilia , ad quid inservit conatus meus ad eorum observentiam. Si opera bona non nisi sint sordes & inquinamenta , potius ergo omittenda , quam facienda sunt. Si certus sum de salute mea, si in fide firmus permanserò, ad quid opus est magna sollicitudine , aut ut operer eam cum Apostolo in timore & tremore ? Si liberum arbitrium non habeo , quomodo potero resistere occurrentibus tentationibus aut passionibus ? Si Praelati & Principes , potestatem non habent leges in conscientia obligatorias condendi , quomodo ergo ipsis debita praestari poterit obedientia , si non nisi planè servilis. Si delectus ciborum nullus habendus , quale jejunium fieri poterit. &c.

Esto etiam inter Catholicos multos esse malos ; nihilominus tamen semper major Sanctitas

**C**itas erit inter ipsos, quam Novatores; quod ipsum omnes illi hucusque, qui ex ijs nostram Religionem amplexi fuere, aperte attestati fuerunt, se ob majorem Sanctitatem inter nostros observatam motos fuisse ad profitendam Religionem nostram. Et merito, ubi etiam major sit frequentia Ecclesiarum, major observantia Festorum, usus frequentior Sacramentorum, fusio orationum publicarum & privatarum &c. an apud ipsos, an apud nos, patet omnibus, qui non mente vel caeca passione capti sunt.

3. Tandem Novatorum Ecclesia non est **Sancta**: quia miraculis caret: Miracula autem esse Signa manifesta, & confirmativa Evangelij, veraeque fidei, constat ex S. Textu. *Signa autem eos, qui crediderint haec sequentur. In Nomine meo demonia ejicient &c.* Marc. 16. v. 17. & sequent. *Si mihi non vultis credere, operibus credite.* Joan. 10. v. 38. *Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem --- contestante Deo signis & portentis.* Hebr. 2. v. 3. & 4. Sectarij, cum miracula nunquam ediderint, nec edere possunt, licet attentarint, uti Lutherus anno 1545. Wittembergae tentavit; dum puellam quandam discipulam suam a daemone liberare voluit, a quo, nisi securi effractio ostio Sacrificii Staphylus oculatus testis Exorcistae illi viam fecisset, suffocatus fuisset. Alter Calvinus quomodo Genevae Bruleum

leum fictè mortuum, verè mortuum reddiderit, res nimis nota est, ita ut ridiculosè & verissimè de suis Erasmus in Diatriba de lib. arbit. scripserit: *Nullum adhuc eorum existisse, qui vel equam claudum sanare potuerit.* Quia ergo miracula nulla patrare possunt, omnia Catholicorum miracula vel negant, vel aniles esse fabulas, vel opè dæmonum esse facta, vel non tanti esse faciènda dicunt: cum Deus quandoque per homines impios etiàm ea facièbat. Matt. 7. v. 22. & 23. *Multi dicent mihi in illa die nonne in Nomine tuo prophetavimus, & in Nomine tuo demonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos:* ait Dominus, quanti nos ea facimus. Et probant ex S. Joanne Baptista, qui nullum miraculum edidit. Alij tandem dicunt, se observare Evangelium jam olim miraculis confirmatum, & sic se nihili facere miracula. Respondetur breviter ad omnia. Arguere omnes illòs SS. Patres, & tractare ut fabulosos & mendaces, qui nunquam de mendacijs & erroribus convieti fuerunt, quales v. g. sunt SS. Athanasius, Basilius, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, Beda, Bonaventura &c. & innumeri alij, qui facta & miracula Sanctorum, quorum vità scripserunt, vel corà viderunt, vel ab alijs veridicis hauserunt, nòntæ summæ hoc esset impudentiæ? Dicant mihi quæso Novatores isti, qua ratione & motivo ipsis contrarium afferentibus major fides

ad.



adhiberi debet , quàm memoratis Sanctis ? Quòd nec ope dæmonum facta fuerint , aut fieri posse , patet manifestè , nunquam enim legitur ope dæmonum , quempiam cæcum aliquem illuminâsse , vel mortuum resuscitâsse. &c. Et licet v. g. magus aliquis ope dæmonum sic Deo permittente possit debilitare , occidere , tempestates excitare , & similia mala facere , non tamen hæc vera sunt miracula , sed prodigia mendacia , qualia etiam Antichristus faciet. 2. Thesal. 2. v. 9. *In omni vir:ute & signis , & prodigijs mendacibus.* Unde etiam semper redundant in damnum , non autem illa , quæ à Sanctis facta fuere , vel fiunt. Miracula non esse magni facienda , est contra scripturam , Joan. 10. ut supra vidimus. Et in veteri Testamento , ut Judæos in fide & Religione contineret , frequentissimè Deus ipsis inculcavit prodigia facta in Ægypto. Si postmodum quandoque ab improbis fiunt , nihil obstat etiam , hæc enim si vera sunt miracula , semper sunt testimonia veri Dei , & idèò nunquam frustra fiunt , sed vel veram fidem confirmant , & tunc tam per probos , quàm improbos fieri possunt ; vel sanctitatem & excellentiam fervorum Dei declarant , & tunc non nisi à Sanctis fieri possunt , quales v. g. fuerunt SS. Antonius , Hilarion , Benedictus &c. Quidquid dicatur , semper verum erit dicere : miracula , à quocunque tandem fiant , magni esse faciendâ , dummodò vera sint.

B

Esto

Esto tandem S. Joannem Baptistam nullum signum fecisse, sed neque necesse erat: quia ob ipsius singularis vitæ sanctitatem facile fides ipsius doctrinæ præstari potuit. Neque oportebat, quia si populus præter tam miraculosam vitam etiam signa vidisset, facile eum pro Messia contempto Salvatore tenere potuisset. Deficientibus ergo miraculis in Ecclesia illa veram fidem non esse; cum hæc juxta Evangelium sit operativa miraculorum, si non semper, saltem quandoque.

3. Ecclesia Sectariorum nullo modo est **Catholica**; licet hanc prærogativam sibi approprient; non ratione temporis, hæc etenim est nova, vel si antiqua, non nisi ex antiquis erroribus condemnatis conflata, & demum de novo resuscitatis. Nec est **Catholica** ratione locorum, vel personarum uti superius jam vidimus sub III. Nota fol. 35. Alia enim universalitas non datur.

Prærogativam illam autem elidere tentant Novatores: dum nos Catholicos vocant *Papistas*, *Pontificios*, aut *Romanenses*, sed frivola est hæc eorum attentatio, siquidem hæc nomina non derivantur à nomine cujusdã privati authoris, uti ipsi vocantur à Luthero Lutherani, à Calvino Calvinistæ, sed sunt nomina, quæ alijs non conveniunt, nisi ijs, qui fidem veram tenent Papæ, quam primus omnium Pontificum D. Petrus docuit, cuique  
Chri-

Christus eiusque successoribus Vicariam suam in terris concedidit Ecclesie suae praefecturam; ut proinde ab eo denominationem sumere; perinde sit; esse fidelem ac Catholicum, & distinctum ab Haereticis.

4. Tandem Ecclesia Sectariorum neque est Apostolica. Ratio est, quia non est fundata & propagata ab Apostolis, sed à Pseudo apostolis Luthero & Calvino, eorumque discipulis. Deest ipsi legitima & continua successio Praelatorum, quam sola Romana Ecclesia à regnante Summo Pontifice Clemente XI. usque ad D. Petrum deducere potest. Caret denique doctrinam Apostolicam; cum doctrinam Apostolis expressè contrariam doceat. D. Jacobus in sua epist. c. 2. v. 13. scribit, Deum neminem tentare, minus ad peccandum incitare: *Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat.* Calvinus verò lib. Instit. c. 18. n. 2. docet, peccatores esse certam Dei destinatione ad peccandum impulsos. D. Petrus in 2. epist. c. 1. v. 10. *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis:* contra quæ tam Lutherus, quam Calvinus insurgunt. D. Paulus 2. Thess. 2. v. 14. *Tenete traditiones, quas didicistis;* eas autem negant sectarij. Item 1. ad Tim. 2. v. 4. Idem Apostolus expressè docet, Deum omnes homines velle salvos fieri, & neminem perire. Calvin. verò lib. 3. Instit. c. 21. n. 1. ait: *Palam est Dei*

*nutu fieri, ut alijs ultrò offeratur salus, alijs ab ejus aditu arceantur &c.* Plura patebunt in materijs proprijs Quæstionum Controversiarum, pro nunc pauca hæc sufficiant. Cùm ergo præmissis notis careat Ecclesia Novatorum benè cognoscitur, qualis nam sit.

Pro fine tandem nota, perperam docere sectarios quosdam Ecclesiam non nisi *Sanctam* dici ob solos Prædestinatos & sanctos: cùm hæc comparetur Arcæ Noë, in qua erant animalia munda & immunda, aræ, ovili &c. sed dicitur Sancta ob rationes superiùs allatas.

## QUÆSTIO II.

*An quilibet in sua fide salvari possit.*

**N**on desunt ex Lutheranis, & Calvinistis, maximè plebeis, qui quemlibet Christianum in fide sua salvari posse affirmant; id est: Catholicum in Religione Catholica, Lutheranum in Lutherana, Calvinistam in Calviniana: dummodò verè in Christum credant, Symbolumque Apostolicum profiteantur, innixi fundamento S. Scripturæ Joan. 3. v. 15. *Ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat; sed habeat vitam æternam.* Et cùm Symbolum sit fidei regula juxtà D. Aug. serm. 135. *Symbolum est regula fidei vestra brevis, & grandis &c.* illud ergo, quicumque sit, sive Catholicus, sive Lutheranus, sive Calvinista, qui hoc confitetur, salvus esse poterit.

Dico

Dico non quemlibet in sua fide salvari posse.

Probatur 1. ex S. Scriptura Ephes. 4. v. 5. *Unus Dominus, una fides, unum Baptisma.* Hebræo, c. 13. v. 9. *Doctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci.*

Probatur 2. ex SS. PP. Aug. *Extra Ecclesiam Catholicam totum potest habere Hæreticus præter salutem, potest habere Ordinem Ecclesiasticum, habere Sacramentum, cantare Alleluja, respondere Amen, tenere Evangelium, fidem Trinitatis habere, & prædicare. Solam salutem non potest habere, fundere sanguinem potest, ne idola colat, coronam accipere non potest.* S. Athanas. in suo Symb. *Has est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.* S. Cypr. in lib. de simplic. Prælator: *Cum Deo manere non possunt, qui esse in Ecclesia Dei unanimes noluerunt, ardeant licet flammis & ignibus traditi, vel objecti bestys animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed pœna perfidiæ: occidi talis potest, coronari non potest.*

Probatur 3. varijs rationibus 1. Evidens est v. g. in duabus Religionibus, quarum una alteri contraria credenda proponit, in utraque salutem esse non posse, quia aut una vera, aut falsa proponit, si vera, ergo in illa sola salus est, si falsa ergo fides in illa vera non est. *sine fide autem impossibile est placere Deo.* Hebr.

11. v. 6. & consequenter non quilibet in fide sua salvari potest. 2. Ut Religio aliqua sit falsa, necesse non est, ut omnia ipsius dogmata sint falsa, sed sufficit, ut quædam talia sint; alioquin nec Religio Turcarum, vel Hebræorum pro tali haberi posset: ast inter Catholicos, Lutheranos & Calvinistas constat plurimos esse articulos fidei, qui ab eis non recipiuntur, vel ergo sunt veri, vel falsi, quidcumque dicatur, habebitur intentum, ergo manifestum est, non quemlibet Christianum in fide sua salvari posse per hæc, quod credat 12. articulos fidei in Symbolo contentos; cum & multa alia credere oporteat, & ipsi quoque adversarij credunt, quæ in Symbolo non sunt contenta. 3. Si quilibet in sua fide Christianus salvari posset, sequeretur antiquos Hæresiarchas damnatos, in fide sua fuisse factos salvos. Tum tandem ad quid tot tantique SS. Patres & Martyres pro una sola Catholica tantum laborassent, sanguinemque sparsissent, tot ac tanta Concilia cum tot tantisque incommodis congregata fuissent, si quilibet in sua fide salvus esse potuisset? Cur ipsimet adversarij adeo inter se dimicant? Cur ergo Romanam excusere?

Christianus ergo ille Symbolum Apostolicum profitens, & in Christum credens alio modo salvus esse non potest, nisi 1. credat secundum legitimum & verum sensum. 2. Ut implicite credat reliquos omnes fidei articulos.

los à Deo revelatos, etiamsi non sint in Symbolo, & quæ Ecclesia credenda proponit, paratúsque sit deponere errores, si quos habet. 3. Ut cum tali fide conjuncta sit observatio mandatorum Dei, quoniam *Fides sine operibus mortua est.* Jacob. 2. v. 20. Ratio horum sumitur à paritate. Sicut enim vera justitia ad salutem, ut talis sit, ad omnia Dei mandata, eorúmque observantiam se extendit, & si in uno solo deficit, talis deficiens *factus est reus omnium.* Jacob. 2. v. 11. ob contemptum legislatoris; ita vera fides esse non potest, quæ non omnia revelata à Deo credit, vel quæ ab Ecclesia (quæ *columna & firmamentum* veritatis est. 1. Tim. 3. v. 15.) pro talibus proposita sunt; cedit equidem hoc pariter in contemptum authoritatis Dei revelantis, aut ipsius Ecclesiæ.

Neque dicas cum Sectarijs, maximè Marco Antonio de Dominis Episcopo Salonensi vulgò Spalatenfi Apostata à fide Romana lib. 7. de Republica Ecclesiast. c. 9. & 10. Alios esse articulos fidei **essentiales**, seu tales, qui fidei constituunt substantiam, alios **accidentales**, sive levioris momenti, quos liberum erit admittere, vel repudiare salva fidei integritate. Futilis est inquam hæc distinctio, imò falsa. Eo ipso enim, quòd Deus aliquid revelat sive magnum, sive parvum, illud repudiare absque ipsius injuria non possum; cum totum inni-

tatur infinitæ revelantis Dei authoritati, & veritati cui proindè tam unum, quàm alterum credere debeo: Ita quidem, ut quemadmodum non licet negare Christum fuisse passum, sic nec licebit negare circumstantiam sub Pontio Pilato eum fuisse passum, vel Judam habuisse oculos, vel canem Tobiae caudam & similia: hæc enim omnia eandem cum fidei fundamentalibus articulis obtinent veritatem ob divinam revelationem, & ita frivola est distinctio illa. Tum etiam quomodo adversarij scire possunt, quinam articuli fidei sint essentialia, quinam accidentales; non ex Scriptura: quia hæc nihil meminit de ista distinctione, & tamen juxtà ipsos nihil credendum, quod non est scriptum; neque etiam ex Ecclesia hoc scire possunt, cum hæc juxtà eos supponatur ex varijs Sectis ut Lutherana, Calviniana &c. hæc autem usque modo inter se discrepant in essentialibus etiam fidei articulis, uti *Quaest. antec. fol. probavimus sub I nota de unitate.* Remanet ergo non nisi propria eorum de hac distinctione inanis imaginatio.



QUE-



## QUÆSTIO III.

*An Ecclesia aliquando errarit, vel errare possit.*

**I**N Sacrilega doctrina Romanam Ecclesiam non solum totaliter corruptam, sed & erroneam evasisse conveniunt Sectarij omnes, in assignando autem tempore non; quidam enim dicunt anno 1034. sub Benedicto IX. Summo Pontifice; alij sub Nicolao II. & Gregorio VII. circa annum 1060. & subsequenti- bus &c. Lutherus Ecclesiam errare posse præsupponit, dum de 10. præceptis agens, ita scribit: *Ludificatio Sathana est affirmare, quod Ecclesia, si quando erret, aut peccet, ideo non sit Ecclesia.* Et in post in Evang. Dom. 1. post Epiph. *Ecclesia (ait) aut Concilia polleant qua velint sanctitate; non tamen plus pollent Spiritu Sancto, quam Maria Christi mater - - - qua quamvis Spiritu S. sanctificata fuerit, tamen ille eam aliquando etiam in summis fidei articulis errare sivit.* Calvinus in Cathech. Gall. *Condemnamus, & anathematizamus cætum Papatûs, eò quòd Veritas divina ab illa repudiata Sacramenta perversa, & falsissima sint, ibique sola superstitio, & idololatria vigeat.* O linguas blasphemias! Contra quos

Dico, Ecclesiam Romanam nunquam errasse vel defecisse, imò nec errare posse in materia fidei.

B s.

Pro-

Probatur 1. ex S. Scriptura. Matth. 16. v. 18. *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam.* Joan. 14. v. 16. *Et alium Paraclytum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis.* Joan. 16. v. 13. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Matt. 28. v. 20. *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem Saculi.* 1. Tim. 3. v. 15. *Qua est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.*

Probatur 2. ex SS. PP. Aug. lib. 1. de Symb. ad Cathecum. c. 6. *Ipsa est Ecclesia Sancta, Ecclesia una, Ecclesia vera, Ecclesia Catholica contra omnes haereses pugnans. Pugnare potest, expugnari tamen non potest. Haereses omnes de illa exierunt, tanquam Saxamenta inutilia de vite praecisa. Ipsa autem manet in radice sua, in vite sua, in charitate sua. Porta inferi non vincunt eam.* S. Bernardus epist. 90. ad Innoc. II. *Oportet ad vestrum referri Apostolorum pericula quaeque, & scandala emergentia in regno Dei, ea praesertim, quae de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum resarcire damna fidei, ubi non possit fides sentire defectum. Hac quippe huius prerogativa. Sadi, cui enim alteri aliquando dictum est. Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua.*

Pro-

Probatur 3. varijs rationibus. Si Ecclesia Romana juxta adversarios defecit vel erravit, plurima inde non solum absurda, sed & blasphema sequerentur: quorum breviter quædam propono. 1. Sequeretur, omnes istos Christianos per tot Sæcula usque ad Lutheri & Calvinii tempora perijisse, frustra tot Martyres sanguinem pro fide Romana sparsisse, frustra tot erectis Xenodochijs, Templis, Monasterijs cultum divinum, animarum salutem, quæsitam fuisse &c. cum extra Ecclesiam salus esse non possit; hæc autem, uti præsupponitur, perijt. Sed nonne hoc dicere res impia est? 2. Si Ecclesia defecit, aut erravit, ergo Christus vel nullam per tot Sæcula Sponsam, vel defectuosam & apostatricem habuit, quod utique est blasphemum dicere; cum Ecclesiam suam non fundarit per mille annos, sed *usque ad consummationem sæculi*. Matth. 28. v. 20. 3. Implicat Christum fideles suos obligare ad audiendam Ecclesiam falsam, vel erroneam, sed hoc contigisset vel contingeret ex supposito Sectariorum; quia alia Ecclesia non erat nisi Romana tunc temporis, saltem quod ad Lutheranam vel Calvinianam; hæc etenim non nisi longo tempore post incoeperunt. Quod autem Ecclesia audienda sit, patet ex Matth. 18. v. 17. *Dic Ecclesie; si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus*. Tum si Ecclesia Romana erravit vel defecit cum tot tantisque promissionibus

ibus

ribus ipsius Capitis Christi, quomodo Novatores suam vel non defecisse, vel non posse deficere, vel veram esse demonstrabunt, quæ tales promissiones nullatenus habuisse, vel habere posse certum est? Plura tractabuntur in Quæstionibus de Infallibilitate Summi Pontificis & Conciliorum.

*Proponuntur argumenta adversariorum.*

Objiciunt 1. Non est potior ratio de Ecclesia, quàm de Synagoga, sed hæc sæpiùs defecit & erravit, ergo etiam Ecclesia potest errare. Respondeo negando tam majorem, quàm minorem. Minorem probant 1. ex Exodo. 32. dum populus Israeliticus vitulum aureum adoravit. 2. Tempore Helix, qui solum se fidelem remansisse conqueritur 3. Reg. 19. v. 14. 3. Tempore Isaia & Jeremia, quo omnes à Deo recesserunt. Isai. 1. v. 7. & Jerem. 2. v. 13. & Paralip. 15. v. 3. *Transibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, Doctore, & absque lege.* 4. Tempore Christi, quando tota Synagoga cum suis cæremonijs expiravit. Ratio utriusque negationis est, & quidem quantum ad Majorem; non enim eadem est ratio de Synagoga, & de Ecclesia, imò magna disparitas inter utramque. 1. Quia Synagoga non habuit illam promissionem: *Porta inferi non prævalent*

*lebunt adversus eam.* Matt. 16. v. 18. 2. Apostolus ad Gal. 4. v. 24. Comparat Ecclesiam Saræ, quæ erat libera, Synagogam autem Agar, quæ erat serva. 3. Synagoga non erat nisi umbra futuræ Ecclesiæ. 4. Synagoga non fuit ita universalis, nec ratione locorum, utpote compendiata in Palæstinæ terminis, nec ratione salvandorum; cum extrâ eam Ninivitæ salvati fuerint, in quibus Ecclesia Christi excellit. Quò ad Minorem æquè falsum est, totum populum defecisse à fide aureum vitulum adorando; cum neque Moyses, qui dux Ecclesiæ erat, neque Levitæ, neque Sacerdotes illum adorârunt, uti constat ex Exod. c. 32. v. 26. Tempore Helix, Jeremiæ, & Isaïæ defecisse Ecclesiam alio modo nequit intelligi, nisi majorem partem deflexisse ad idololatriam, interim tamen multi non tantùm occulti, sed etiam publici fideles erant, qui minimè defecerunt, uti patet ex 3. Reg. 19. v. 18. *Dereliqui mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurvata ante Baal.* Et uti diversæ erant tribus, ita sèmpèr ex illis aliqua cum Regibus suis veris fidei cultoribus, ut Josia, Josaphat, Ezechia &c. verum Deum adorabant. Synagogam deinde tempore Christi defecisse, id non intelligi debet, ac si à vera fide, quam antea profitebatur defecisset, sed quòd à Christo cum suis Cæremonijs repudiata fuerit, eò quòd ab eo instituta fuerit Ecclesia nova cum suis Sacramentis, & sic

sic eum nolens audire, utique errare potuit, & erravit successivè.

Neque dicas tempore Antichristi defecturam esse Ecclesiam 2. Theff. 2. v. 3. *Nisi venerit discessio primùm.* Hoc etenim non intelligitur quò ad omnes, sed quò ad aliquos tantùm. Neque etiam obstât, quòd habetur Dan. 9. v. 27. *Deficiet hostia & Sacrificium:* quia ibi loquitur Scriptura de Synagoga, & non de Ecclesia.

Obijciunt 2. maxime Calvin. in sua præfatione Instit. ad Regem Gallix Franciscum I: ubi posito quodam dilemmate mirè sibi triumphare videtur: si tamen melius iustrasset acta Concilij Basileensis tempore Eugenij IV: & Antipapæ Felicis V. haud ita insultasset: dicunt ergo saltem tunc temporis Ecclesia erravit, vel non erat, dum Concilium dictum Eugenium IV. deposuit, & loco ejus creavit Amadæum vocatum Felicem, vel Ecclesia talis esse non potest, qualis à nobis describitur. Respondeo dictum Concilium ab initio quidem legitimum fuisse, & pro tali ab initio à Pontifice Eugenio agnitum fuisse, postquam autem multa Sedi Apostolicæ, Summiquè Pontificis authoritati nociva decrevit, factum fuit illegitimum, acephalum, & Conciliabulum Schismaticum, uti constat ex SS. Antonino, Joanne Capistrano, Ænea Sylvio, Baronio & alijs authoribus, qui tempore illo vixerunt, & ipsius

ipsius acta scripserunt. Nec unquam electio illa Felicis pro legitima agnita fuit, quam à paucis illis Schismaticis electoribus, eorumque adhærentibus. Et Eugenius legitimam suam auctoritatem quò ad potuit, semper monstravit, & publicis edictis factis, ac translatione dicti Concilij &c. quare vera Ecclesia semper penes ipsum tanquam legitimum Caput perstitit, & minimè defecit.

Objiciunt 3. Christus suos quotidie sanctificat, purgat, maculasque abstergit, ergo & Ecclesiam, quæ ex ipsis constituitur, & consequenter habet maculas erroris. Respondeo: negando consequentiam: quia licet Christus quotidie maculas peccatorum à suis abstergat, non tamen sequitur, Ecclesiam ex talibus mundatis constitutam habere maculas errorum; curam toti Ecclesiæ, & non membris in individuo infallibilis Spiritus Sancti assistentia promissa fuerit ab ipso.

Objiciunt 4. Ecclesia comparatur Lunæ, sed hæc est defectuosa, ergo &c. Respondeo comparisonem consistere in hoc, quòd sicut luna initio mensis est parva & exigua, ita etiam in initio suo Ecclesia talis erat, quæ postmodum in immensum crevit; Et sicut Luna lumen suum accipit à sole, ita etiam Ecclesia à Christo Sole justitiæ fidem & sanctitatem suam accipit.

**QUÆ**

## QUÆSTIO IV.

*Quale sit Regimen Ecclesie.*

**N**Ota 1. Triplicem esse regendi formam **Monasticam**, **Oeconomicam**: & **Politicam**. **Monastica** est, qua homo privatus se regit. **Oeconomica**, qua caput familiae subditos suos gubernat. **Politica**, qua populus, seu Respublica gubernatur. Hæc dividitur in **Monarchicam**, **Aristocraticam**, & **Democraticam**: **Monarchica** est, dum tota regendi potestas residet penes unum, quale regimen est v. g. in Hispania, Germanico Imperio, Gallia &c. **Aristocratica**, quando pauci & ipsi optimates regunt, uti succedit v. g. in Republica Veneta. **Democratica**, dum totus populus regimen habet, vel saltem aliqui, tum ex plebeis, tum ex nobilioribus ex electione populi, & regimen tale invenitur in Helvetia &c.

**Nota 2.** Perfectiorem & nobiliorem regendi formam esse **Monarchicam**. Ita tenent Plato, Aristoteles &c. S. Aug. Serm. 25. de Verbis Domini: *Da unum & populus est, tolle unum, & turba est: quid enim turba est, nisi multitudo turbata.* S. Cyprian. de Idolat. van. *Rex unus in apibus, Dux unus in grævibus.* Et hoc cum natura semper tendat

in



in perfectius. Deinde in Monarchico Regimine perfectior est Ordo subiectionis & Prælationis, quam sit in alijs duobus Regiminibus; in hoc enim nullus est, qui non subiciatur solo excepto Principe, in alijs autem uti in Aristocratico optimates sunt pares; in Democratico omnes de populo sunt pares, & proinde inter tales tam perfectus ordo servari nequit. Melius etiam conservatur Pax Civium, facilius enim obeditur uni quam multis, tollitur & ambitio, aut æmulatio, quæ inter pares facile oriri possunt. Potentiora etiam similia Regna evadunt ob dictum ordinem & pacem Civium, uti experientia constat. &c.

Omissis convicijs Sectariorum, quæ de Regimine Ecclesiastico effutiunt, negant absolute illud esse Monarchicum: non tamen conveniunt, apud quem vel quos consistat Calvinus illud attribuit Coetui Seniorum. Magdeburgenses partim Ministris, partim populo, partim & ipsis Senioribus, principaliter tamen populo. Alij aliter. jam.

Dico Regimen Ecclesie esse Monarchicum.

Probat. 1. ex S. Scriptura, quæ Ecclesie multos attribuit titulos hoc Regimen redolentes. Dan. 2. vocatur Regnum. Cant. 4. Exercitus ordinatus. 1. Petri 3. Navis. Joan. 20. Ovile. ergo &c.

C

Proq

Probatur 2. ex SS. PP. Greg. Mag. in c. 4. Cant. *Per malum autem punicum ipsa Ecclesia designatur, quia dum multos populos in unitate fidei nutrit, quasi multa grana sub uno cortice stringit.* Ambros. in 1. ad Tim. c. 3. *Ecclesia domus Dei dicitur, cujus hodie Rector est Damasus.* Plures authoritates vide Quæst. sequenti, & Quæst. VII.

Probatur 3. Rationibus: Illa regendi forma meritò Ecclesiæ adscribi debet, quæ magis regimini divino convenit, sed hoc est Monarchicum; ergo &c. Tum ut Ecclesia sit una, omnes Ecclesiæ totius mundi debent constituere unam Rempublicam, ad hanc autem constituendam non sufficit unitas fidei, & Sacramentorum, sed opus est aliquo Rectore, qui controversias exorituras decidere possit, eas autem non possunt decidere omnes Episcopi collectivè sumpti, utpotè cum ob distantiam non possint simul præsto esse, vel absolute solvere. Nec hoc convenit Principibus Sæcularibus, cum hi non sint Pastores, sed oves, & sic requiritur, ut sit unus supremus Pastor & Rector.

### *Enodantur argumenta adversariorum.*

Obijciunt 1. *Christus est caput Ecclesiæ* ad Ephes. 4. v. 16. ergo non potest esse quisquam alius absque ipsius injuria. Respondeo

ne-

negando consequi. quia non admittitur aliud caput cum Christo, sed sub Christo, tanquam minus principale, & vices gerens, & per hoc sicut Regi non fit injuria, si habeat Proregem, ita nec Christo tenendo Vicarium.

Obijc. 2. maximè Calvinus illud Lucæ 22. v. 24. *Facta est autem coram eis inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis (Dominus) Reges Gentium dominantur eorum . . . & subjungit: Vos autem non sic &c.* In quæ verba Calvin. *hanc vanam eorum ambitionem, ut compesceret Dominus, eorum ministerium non esse regnis simile dixit, in quibus unus eminent.* ergo &c. Respondeo ex hoc passu aliud non colligi, nisi regimen Tyranicum, vel nimiam ejus cupidinem, & quod sine humilitate fit, & in præjudicium subditorum, quod utique Christo prohibitum esse vult: & idè dicit *Reges Gentium.* Vide quædam Quæst. sequent. object. 3.

Obijc. 3. idem Christus commisit multis Regimen Ecclesiæ Ephes. 4. v. 11. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas,* ergo &c. Respondeo omnibus quidem Apostolis datam fuisse Summam auctoritatem Apostolicæ dignitatis, & prædicationis Evangelij, ut eò citius per orbem disseminari potuisset fides, non autem supremi Pastoralis officij & regiminis: cum soli Petro dictum fuerit: *Pasce oves meas:* uti in Quæst. sequent. fusiùs videbimus.

Nota tamen pro fine, Ecclesiæ Regimen Monarchicum aliquid participare de Aristocratia & Democratia: quia Patriarchæ & Episcopi in suis Provincijs sunt veri Principes & Pastores, & non tantum Vicarij, & sic de Aristocratia aliquid admiscetur, & quia nullus ex populo Christiano, exclusa indignitate & insufficientia vel inhabilitate, prohibetur ad hujusmodi dignitates promoveri, participat aliquid de Democratia.

## QUÆSTIO V.

### *In quo post Christi mortem remanserit Regimen Ecclesiæ.*

**E**Xtra controversiam est, Christum in terris existentem tanquam Supremum Monarcham Ecclesiam suam rexisse, secumque admisisse SS. Apostolos tanquam suos hoc in regimine ministros & coadjutores: expleto autem opere salutis nostræ, antequam ad Patrem reverteretur, an hoc suum Monarchicum Regimen in terris cuidam Vicario comiserit, non solum à Sectarijs controvertitur, sed & mordicitus negatur; dum nullum aliud etiam secundarium tantum Ecclesiæ Caput agnoscere præter Christum volunt. Nos Catholici his oppositi pro articulo fidei tenemus, curam ac regimen Ecclesiæ suæ Christum tanquam suo in terris Vicario cuiquam commisisse. Hoc notato. Dico

Dico Supremum Ecclesie Regimen post mortem Christi remansisse penes D. Petrum, ut Caput & Vicarium Christi,

Probatur 1. ex S. Scriptura Matt. 16. v. 18. 19. *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves Regni Calorum.* Joan. ult. *Pasce agnos meos - pasce oves meas.* Quod idem sonat, quod regere. Matt. 17. v. 26. juxta SS. PP. Ambrosius, Aug. Chrysost. Salvator noster sibi æquavit Petrum in solutione tributi. *Vade ad mare, & mitte hamum, & cum piscem, qui primus ascenderit, tolle & aperta ore ejus, invenies staterem: illum sumens, dæis pro me & te.* Luc. 22. v. 32. *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Ecce præ alijs pro Petro rogat, cumque ad confirmandos fideles vocat. Act. 1. convocat Concilium de eligendo Apostolo loco Judæ: *Exurgens Petrus in medio fratrum dixit: --- Viri fratres oportet impleri Scripturam.* Act. 5. tulit sententiam in Ananiam & Saphiram. Act. 15. In Concilio Hierosolym. surgens Petrus dixit ad eos: *Viri fratres, vos scitis, quoniam ab Antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes Verbum Evangelij.* Primum inter Apostolos nominant ipsi Evangelistæ: Matthæus c. 10. v. 3. *Primus Simon, qui dicitur Petrus.* Marcus. c. 3. v. 16. Lu-

cas c. 6. v. 14. 1. Cor. 9. v. 5. Apostolus pro  
 licentia sua probanda circumducendi mulierem  
 tanquam pro majore fundamento allegat Ce-  
 phæ seu Petri tanquam supremi capitis exem-  
 plum, ut notat Theophilactus in locum cit :  
 Paulus Gal. 1. v. 18. *Deinde post annos tres*  
*veni Hierosolymam videre Petrum*, ob Pri-  
 matûs D. Petri causam, uti affirmat D. Chry-  
 sost : *os apostolorum erat, & Princeps: pro-*  
*pterea & Paulus cum præter alios viros vi-*  
*surus ascendit.* Deinde cui ex Apostolis post  
 resurrectionem primò apparuit: nonnè Petro?  
 Cui primò pedes lavit? Cui soli mortem, &  
 quidem mortem crucis prædixit, quàm ipsi?  
 Cujus Ecclesia recta constanter hucusque per-  
 severavit, quàm Romana? ceteræ enim om-  
 nes perierunt, uti constat, ubi est sedes Jaco-  
 bi Hierosolymis? aut sedes Ephesi Joannis,  
 aut Matthæi in Æthyopia, aut Andrea in Sci-  
 thia? &c-

Probatur 2. ex SS. PP. Dionys. Areop. de  
 divin. Nom. c. 3. de Petro *Eminens Aposto-*  
*lorum vertex, summus Presbyterorum apex.*  
 Clemens I. ad Jacob. *Simon Petrus, hoc est*  
*fundamentum Ecclesia.* S. Optat. Milev. de  
 Schism. Donati de Petro. *Clavis Cælorum.*  
 S. Cyrill. in Joan. lib. 12. de Petro. *Cephas,*  
*seu Caput Corporis mystici.* Aug. de verb.  
 Dom. Germ. 13, *Princeps Apostolorum.* Cy-  
 prian. epist. 40. *Deus unus est, & Christus*  
*unus, & Ecclesia una, & Cathedra una su-*  
*pra*

*mortem remanserit Regimen Ecclesie.* §

*pro Petro Domini voce fundata*, S. Joan. Chrysoft. Hom. 3. ad pop. Antiochi. *Petrus agit causam omnium: primus verbum Dei predicat, qui primus est omnium: ita &c. SS. Doctores & Concilia tam Orientis quam Occidentis.*

Probatur 3. *Rationibus.* Vetenim Christus Petro non potuit dare illam Monarchicam potestatem, & ejus successionem, vel non voluit, non priimum; quia nulla in hoc assignari potest implicancia: non secundum: quia clarius mentem suam explicare non potuisset de eligendo Petro in Vicarium suum, quam verbis istis: *Tu es Petrus, Tibi dabo &c. Pascere oves meas.* Tum à pari, sicuti ille merito censendus esset Vicarius Regni illius, cujus Rex illi diceret: *Tu es fundamentum meum, supra quod fundo Regnum meum in absentia mea*, ita & discurrendum est de Petro.

### *Solvuntur argumenta contraria.*

Arguunt 1. Per *Petram*, non intelligi Petrum, sed Christum, ita Calvin. lib. 4. Inst. c. 6. n. 6. Lutherus fidem vel ejus confessionem lib. de potest. Papæ. Alij per *Petram* intelligi volunt quemlibet fidelem: sed quam ineptè hæc dicunt. Tò *Hanc* est pronomen relativum demonstrativum, ergo debet referri ad suum substantivum, quod est *hy Petram*, per quam *Petram* Dominus intellexit Petrum

& non se, vel fidem, aut fidelem, ut intuenti Textum clarò patet: *Tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam,* que non nisi in genere differunt: ut si dicerem: *Tu Paule es vas electionis,* & portabis nomen meum coram gentibus, quis hanc vocem *vas electio- nis,* ad quòd sit alterius generis, alteri applicaret, quam ipsi Apostolo Paulo. Probat tamen Calv. argumentum suum passu S. Scripturæ I. Cor. 3. v. 11. *Fundamentum enim nunc non potest poni præter id, quod positum est, quod est Christus Jesus,* in quem Textum S. Aug. *super hanc Petram, quam conf. sum est, aedificabo Ecclesiam meam,* ergo per *Petram* non intelligitur Petrus, sed Christus; alioquin enim contra Apostolum præter ipsum Christum esset etiam aliud fundamentum. Respondeo Apostolum loqui de primario fundamento scilicet Christo, & rei hujus veritas patet ex alio loco, Ephes. 2. v. 20. *superadificati super fundamentum apostolorum,* & pulchrè id explicat S. Leo Papa Serm. 3. in annivers. assumpt. suæ his verbis. *Notam tibi facio (subaudi Petrum) excellentiam tuam, quia tu es Petrus, id est, cum ego sim inviolabilis petra ego lapis angularis, qui facio utraq; unum, ego fundamentum . . . tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris . . . Et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam . . .*

*super*



*Super hanc fortitudinem aeternum extruam templum &c.* Sed

Instant. Si ergo Apostoli vocantur fundamentum omnes simul sumpti, non bene convenit Soli Petro vocari Petram seu fundamentum. Respondeo, quod licet Apostoli vocentur & fuerint fundamenta & Rectores Ecclesie ratione potestatis & doctrinae, non tamen fuerunt eo modo quo D. Petrus, ut dictum est Quæst. anteced. object. 3. quia Apostoli ut tales & ut Legati, non autem ut Petrus tanquam Pastor Ordinarius & Caput Apostolorum, erant fundamentum Ecclesie.

Arguunt 2. alij. Textus allatos de primatu Petri, non esse nisi metaphoricos, & consequenter nihil certi ex ijs colligi posse. Respondeo ex ipsis metaphoris verum sensum haberi posse, ut patet ex ipsis verbis Salvatoris Matt. 5. v. 14. dum Apostolis dixit: *Vos estis lux Mundi*, utique per verba ista licet metaphorica indicare voluit, Apostolos doctrinam & vitam eorum mundum illustrare debere. Sic etiam dum soli Petro dixit: *Pasce oves meas &c. Tu es Petrus*: utique indicare voluit ipsum esse Ecclesie sue fundamentum, cum ut Pastorem pascere, regere & gubernare debere gregem sibi commissum.

Arguunt 3. Si per verba antecedentia Christus Petram constituit caput Ecclesie, cur ergo Apostoli contendunt. *Quis eorum videtur esse major* Luca 22. v. 24. Respon-

deo, eos tunc temporis verba illa nondum intellexisse, prout multa alia non intellexerunt, sed primum post adventum Spiritus Sancti. Vel si illa intellexerunt, potuere etiam contendere de majoritate in caelis; cum ille major sit in caelis, non qui hic in terris majori praeditus fuit officio, sed qui majore sanctitate fuit.

Prosequuntur Lutherus, Calvinus, & alij sua argumenta.

1. Teste D. Paulo Gal. 2. v. 7. Petrus fuit Apostolus Judaeorum, uti ipse erat gentium, ergo non erat Pastor universalis. Respondeo negando antecedens, eum fuisse tantum Apostolum Judaeorum, siquidem contrarium ipsemet asserit Act. 15. v. 7. *vos scitis . . . per os meum audire gentes verbum Evangelij, & credere.* Ipsemet nomine Cornelium Centurionem, Antiochenos, Romanos &c. convertit, qui Gentiles erant? Quia autem Apostoli ardebant zelo quocumque mundum convertendi, ideò inter se Regiones dividebant, & Petrus conversionem Judaeorum tanquam excellentiorem, utpote populi electi, aggressus fuit.

2. Paulus restitit Petro ad Gal. 2. v. 11. *Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restitit, quia reprehensibilis erat.* ergo &c. Respondeo non negari juxta quosdam SS. Patres, Petrum dignum fuisse reprehensione simulando se Judaeum cum Judaeis; quia

quia ex hoc facto Gentiles credebant Legem Mosaycam ejusque caeremonias adhuc necessarias esse ad salutem, contra id quod evangelizabat Paulus: error autem non fuit simulatio fidei, sed in facto; vanus scilicet timor dissolucendi subito Judæis; cum bene nôrit Dominus Petrus Legem Mosaycam abolitam esse. Paulus itaque resistit, & reprehendit Petrum, non tanquam Superior, vel ex autoritate, sed solum ex charitate ad amovendum scilicet scandalum Gentilium; prout sæpius contingit, inferiores charitative reprehendere Superiores, & hoc laudabiliter. Ex qua reprehensione autem malè inferitur: Petrum non habuisse vel non habere Primum. Nonne Joab 2. Reg. 19. v. 5. reprehendit Regem David? Et quis dicere audebit eum propterea non habere vel habuisse Primum? &c.

3. Christus absolute prohibuit Apostolis suis Prælationem Luc. 22. v. 24. & sequent. Respondeo præter responsum Quæst. antecedentem, ibi non prohiberi quamcunque potestatem; quia hæc à Deo provenit: *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Rom. 13. v. 2. Et cum in hoc Textu Christus dixerit: *Qui major est vestrum*, constat eum voluisse aliquem majorem in potestate, licet sit minor per exhibitionem ministerij; ad exemplum ipsius, qui ministrare venit, non obstante quod Magister erat, & Dominus omnium.

4. Apo-

4. Apostoli miserunt Petrum & Joannem in Samariam Act. 8. ergo Petrus non fuit major alijs Apostolis. Respondeo duplicem esse mittendi modum, unus, qui fit mandato & auctoritate, alter, qui fit consilio, precibus & amore, & hoc non infrequenter fit, ut ex collegio & senatu majores ab inferioribus mittantur. Cujus rei exemplum habemus in Scriptura Jos. 22. v. 13. ubi filij Israel minores Principibus & Phinees ( qui erat dux eorum coram Domino 1. Paral. 9. v. 10. ) decem Principes cum eo miserunt in Terram Galaad. Et talis missio erat ista D. Petri, ut ex praesentia ipsius ut Supremi Pastoris populus Samaritanus implacabili antè à Judæis Schismate dissidens faciliùs in Ecclesiam Christi reduci posset. Nonne & subinde à Capitularibus in gravibus negotijs ipsemet mittitur Episcopus?

5. In eodem loco, ubi Petro dictum fuit *Tibi dabo claves* &c. etiam à Christo vocatur *Sathanas*, ergo videtur incredibile Christum Sathanæ dedisse Primatum Ecclesiae suae. Respondeo neg. consequ. quia per *ly Sathanam* non intelligitur diabolus, sed adversarius seu contrarius, quia Petrus ex quodam indiscreto affectu & fragilitate humana Passioni Christi adversabatur, ne Hierosolymas ascenderet, quod non impedivit, quia ad claves recipiendas Regni coelorum ab ipso praeter alijs Apostolis electus fuerit.

6: Si Petrus Primatum præ alijs Apostolis habuisset, ad ipsum immediate, & non ad Concilium Apostolorum Act. 15. Paulus & Barnabas Quæstionem de circumcissione detulissent, ergo &c. Respondeo 1. Quæstionem illam delatam fuisse non ad solum Petrum, sed ad alios quoque Apostolos, ut decisio illa fieret cum majori partium satisfactione plerumque enim partes litigantes facilius acquiescunt, dum sciunt rem ex communi consensu esse decisam. Respondeo 2. Ineptam esse illationem illam, ergo non habuit Primatum. Nonne sæpius ad comitia Ratisbonensia deferuntur causæ Imperij, quas ipsemet Imperator decidere posset autoritate sua, & quis prudenter propterea affirmare audebit, Imperatorem non habere supremam Imperij autoritatem? 3. Tandem: in dicto Concilio deinde quis erat primus, qui rem deciderat, nisi ipsemet Petrus?

Ad id quod quidam objiciunt de Ecclesia Hierosolymitana tanquam antiquiore, & fundata ab ipso Christo, & consequenter præferenda Romanæ, Respondeo id verum esse, quò ad prærogativas illas eam excellentiorem Romanâ esse; non autem sequi, eam semper talem perseverasse, cum se postmodum ob mortem Christi talis prærogativæ indignam fecerit; quare etiam in Concilio Niceno Episcopo Hierosolymitano minimè primus locus datus fuit, sed semper Primatus concessus

46 *Quest. VI. An D. Petrus Roma fuerit,*  
sus fuit à SS. Patribus Romanæ Ecclesiæ Pon-  
tificibus.

## QUÆSTIO VI.

*An D. Petrus Roma fuerit, ibique  
mortuus.*

**T**anta est Novatorum impudentia, ut quod  
per mille trecentos annos à nemine in  
dubium versum fuit, id non solum controver-  
tant, sed & planè negant, D. scilicet Petrum  
aliquando Romæ fuisse, vel ibi martyriò affe-  
ctum fuisse: ita primus omnium Apostata Wi-  
cleffus, Waldenses, Vellenus & alij: quibus  
adhæret Calvinus lib. 4. Instit. c. 6. n. 14. &  
15. *Quamquam quod de Sessione Petri in  
Romana Ecclesia referunt, non video, quid  
fidei habere debeat. Si ipse non viderit, vi-  
deamus nos rei veritatem, quare*

Dico D. Petrum Romæ fuisse ac ibi ob-  
ijisse.

Probatur 1. ex S. Scriptura. *Salutat  
vos Ecclesia, qua est in Babylone collecta.* 1.  
Petri. 5. v. 13. Ubi per Babylon Petrus in-  
telligit Romam; quia sicut antiquum Babylon  
Assyriorum Metropolis, fuit magistra Idolo-  
latriæ, ita etiam Roma fuit tempore Petri,  
& quemadmodum Babylon persequebatur tunc  
temporis Judæos fideles, ita etiam Roma ut-  
pote sub paganismo adhuc existens perseque-  
batur

hatur Christianos, Rom. I. V. II. *Desidero enim viare vos, ut aliquid impertiar vobis gratia Spiritualis ad confirmandos vos: scilicet Petri prædicatione fidem tenentes, ut supplet D. Hieron. alioquin quid confirmaret, si antea non tenerent fidem prædicatam? Vel quis alius ante Petrum fidem Romæ prædicavit?*

Probatur 2. ex SS. PP. Hieron. lib. de viris illustr. *Petrus in epist. 1. nomine Babylonis figuratè Romam significans salutat &c.* Item in Catal. Scriptor. Eccles. *Petrus Romæ viginti quinque annis Cathedram Sacerdotalem tenuit.* S. Dyon. Areop. Romæ Anno Domini 50. existens ait; *Vos habentes summotionem à Petro & Paulo plantationem Romana Ecclesia coniunxistis.* In act. Marcelli Presbyteri & discipuli S. Petri: hæc verba habentur. *Cum in Cruce sic affixus Martyrium consummasset, à Marcello Presbytero eius corpus curatum, aromatibusque conditum, magnificentissimè, more Regio; ne dum Judæo traditum sepultura.* S. Joan. Chrysost. in epist. 2. ad Cor. 1. Hom. 6. *Servorum Christi (intellige Apostolorum Petri & Pauli) splendida sunt sepulchra, quæ Urbem maxime Regiam occupaverunt.* S. Leo M. Serm. 1. in Natali Apostolorum Petri & Pauli. Ita unanimiter Scriptores & Patres antiqui. Eusebius in Hist. Eccles. lib. 3. c. 1. *Petrus ad extremum, cum Romæ versaretur, capite deor-*

48 *Quæst. VI. An D. Petrus Roma fuerit, deorsum statuto (sic enim perpeti cupiebat) cruci suffixus est. Et lib. 2. Histor. c. 25. igitur Nero . . . . Paulum quidem capite in ipsa Urbe Romana, Petrum vero communis patibulo condemnat. Tertull. in præscript. c. 26. Petrus Passioni dominicæ Romæ adaquatur &c.*

Probatur 3. Rationibus. Quemadmodum Roma erat caput mundi, & magistra errorum, meritò conveniebat ibidem Petrum, ut caput Ecclesiæ sedem figere: scio hanc congruentiam non placere Calvino, quid inde? sufficit eam tenere Gregorium Magnum lib. 1. Moral. & alij sanctiores, longè & Doctiores ipso: *Decet namque Beatum Petrum præsentis Ecclesiæ Principem, in Urbe totius mundi Domina venerari, & ibi sacrosancta fundamentum Ecclesiæ fore, ubi erat mundana Monarchia Principatus, & ubi mundi errantis major excreverat morbus, ibi Christiana salutis potior inveniretur medicina.* Dicant ergo ubi nam, & quomodo mortuus sit D. Petrus? si non Romæ? &c. Itane totus Orbis Christianus per tot sæcula in continuo fluctuat errore, dum S. Sepulchrum ipsius Romæ honorat? dum locum crucifixionis monstrat in janiculo? dum Sacra ipsius ipsana se tenere non dubitat? &c. Quis nunc majorem fidem dandam esse censet hisce paucis Novatoribus, an tot Sanctis Viris, ac orbi Christiano universo? vel non potius eos delirare credet?

Enu-



***Enucleantur argumenta ad-versa-  
riorum.***

Obijciunt 1. Per *Babylon* non debere intelligi *Romam* sed Babylon Metropolim Assyriorum. R. Sed quo fundamento? Nullus authorum memorat, D. Petrum unquam ibi fuisse. Imò Josephus lib. 18. antiq. c. ult. Scribit ex mandato Caij prohibitum fuisse Judæis, & quanto magis Christianis habitare in Chaldaea. Tum cur in Apocalypsi c. 14. & sequent. per *Babylon* volunt intelligere *Romam*, & non hic etiam? Stat pro ratione voluntas.

Objic. 2. maxime Calvin. lib. 4. Inst. c. 6. n. 14. & sequi. Si Petrus Romæ fuisset, utique antiquiores Scriptores, ut Suetonius, Tacitus; Seneca &c. id memoriae commendassent. Imò quod plus est, nec D. Lucas, nec S. Paulus quidquam referunt in suis scriptis & epistolis, in quibus Paulus Romæ existens salutatur Colossenses, & nihil de Petro memorat, bene autem nominat Aristarchum, Marcum, Lucam, & alios. Ad Philippens. 2. v. 20. Neminem se habere, qui ita fideliter curet opus Domini, sicut Timotheus; conqueritur scribens: *omnes querere quæ sua sunt.* Respondeo ad 1. mirum non esse antiquiores Scriptores Ethnicos nihil scripsisse de Petro; sufficit, quòd id fecerint Scriptores Christiani: Nonne etiam nihil scripserunt de Christo, ejusque actis; utpote quorum doctrina juxta D. Pau-

50 *Quest. VI. An D. Petrus Roma fuerit,*

lum illis stultitia videbatur. Ad 2. Quod S. Lucas non meminerit Petri, non urget, quia ipsius primarius finis erat scribendi facta D. Pauli, cujus frequens erat comes itineris. Nihil etiam meminit de divisione Apostolorum per universum mundum, de itinere S. Joannis in Asiam, aliorumque Apostolorum &c. ergo omnia ista falsa sunt? Ad 3. pariter respondeo, æquè non urgere, D. Paulum non meminisse in sua epist. ad Coloss. & alijs suis epistolis, facilis enim est ad hoc responsio; quia tum temporis Romæ non erat, sed extra in fundandis alijs Ecclesijs, vel eis confirmandis, uti scribunt passim Patres, ita nil mirum: Paulum Petri non meminisse. Unde pro fine.

Notandum, persistentiam D. Petri Apostoli non ita continuam fuisse Romæ spatio illorum 25. annorum, ut nonnunquam excurrerit per alias quoque Regiones, ut Hispanias, Britanniam, aliasque adjacentes: constituit autem sedem suam in dicta urbe anno secundo Claudij Imperatoris, 13. à morte Christi, relicto Antiochiæ Episcopo Enodio, vitamque glorioso martyrio finijt sub Nerone 14. anno Imperij ipsius, post mortem verò Christi 37. Ita Doctores Catholici. Fundamentum adversariorum consistit in fictione computationis annorum, quibus D. Petrus Antiochiæ, Hierosolymis, & alibi fuit, quam computationem ad propositum eorum ita restringunt, ut planè nullus annus supersit pro permanentia seu adventu

ventu Romæ dicti Apostoli; quia autem figmentum hoc est contra torrentem antiquorum Scriptorum & Doctorum, meritò inane judicari debet.

## QUÆSTIO VII.

*An suprema potestas D. Petri transmissa sit ad Romanum Pontificem.*

**EX** Quæstione antecedenti facile inferre licebit: minus à Sectarijs concedi Præmatum Ecclesiæ Summis Pontificibus Romanis, qui eum denegant ipsimet Apostolorum Principi D. Petro, imò in quos innumeris & horrendis contumelijs & convicijs debachantur, dum Papam Tyrannum, Antichristum &c. nominant. Contra quos

Dico, Præmatum Ecclesiæ nemini deberi, quam soli Summo Pontifici ut vero D. Petri Successori.

Probatum 1. ex Concil. Nicæn. *Qui tenet Sedem Romanam caput est, & Princeps omnium Patriarcharum, quia quidem ipse est primus, sicut Petrus &c.* circa hoc Concilium nimis crasse erravit Calv. lib. 4. Inst. c. 7. n. 1. dicens: illud convocatum fuisse sub Julio I, cum illud contigerit sub S. Sylvestro Papa, præsentibus legatis suis Osio Episcopo, Vito & Vincentio Presbyteris: Imò nec ullum invenio, Concilium fuisse congregatum sub dicto

S. Pontifice Julio, nisi illud Romæ M6. **Episcop.** anno 338. ad confirmandum de novo acta Concilij Nicæni, & S. Athanasij. Pariter Hallucinatur: dum dicit Legatos Pontificios ultimum habuisse locum in dicto Nicæno Concilio. Quis quæso talem injuriam inurere audebit Constantino Magno Imperatori tam sancto & devoto erga S. Sylvestrum, ut suos Legatos inter ultimos collocaret? Ephes. Act. 3. *In omnibus saeculis notum est, quod S. Petrus Apostolorum primus à Christo claves Regni accepit, qui ad hoc usque tempus semper in suis Successoribus vivit.* Conc. Chalced. Act. 1. 2. 3. vocat Leonem Papam *Universalis Ecclesie Pontificem*, ita & alia varia Concilia. Probatur ulterius ex SS. PP. S. Athanasius & Episcopi Aegypti ad Marcum Papam: *Dominus Sanctus, & Apostolici culminis, venerandus Sanctæ Romanæ & Apostolicae Sedis, atque universalis Ecclesie: Papa.* S. Ambros. in 1. Tim. 3. *Ecclesia domus Dei dicitur, cujus hodie Rector est Damasus.* S. Joan. Chrysost. *Caput Ecclesie adamantis naturam firmitate superans.* Hom. 55. in Matt. S. Aug. Serm. 2. de verb. Apost. contra Pelagium. *Jam de hac causa duo Concilia missa sunt ad Sedem Apostolicam, inde etiam rescripta venerunt, causa finita est, error usinam finidatur.* S. Opt. Milev. epist. contra Donatistas hoc solum affert argumentum. *Judicium Melchiodis Papa sententiâ clausum est.* S. Hieron.

Hieron. epist. ad Damas. eum nominat *fundamentum Ecclesie*. *Primas omnium & Praefectus Orbis* vocatur à Theophil. in c. 22. Lucæ. Ita SS. PP. omnes, ac Doctores Orthodoxi tam veteres quàm Recentiores nemine excepto: quos enarrare nimis longum esset.

Probatur 3. Rationibus. Ecclesia hodie est ovile, sicut fuit tempore D. Petri, sed tunc indiguit supremo Pastore, ergo etiam nunc. Si Summus Pontifex non haberet Primatum supremum Ecclesie, quomodo & qua authoritate in omnes partes mundi Episcopos & Missionarios prædicandi causâ misit, vel mittere potuit? Quis Controversiarum lites decidit? Nonne & ipsa legitima Successio id ipsum confirmat, ut quemadmodum nunc gloriose regnans Romani Imperij Carolus VI, legitimus suorum Successor Imperatorum creditur esse, quia legitime successit, eandemque cum ipsis potestatem habet, ita & discurrendum erit de Summo Pontifice.

### *Examinantur argumenta Novatorum.*

Objiciunt ergo L. dicendo, anno 872. fuisse creatum in Summum Pontificem Joannem VIII. qui erat femina, sed si juxta dicta supremus Pastor est Papa, Deum talem errorem nunquam permisisset: *Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia*; 1. Cor. 14. v. 35. turpius

Q 3

utique

utique esset & praesse. Respondeo mendacium hoc refutatione non indigere; ipsa enim circumstantia, quae ab adversariis afferuntur, non manifestè detegunt. Ut tamen sciat, unde fabula illa originem suam habeat, sciendum est ex Annal. Baronij, dictum Papam à multis vocatum fuisse Papissam seu feminam per contemptum, & ex ludibrio; quia Photio Patriarchatum Constantinopolitanum arroganter praetendenti se non ita viriliter, uti debuisset, opposuit; quae vox postmodum paulatim apud vulgum remanens, simplicioribus Scriptoribus occasionem praebuit, uti Martino Polono Cisterciensi, scribenti, eum feminam fuisse. Nec ullus auctor, qui tempore Summi illius Pontificis vixit, simile quid scripsit, quod utique quidam fecissent, & quam maximè, qui illi non adeo addicti erant.

Obijciunt 2. Papa est Antichristus, quia ipsi conveniunt signa Antichristi 2. Thess. 2. v. 4. *Et exaltatur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus.* Respondeo horrendam planè hanc esse calumniam. Quis etenim nescit, Summos Pontifices non solum non permittere se adorari ut Deum, sed agnoscere se esse peccatores, cum ante Confessarios suos in genua proclumbant, ut alij? Nonne Antichristus non nisi tres & medium annum regnaturus est? nunc autem quot Saecula non jam fluxerunt, quibus hanc in-

invenerunt calumniam? Alij siquidem vocabant Papam Antichristum anno 606. Alij anno 773. Alij anno 1000. alij alijs temporibus. Si Antichristus est persona singularis, quomodo ergo possunt esse tot? Refutatione longiori calumnia ista non indiget: quia nimis est aperta.

Objiciunt 3. contra Successionem Pontificum. Inter antiquos PP. magnam esse discordiam, quisnam Petro Successerit. Tertullianus refert, eidem successisse Clementem, Irenaeus, Eusebius, Hieron. Epiphanius &c. ponunt Linum, Cletum, & deinde Clementem, ex quibus videmus successionem Pontificum non esse ita authenticam. Respondeo 1. Saepius contingere dubia de circumstantijs Historiarum remanente tamen veritate eorundem. Respondeo 2. Discordiam illam facile componi posse; cum D. Petrus parum ante mortem suam sedem reliquerit Clementi; Clemens autem ex humilitate teste S. Epiphanio post mortem Petri dignitatem illam assumere noluit durante vita Lini, & Cleti, qui antehac tanquam Vicarij D. Petri saepius munia Episcopalia exercuere.

Objiciunt 4. Non minus Paulus fundavit Ecclesiam Romanam, quam Petrus, ergo Papa non potest dici potius Successor Petri, quam Pauli. Respondeo negando antecedens quia Petrus Romae ante Paulum praedicavit Evangelium, & Romae Episcopatum jubente

Deo teste S. Marcello Papa in epistola ad Antiochenos fixit. *Verum quo oraculo habuerat bonus ille vir, Dominum sic iussisse?* interrogat Calvin. lib. 4. Inst. c. 6. n. 12. & ego ipsum interrogo, quo oraculo ille contrarium habeat, ut totam antiquitatem mendacem facere praesumat.

Si postmodum immediatè post urget Calvinus. Vel hoc privilegium de Primatu Ecclesiae Romanae est locale, vel est personale, vel est mixtum. Si locale, proprium est hoc privilegium Ecclesiae Antiochensae, & consequenter non potest dari Romanae. Si personale, ergo Roma non plus pretendere poterit, quam aliae Civitates. Si mixtum, tunc autem non simplex erit loci consideratio, nisi persona simul respondeat. Respondeo licet ex Christi institutione fuerit tantum personale, ordinarium tamen & politicum, ut in Successores transire posset, postea tamen etiam factum est locale, quando D. Petrus Romae sedere coepit, & sic factum est mixtum tam diu quamdiu Successores Romae sedem suam tenebunt, quam, credibile est, nunquam relicturos esse; licet ad tempus ob persecutiones, vel alia motiva eam reliquerint, tamen nunquam mens eorum talis erat, ut absolutè Petri Sedem relinquere velent. Et si hoc etiam contingeret, tunc à loco, ubi sedem suam figeret, Summus Pontifex





quem sciebant sibi non competere, uti hallucinatur. Respondeo, verum esse S. illum Pontificem, ut verum humilitatis exemplar illum omisisse, non tanquam sibi ut Summo Pontifici non competeret, non quidem eo modo, quo Joannes Jejunator praecebat esse Universalis Episcopus, quasi diceret *solus*, & in hoc sensu intelligendus est S. Pontifex: ita Dominus scribit epist. 32. ad Maur. Imper. *Sacerdos Retro cura totius Ecclesiae & principatus committitur, & tamen universalis Apostolus non vocatur.* Itaque *ly universalis*, seu universae Ecclesiae Pastorem & Episcopum, dum significat: nullus Pontifex à titulo illo abhorruit. Imò sic legitur in Conc. Chalcedon. subscriptionem Paschalis Episcopi. *Vice beatissimi & Apostolici, universalis Ecclesiae Papae Urbis Romae Leonis, Sanctae Synodo praesidens.* Quòd autem Calv. lib. & c. cit. n. 3. negat in dicto Concilio Titulum *Universalis Episcopi* non fuisse datum S. Leoni Papae, impudenter mentitur, ut patet legenti Acta Synodi illius. S. Gregor., itaque & alij Summi Pontifices ob rationem datam Titulum illum passim inducere non volebant in usum, nè lapsus occasio etiam daretur quibusdam credendi in Ecclesia nullum praeterea esse Episcopum, sed ceteros omnes Episcopos, qui tales vocantur, non esse nisi tantum Vicarios Romani Pontificis, quod utique everteret Hierarchiam Ecclesiasticam, in qua oportet, ut sint plures Episcopi, & Pastores,

nam, quamvis cum subordinacione ad supremum Pontificem. Sicut etiam Episcopi, qui subsunt Metropolitanis, non sunt ejus Vicarii; sed verè Episcopi cum debita tamen subordinacione, ut ergo simul retunderet ambitionem dicti Patriarchæ Constantinopolitani Joannis junioris, qui sibi prædictum Titulum arrogare tentavit: humili illo titulo usus est S. Gregor. *Servus Servorum Dei.* & omnes deinceps Pontifices. Verum & iste Titulus non placet Calvino: nisi quò ad suam maledictionem: scribit enim in c. 9. Gen. n. 25. eum derivare ex illa Noëmi ad Chanaan maledictionem. *Maledictus Chanaan servus servorum erit.* Quia Papa (inquit) vanis operibus contentus, se interdum prophetare sicut fecit Calphas, nè omnia illi negare videamur, titulum quo se ornas, à Spiritu Sancto dictatum esse non nega. *Servus igitur servorum, quemadmodum Chanaan.* Sic ergo licet impudens ille homo cum S. Scriptura? dum scurriliter viro tam Sancto sensu planè contrariè & maligno appropriat Textum illum, quando Noë maledicendo reprobo Chanaan dixit: *Servus servorum* ut sit, intelligendo nimirum extremam fervitutum sine addidamento *Dei.* Mentitur deinde Papam contendere se Prophetare. Sic infilis Calvine semper in Sacerdotem Dei maledicendum? *Summo Sacerdoti Dei maledictis?* Act. 23. v. 5. Quæ de S. Cypriano affert, quasi Pa-

Papam Stephanum non pro Capite & Universali Doctore tenuisset; cum in epist. 74. ad Pompejum mirè in ipsum invehat, ac contra ipsum ob sententiam contrariam datam de non rebaptizandis Hæreticis, prout ipse cum suis Episcopis Africanis prætendebat, calamum vehementius strinxerit. Si tamen vera sunt, quæ in epistola illa continentur: siquidem à S. Augustino, aliisque dubitatur, an reverà ipsius verba sint, & non potius à quibusdam hæreticis malitiosè inserta. Si autem reverà verba ipsius sunt, eum excessisse fatendum est cum eodem Doctore S. August. quem tamen respicuisse ante mortem, & de incondito suo zelo doluisse lib. de unico baptismo. c. 13. testatur his verbis: *si in hac causa aliquid pervergendum habuit, ultima passionis falsè id revidisse.* SS. Gregorium, & Beruardum quàm maximè, lib. 1. de confid. ad Eugenium & alibi sæpius invehere contra Summos Pontifices ac Prælatos, statumque Ecclesiasticum, ac vitiorum reprehendere, & palam arguere non nego: aut non ex zelo Pharisaico, ut Calvinus & ejus sequaces, sed zelo Apostolico, quo nimirum vitia, si quæ erant, emendata cupiebant, non quòd vitia in statu Ecclesiastico grassari viderint, à fide discesserunt, uti ipse, non crimina redarguerunt, quasi se perfectos & immunes æstimarent; prout ipse se suosque iactat, non defectus observârunt, ut idè auctoritatem Summorum Pontificum cavilla-

rent.

rent, minusve negarent &c. Sed ex charitate & in humilitate id fecerunt, non ut illi, de quibus S. Aug. scribit serm. 29. de verb. Apost. & de quorum numero Calvini, Lutherus &c. quidam sunt. *Sunt quidam inflati utres, Spiritu elationis pleni, non magnitudine ingentes, sed superbia morbo tumentes, ut dicere audeant, inveniri homines absque peccato: Tales se solos nobis obijcere volunt. Nemo sine crimine vivit. Fac, abutantur Præfides nostri celo & terra, quid ad te? tu officium tuum exequere, tuæ vocationi incumbito, & fac, quæ Christus præcipit Matth. 23. v. 3. super Cathedram Moysi sederunt scribae & Pharisei. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, servate & facite: secundum opera verborum eorum nolite facere: Si defectus vel excessus displicent, placeant opera Sancta & laudabilia facta à tot tantisque Sanctis Pontificibus & Ecclesiæ Prælati, eaque imitare. Vel eos carnè spolia, & impeccabilitate indue, aut tu animum tuum sinistrum exue, & iudicium relinquitò illi, qui te & illos iudicabit: Nolite tangere Christos meos. Psal. 104. v. 15. Principem populi tui non maledices. Exod. 22. v.*

28. Et Act. 23. v. 5.

QUÆ

## QUÆSTIO VIII.

*Quid sentiendum de osculo pedum Summorum Pontificum, eorumque Ibiara.*

**Q**uia ex abundantia cordis os loquitur. Luc. 5. v. 45. Sæctarij odio, quo erga Summum Pontificem abundant, non nisi quæ in ejus dignitatis depressionem & dedecus vertere possunt, effutiunt, omniaque dente canino ac virulento lacerant, & decerpunt: aiunt siquidem, Antichristi signum esse; Crucem Christi ad pedes deprimere. Purpureis fulgere calceis, cum Christus ferè nudipes incesserit. Homines pretioso redemptos sanguine Christi, tanquam vilissima mancipia ad deosculationem pedum deprimere, sibi arrogare, quæ non nisi Dei sunt &c. Viderent libenter Summos Pontifices hi sæctarij reductos in statum humilem & abjectum, ac latitantes in cavernis, suppressos & indecoros: ast nolentes volentes eos gloriosos & conspicuos, licet oculis lividis intueri coguntur. Nec res insolita & nova; tempore enim S. Damasi Papæ, qui anno 367. sub Imperio Valentiniãni & Valentis vixit; Prætexdatus Purpuratus Romanus Ethnicus observando Pontificiam Majestatem testante S. Hieronymo dicere solebat: *Facite me Episcopum Urbis Romæ, & protinus ero Christianus.* Cui autem

autem ignota est dignitas antiquorum illorum Romanorum Purpuratorum Patrum? Et tamen Purpuratus ille vir suam cum Pontificum dignitate commutasset. Forfan tamen etiam, si Pontifices non in tanta honorum sublimitate positos viderent, æquè invenirent, quod traderent: uti vidimus de titulo *Servus Servorum* &c. Videamus jam, an ritus ille censurâ plectendus sit.

Dico Riturum illum minimè illicitum esse, sed convenientem S. Scripturæ & rationi.

Probatür 1. ex S. Scriptura. Riturum illum non esse censurâ dignum. Act. 10. v. 25. *Cum introisset Petrus, obvius ei venit Cornelius, & proci dens ad pedes ejus, adoravit.*

Paulus ob divinum Ministerium plusquàm humanos honores sibi deferri permittit: ait enim ad Gal. 4. v. 14. *Non spreveristis, neque respicistis, sed sicut Angelum Dei suscepistis me, sicut Christum Jesum. Qui vos spernit, Lucæ 10. v. 16. me spernit, Proindè & qui honorat, me honorat. Matt. 25. v. 40. Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Si autem minimo, quanto magis majori?

Christus non reprehendit peccatricem, dum se ad pedes suos prostravit, eosque osculata fuit. Ipse quoque ad pedes Apostolorum provolutus eos lavit, & jussit, ut fideles id quoque præstent: cur ergo fideles arguendi, si amore

**4** *Quest. VIII. Quid sentiendum*

more Christi, considerantes Personam ipsius in suo Vicario ejus deosculantur pedes?

Confirmatur 2. Conclusio ex varijs exemplis ipsorum SS. Episcoporum, Principum, Regum, & Imperatorum, qui reverentiam illam summis detulerunt Pontificibus, & in hodiernum usque diem per tot Sæcula deferunt; reprehendere autem deoscultationem illam, in tot tantisque viris summæ sanè temeritatis, & impudentiæ est.

Quidni Christus Philadelphiæ Episcopo, promisit Apoc. 3. v. 8. & 9. *Quia servasti verbum meum, & non negasti nomen meum . . . . Ecce dabo illos ( qui te persequebantur ) ut veniant, & adorent ante pedes tuos. & sciant, quia ego dilexi te.* Si ergo Summi Pontifices animarum lucris, tutelæ fidei ac Ecclesiæ incremento semper intenti sint, cur patrem cum Episcopo illo mereri non debeant honorem?

*Exploduntur argumenta contraria.*

Obijciunt 1. Christus admirabili humilitate genuflexus discipulorum suorum pedes lavit. Papa autem, ut verus Antichristus intolerabili superbia pedes suos adorari facit, ita ut neminem admittat, nec ex ipsis Regibus, nisi prius factô osculô pedum. Respondeo. Verum esse factum illud Salvatoris: post resurrectionem tamen, etiam ad amplexus & oscula

pe-



pedum suorum corruentes devotas feminas benignè excepit. Matt. 28. v. 9. *Et ecce Jesus occurrit illis dicens. Ave. Illa autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adoraverunt eum.* Vides ergo in eodem Christo duo lucida exempla humilitatis & majestatis. Hoc ipsum licet conspiciere in ejus Vicario Petro Act. 10. v. 26. Siquidem cum Cornelius ei honorem quasi Divinum detulisset: *Surge,* inquit, *& ego ipse homo sum.* Ananiae autem Act. 5. v. 4. Sibi quasi homini illudenti mendaci responso, *non es (ait) mentitus hominibus, sed Deo:* apertè se Dei vices gerere significavit: contestando injuriam sibi illatam redundare in ipsum Deum. Sic etiam Summus Pontifex, ut supra diximus, ut homo peccata sua confessurus ad pedes Sacerdotis se prostermit, & peccatorem se agnoscit; ipsèque vicissim Sacerdos ad pedes ejus procumbit, & quem prius ut hominem absolvit, nunc ut Christi locum tenentem adorat.

Obijciunt 2. quamvis Papa esset Angelus, nunquam tamen adorationem illam deberet permittere, juxta exemplum Angeli illius Apoc. 19. v. 10. quem Joannes adorare volens ab eo prohibitus fuit. *Vide ne feceris, confervus tuus sum.* Respondeo Angelum insigni modestia, & civilitate meritò recusasse adorationem Joannis, quia in eo agnovit singularia quaedam merita, ratione quorum erat major se, non quidem naturâ, sed dignitate. E

rat

rat quippe Joannes Sacerdos, Propheta, Apostolus, Evangelista, Virgo, Martyr, adoptivus filius Virginis Mariæ, & specialiter dilectus à Christo, utpote solus supra ipsius pedes recumbens. Ob hæc insignia ergo merito recusavit adorari ab eo. Nihilominus tamen Joannes ille, ut scribit Euseb. lib. 3. Histor. Eccles. c. 23. intrunculum illum conversum & poenitentem, & ad pedes ejus prostratum benignè excepit. Nemo ergo dicat id non licere Summis Pontificibus imitari, quod Joannes fecit, ut scilicet non recipiat licitè ad genua sua recumbentes: quotquot vel poenitentia, vel humilitatis, vel considerationis Apostolicæ Dignitatis causâ accedunt.

Objiciunt 3. Morem illum prostrandî se ante pedes Summorum Pontificum, eorumque calceos deosculandi sapere manifestam tyrannidem: quia arrogantem illum morem antiqui illi Tyranni Caligula, Nero, Diocletianus in subditos maxima eorum offensione exercuerunt, eumque ab ipsis Pontifices nunc mutuârunt, & non minori superbia contra expressam prohibitionem Salvatoris factam, ne Regium fastum ambient, hucusque observant. Respondeo, Summos Pontifices minimè imitari Tyrannos illos in hac adoratione, & deoscultatione pedum, non enim violentum imperium more dictorum Tyrannorum exercent, aut honores divinos sibi arrogat, vel ut terrorem subditis incutiant, sed totum quidquid

Ma-

Majestatis esse potest in hoc actu ad majorem Dei cultum, honorem, reverentiamque conciliandam institutum est: unde Papa quo ad personam suam *Servum Servorum* se nominat. Imò & quot annis ad exemplum Salvatoris nostri in hebdomade Sancta ad pedes peregrinorum illorum, quibus summa humilitate pedes lavat & osculatur; se prosternit; quod nullus illorum Tyrannorum fecit, vel titulum tam humilem sibi assumpsit:

Objiciunt tandem 4: Constantinus Magnus; ceterique Principes Christiani honoris & reverentiae ergo Signum Crucis in coronis & in vertice gerunt; Papa ut gloriam ejus evacuet; foedo situ calceis infigit; & ad pedes usque deprimit. Respondeo; optandum esset; Sectarios illos eam erga S. Crucem ut gererent devotionem & reverentiam; quam gerunt Summi Pontifices; quorum ornatus plenus est Salutari hoc signo: Crux quippe illis est pro baculo; Crucem in Summitate Thyrae praeferunt; Pallio Papali ante & retro acu intexta est, pendulamque allam supra pectus tenent, ut sic à vertice usque ad pedes hoc signo insignitus sit. Novatores autem illi quam verè se vocare possint *inimicos Crucis Christi* Philip: 3: v. 18. Nemo est qui hoc nesciat. Et si forsan in quibusdam turribus Ecclesiarum nostrarum nobis sublatum signa illa reliquerunt; id credo conti-

gisse ob vertiginem, quâ valde laborant, & ita facile pati potuissent in dejectione signorum illorum casum quendam vel præcipitium, non autem ob reverentiam & devotionem quandam: ubi etenim periculum illud non erat, Calvinus cum suis nec quidem relicto minimo vestigio omnes destruxit.

Quod autem calceis hoc signum affixerint Summi Pontifices, id minimè factum fuit ad evacuandam gloriam Crucis Christi, ut calumniantur, sed quia videbant fideles passim reverentiæ & devotionis causâ se ad eorum pedes prosternere, ac in oscula ruere, ut honorem illum à se transferrent, & fideles illi conspecta Cruce eum immediatè referrent ad Christum.

Ufus Thiaræ, seu Coronæ Pontificiæ, scilicet unius à multis authoribus deducitur à tempore S. Sylvestri Papæ, cui Constantinus M. coronam donavit, alij à tempore Clodovei, qui pretiosam Coronam sibi ab Imperatore Anastasio donatam, ex devotione & reverentia Papæ Horsmidæ eam postmodum dedit. Alij Pontifices adjunxerunt postmodum duas alias ad denotandam triplicem eorum auctoritatem, Regiam scilicet, Imperialem, & Sacerdotalem. Proinde in creatione Summi Pontificis Diaconos offerendo Thiaram dicit verba sequentia. *Accipe Thyaram tribus coronis ornatam, & scias; te esse Patrem Principum, & Regum, Pastorem orbis in terra,*  
*Vica-*

*Vicarium Salvatoris nostri Jesu Christi, cui est honor in Sacula Saculorum. Amen.*

## QUÆSTIO IX.

*An Papa in rebus fidei, & morum sit infallibilis.*

**I**nfallibilitatem non errandi nullus Sectariorum Summo concedit Pontifici, quia autem necessariò distinguendum est inter Pontificem, ut Pontificem, & ut Doctorem privatum; idè à Doctoribus de Pontifice hæc distinctio ponitur: vel est ex cathedra loquens, vel ut Doctor privatus, quam distinctionem quidem irrident Novatores; ast sine ratione; aliud quippe est, si Rex privatum aliquid dicit, aliud si publicè adjuncto Concilio aliquid decernit. Papa igitur ut Doctor privatus errare potest in *Questionibus facti particularibus*, quæ ad paucos pertinent, & ex relatione hominum pendent, ut e. g. an talis ad Episcopatum promovendus sit, nec ne &c. In *Questionibus facti universalibus* autem, quæ totam Ecclesiam concernunt, minimè errare potest, dum nimirum ex cathedra loquitur, id est adhibito, vel non adhibito etiam Concilio, invocato tamen Spiritus S. gratiâ, & ut Vicarius Christi aliquid credendum & tenendum proponit. Quod autem hoc verum sit.

Probatur 1. ex S. Scriptura, Papam esse infallibilem in definiendis rebus fidei. Lucas 22. v. 32. Dixit Christus Petro. Ego autem rogavi pro te, ut non accedat fides tua. Matth. 16. v. 18. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam. Deut. 17. v. 12. Qui autem superbiaxis, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat . . . morietur homo ille. Joan. 11, v. 50. Spiritus S. Caiphæ, licet pessimo, sed quia anni illius erat Pontifex, astitit, ut prophetizaret. Excedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit. Quanto magis ergo Petri Successori aderit.

Probatur 2. ex SS, PP, Aug, de sensu lib. Pelagianis. Romæ rescripta venerunt, causa finita est. S. Cypr, lib, 2, Epist, 3. Non aliunde Hæreses exorta, aut nata sunt Schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur. S. Hieron, Epist, 58, alloq. S. Damasum Papam. Profligato à sobole mala patrimonio; apud vos solos incorrupta patrum Servatur hereditas, Ibi cespit terra fecundo, Dominici seminis puritatem centeno fructu refert; hic obruta Suis frumenta in lolium, ave-

*avensque degenerant - - - Vos estis lux mundi, vos sal terra, vos aurea vasa & argentea, hic testacea vasa, vel lignea, virgam ferream, & aeternum operiuntur incendium. S. Leo Papa. Serm. 3. de sua assumpt. In Petro omnium fortitudo munitur, & divina gratia ita ordinatur auxilium, ut firmitas, qua per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis, atque adeo toti Ecclesia conferatur.*

Probatur 3, varijs rationibus Superius probavimus Quæst. III. Ecclesiam Universam in fide errare non posse, cujus caput est Papa, sed si Pontifex erroneè & falsò aliquid Ecclesie credendum proponeret, illa errare deberet; cum teneatur capiti obedire, quod implicat. Confirmatur ex antiquissima & continua praxi Conciliorum, vel Patrum recurrentium in dubijs, vel Hæresibus exortis ad Summum Pontificem pro earum decisione. Quæ deinde ab ipsis decisa fuerunt, hæresesque adhibitis Concilijs, & primis tribus Sæculis sine illis condemnatae fuerunt, quod utique signum lucidissimum ipsius infallibilitatis est.

Ex hoc probatur etiam secunda pars Quæstionis, Pontificem scilicet esse quoque infallibilem in rebus mores & disciplinam Christianam spectantibus, à paritate: cum inter materiae & fidei doctrinam alia differentia non sit, quàm quòd hæc dirigatur ad praxin, illa autem sit speculativa, sicut ergo in prima est

infallibilis, ita etiam in secunda. Deinde Pastoris est, ostendere gregi, quæ pascua bona vel mala; cùm ergo Papa sit Pastor, eidem convenit gregi ostendere, quod bonum vel malum sit, si ergo aliquid tale definit, pro tali tenendum est.

*Discutuntur quaedam adversariorum argumenta.*

Obiiciunt 1. Varios Pontifices errasse ut Joannem XXII. docentem, animas ante iudicium universale non gaudere visione beatifica. Coelestinum III. Matrimonium solvi posse ob hæresim, si conjux Catholicus celebret novum. Zachariam negantem dari antipodas &c. Respondeo, si vera sunt, quæ de ipsis Scribuntur, id eos docuisse ut Doctores privatos, & non ex cathedra loquentes. Vide etiam Quaest. I. inter errores Græcorum. object. 1.

Obiic. 2. *Omnis homo mendax*, sed Pontifex est homo ego &c. Respondeo: retorquendo hoc argumentum in ipsos adversarios, quomodo ergo ipsi ut Homines à tali errore eximi possunt, ut eorum introductæ, relicta avità antiqua S. fide, falsæ Sectæ fidem dare debeam. Respondeo 2. Pontifex ut homo potest errare sine assistentia divina, concedo, cum assistentia nego. Illam autem Christus promissit Ecclesiæ suæ, ejusque Capiti, vidimus jam Quaest. III. & ex illa etiam solutiones argumen-



mentororum depromi possunt, uti ex Quæst. V. & VII.

Objiciunt 3. Quando Christus dixit : *To-  
as Petrus, & super hanc Petram edificabo  
Ecclesiam meam &c.* Matt. 16. v. 18. non in-  
tellexit Ecclesiam suam stabiliendam esse super  
ipsam Personam Petri, sed supra fidem ut su-  
pra, quam profitebatur, ergo Christus per  
verba illa Petro & ejus Successoribus non con-  
cessit illam infallibilitatem, quam nos dicimus.  
Respondeo negando antecedens juxta dicta in  
1. solutione argumentorum Quæst. V. Alio-  
quin enim Petro nullam prærogativam præ a-  
lijs Apostolis, imò & alijs fidelibus Christus  
concessisset, utpote quorum fides communis  
erat; quia autem Soli Petro dixit verba cita-  
ta, & non alijs Apostolis, lucidum est, ipsam  
alijs prætulisse.

## QUÆSTIO X.

*De Concilijs, unde suam originem ha-  
beant, & quot sint Oecu-  
menica.*

**P**ER Concilium sciendum est 1. intelligi con-  
gregationem hominum prudentum pub-  
lica auctoritate convocatorum ad tractanda  
negotia Republicæ. Si pro rebus temporali-  
bus, erit Sæculare, si pro Spiritualibus, erit Ec-  
clesiasticum.

Sciendum 2. Concilium Ecclesiasticum esse quadruplicis differentiae. Aliud est *Generale*, aliud *Nationale*, aliud *Provinciale*, aliud *Diaecesarium* seu *Synodale*. Concilium *Generale* est congregatio majorum Prælatorum convocata autoritate Papæ ad tractandum aliquod negotium Ecclesiam concernens ipso vel præidente, vel ejus Legato vices ipsius gerente, Concilium *Nationale* fit ex Patriarcha, vel Primate, & Archiepiscopis & Episcopis alicujus Nationis. *Provinciale*, quod constat ex Archiepiscopo, Episcopis & Suffraganeis unius Provinciæ. *Diaecesarium*, quod fit à Pastoribus cum suo Episcopo unius Diocesis. Ex Concilijs alia sunt *approbata* & recepta ab Ecclesia, alia *reprobata*, alia partim *approbata*, partim *reprobata*.

Dico 1. Concilia habere originem suam ex S. Scriptura.

Apud Judæos duplex erat Concilium, *Majus*, & *Minus*. Hoc Moyse ex consilio Jethro Exod. 18. instituit. Illud erat ex mandato Dei ordinatum Num. 11. vocabaturque *Majus*, & erat solummodò in Jerusalem, dictum *Sanædrim*, & in illo judicabantur cause graviores: alterum scilicet *minus* erat in singulis Civitatibus, minoresque tantum in ea agebantur cause. Varia itaque tam in lege veteri, quam nova celebrata fuerunt Concilia: ut Josue 24. 1. Paral. 29. 2. Paral. 34. 4. Reg.

*unde suam originem habeant, &c.* 75

Reg. 23. &c. In lege nova Matt. 2. 26. ubi  
Caiphas præsidebat. Act. 15, & alibi.

Quo ad alteram Quæstionis partem.

Dico 2, Octodecim numerari Concilia  
Oecumenica, seu Generalia.

Primum est Concilium *Nicanum* 1. celebra-  
tum Nicææ in Bythinia à 318. Patribus, con-  
vocatam sub Constantino Imperatore autho-  
ritate S. Sylvestri Papæ anno 325, & finitum  
anno 330. Legati Summi Pontificis fuerunt  
Osius Episcopus, Vitus & Vincentius Presby-  
teri. Damnatus fuit Arius negans Divinita-  
tem Verbi Divini. Imperator in sua habita-  
latina Oratione palam professus est, se nullum  
habere decidendi jus: unde & ultimus post  
Episcopos se subscripsit; primi verò Legati  
Summi Pontificis. Pariter in Concilio isto  
decisa est controversia de celebratione Paschæ,  
ne coincidat cum Pascha Hebræorum.

Secundum *Constantinopolitanum* 2. anno  
381. sub S. Damaso Papa, qui tamen non præ-  
sedit, nec quidem per Legatos, ea tamen post-  
modum, quæ ad fidem spectabant, confirma-  
vit, quia ipsemet eo tempore Romæ Conci-  
lium celebrabat, erat itaque dicto Concilio  
unitus mente, corpore absens. Interfuerunt  
Episcopi Catholici 150. huic Concilio, & 36.  
Macedoniani seu Semi-Ariani. Damnata fuit  
hæresis Macedonij negantis Divinitatem Spiri-  
tus Sancti. Dictum Concilium fuit convo-  
catum

infallibilis, ita etiam in secunda. Deinde Pastoris est, ostendere gregi, quæ pascua bona vel mala; cum ergo Papa sit Pastor, eidem convenit gregi ostendere, quod bonum vel malum sit, si ergo aliquid tale definit, pro tali tenendum est.

*Discutuntur quaedam adversariorum argumenta.*

Obijciunt 1. Varios Pontifices errasse ut Joannem XXII. docentem, animas ante iudicium universale non gaudere visione beatifica. Coelestinum III. Matrimonium solvi posse ob hæresim, si conjux Catholicus celebret novum. Zachariam negantem dari antipodas &c. Respondeo, si vera sunt, quæ de ipsis Scribuntur, id eos docuisse ut Doctores privatos, & non ex cathedra loquentes. Vide etiam *Quaest. I. inter errores Græcorum. object. 1.*

Obijc. 2. *Omnis homo mendax, sed Pontifex est homo ego &c.* Respondeo 1. retorquendo hoc argumentum in ipsos adversarios, quomodo ergo ipsi ut Homines à tali errore eximi possunt, ut eorum introductæ, relicta avità antiqua S. fide, falsæ Sectæ fidem dare debeam. Respondeo 2. Pontifex ut homo potest errare sine assistentia divina, concedo, cum assistentia nego. Illam autem Christus promissit Ecclesiæ suæ, ejusque Capiti, vidimus jam *Quaest. III. & ex illa etiam solutiones argumen-*

mentorū depromi possunt, uti ex Quæst. V. & VII.

Obijciunt 3. Quando Christus dixit : *Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam &c.* Matt. 16. v. 18. non intellexit Ecclesiam suam stabiliendam esse super ipsam Personam Petri, sed supra fidem ut supra, quam profitebatur, ergo Christus per verba illa Petro & ejus Successoribus non concessit illam infallibilitatem, quam nos dicimus. Respondeo negando antecedens juxta dicta in 1. solutione argumentorum Quæst. V. Alioquin enim Petro nullam prærogativam præ alijs Apostolis, imò & alijs fidelibus Christus concessisset, utpote quorum fides communis erat; quia autem Soli Petro dixit verba citata, & non alijs Apostolis, lucidum est, ipsam alijs prætulisse.

## QUÆSTIO X.

*De Concilijs, unde suam originem habeant, & quot sint Oecumenica.*

**P**ER Concilium sciendum est 1. intelligi congregationem hominum prudentum publica auctoritate convocatorum ad tractanda negotia Republicæ. Si pro rebus temporalibus, erit Sæculare, si pro Spiritualibus, erit Ecclesiasticum.

Sciendum 2. Concilium Ecclesiasticum esse quadruplicis differentiae. Aliud est *Generale*, aliud *Nationale*, aliud *Provinciale*, aliud *Diocesarium* seu *Synodale*. Concilium *Generale* est congregatio majorum Prælatorum convocata auctoritate Papæ ad tractandum aliquod negotium Ecclesiam concernens ipso vel præidente, vel ejus Legato vices ipsius gerente. Concilium *Nationale* fit ex Patriarcha, vel Primate, & Archiepiscopis & Episcopis alicujus Nationis. *Provinciale*, quod constat ex Archiepiscopo, Episcopis & Suffraganeis unius Provinciæ. *Diocesarium*, quod fit à Pastoribus cum suo Episcopo unius Diocesis. Ex Conciliis alia sunt *approbata* & recepta ab Ecclesia, alia *reprobata*, alia *partim approbata*, *partim reprobata*.

Dico 1. Concilia habere originem suam ex S. Scriptura.

Apud Judæos duplex erat Concilium, *Majus*, & *Minus*. Hoc Moyfes ex consilio Jethro Exod. 18. instituit. Illud erat ex mandato Dei ordinatum Num. 11. vocabaturque *Majus*, & erat solummodo in Jerusalem, dictum *Sanedrim*, & in illo judicabantur causæ graviores: alterum scilicet *minus* erat in singulis Civitatibus, minoresque tantum in ea agebantur causæ. Varia itaque tam in lege veteri, quam nova celebrata fuerunt Concilia: ut Josue 24. 1. Paral. 29. 2. Paral. 34. 4. Reg.

*unde suam originem habeant, &c.* 75

Reg. 23. &c. In lege nova Matt. 2. 26. ubi  
Caiphas præsidebat. Act. 15, & alibi.

Quo ad alteram Quæstionis partem.

Dico 2. Octodecim numerari Concilia  
Oecumenica, seu Generalia.

Primum est Concilium *Nicanum* 1. celebratum  
Nicææ in Bythinia à 318. Patribus, convocatum sub  
Constantino Imperatore auctoritate S. Sylvestri Papæ anno 325, & finitum  
anno 330. Legati Summi Pontificis fuerunt  
Osus Episcopus, Vitus & Vincentius Presbyteri.  
Damnatus fuit Arius negans Divinitatem Verbi Divini.  
Imperator in sua habita latina Oratione palam professus est, se nullum  
habere decidendi jus: unde & ultimus post  
Episcopos se subscripsit; primi verò Legati  
Summi Pontificis. Pariter in Concilio isto  
decisa est controversia de celebratione Paschæ,  
ne coincidat cum Pascha Hebræorum.

Secundum *Constantinopolitanum* 2. anno  
381. sub S. Damaso Papa, qui tamen non præ-  
sedit, nec quidem per Legatos, ea tamen post-  
modum, quæ ad fidem spectabant, confirma-  
vit, quia ipsemet eo tempore Romæ Con-  
cilium celebrabat, erat itaque dicto Concilio  
unitus mente, corpore absens. Interfuerunt  
Episcopi Catholici 150. huic Concilio, & 36.  
Macedoniani seu Semi-Ariani. Damnata fuit  
hæresis Macedonij negantis Divinitatem Spiritus  
Sancti. Dictum Concilium fuit convo-  
catum

catum ex mandato memorati Summi Pontificis ab Imperatore Theodosio Seniore.

— Tertium *Ephesinum I.* plusquam ducentorum Episcoporum, à S. Cœlestino anno 430. vel juxtà alios 434. convocatum, vices ejus agente Cyrillo Alexandrino tempore Theodosij Junioris, qui ad Concilium illud misit comitem Candidianum cum mandato, nè se rebus Ecclesiasticis immisceat, quod tamen non observavit. Fuit damnata hæresis Nestorij Episcopi Constantinopolitani, qui Christum in duas Personas dividebat, unam quidem Deum ex Patre profitens, alteram purum hominem ex Matre, quam proinde Deiparam vocare volebat.

Quartum est *Chalcedonense* 450. Episcoporum anno 451. sub S. Leone Papa, qui auctore fidei approbavit, & simul damnata fuit hæresis Eutychetis & Dioscori unam tantum in Christo Naturam statuentium.

Quintum est *Constantinopolitanum II.* Episcoporum 255. vel juxtà alios 288. convocatum anno 553. cum consensu quidem S. Vigiliij Papæ à Justiniano Imperatore, ast non observatis ipsius præscriptis. Damnatus fuit Origenes, & rejecta Scripta Theodori Mopsuesteni, & Theodoretii Cyrenensis Antistitis contra S. Cyrillum, uti & Epistola Ibæ Edesseni Episcopi, in quibus continebatur hæresis Nestoriana. In dicto autem Concilio S. Pontifex nec per se, nec per suos Legatos præfedit, licet



Et in eadem civitate fuerit, morbum alle-  
gans : & quia Synodum illam approbare no-  
luit, missus fuit in exilium, redux post me-  
dium annum illam tamen postmodum appro-  
bavit.

Sextum est *Constantinopolitanum III.* E-  
piscoporum 289. contra Monothelitas, unam  
tantum voluntatem in Christo admittentes,  
anno 680. convocatum à S. Agathone Papa,  
& Imperatore Constantino Pagonato, qui  
etiam præfedit non ut iudex, sed ut defensor.  
Reverà enim præsiderunt Pontificis Legati Pe-  
trus & Georgius Presbyteri & Joannes Diaco-  
nus, qui etiam primi loquuti fuerunt, & sub-  
scripserunt in omnibus actionibus, Imperato-  
re nullam dicente sententiam, & ultimò sub-  
scribente.

Septimum est *Nicanum II.* Episcoporum  
350. convocatum anno 787. à Constantino  
Imperatore, ejusque matre Irene consentien-  
te Papa Adriano I. contra Iconomachos. Le-  
gati Summi Pontificis fuerunt Petrus Archi-  
presbyter, & Petrus Abbas S. Sabbæ, qui &  
præsiderunt, & primi subscripsere.

Octavum est *Constantinopolitanum IV.*  
Episcoporum 383. vel juxtà alios 102. convo-  
catum fuit ab Adriano II. anno 869. operà  
Basilij Imperatoris, qui & protestatus fuit, se  
in negotijs Ecclesiasticis nullum decidendi ha-  
bere jus, unde etiam post Episcopos se subscrip-  
sit;

fit; primò autem Legati Pontificij Donatus & Stephanus Episcopi, ac Marinus Diaconus. Fuit acta causa de restituendo Ignatio ejecto de Patriarchatu Constantinopolitano, & intruso Photio contra S. Canones. Et simul stabilitus Cultus SS. Imaginum.

*Hæc Concilia celebrata fuerunt in Oriente, subsequencia in Occidente:*

Nonum est Concilium *Latranense I.* Patrum, Episcoporum, & aliorum Prælatorum ferè mille; id est 597. Romæ in Basilica Lateranensi celebratum anno 1122: præsentem Callisto II. ad confirmandam concordatam inter ipsum & Imperatorem Henricum V. circa collationem Beneficiorum, & procurandam subsidia pro recuperatione Terræ Sanctæ contra Saracenos, & nitelam morum:

Decimum est *Lateranense II.* Episcoporum ferè millium præsentem Innocentio II. anno 1139. contra Anacletum & Victorem Antipapas, & contra Petrum de Bruis & Arnaldum Brixientem; asserentes Baptismum nihil prodesse parvulis, quorum errores vide in Catalogo. Pariter tractata fuit reformatio morum.

Undecimum est *Lateranense III.* Episcoporum amplius 300. præsentem & confirmante Alexandro III. anno 1179; pro reformatione

ne

ne morum. In quo pariter provisum fuit, ne Ecclesia amplius Schismate Antipaparam turbaretur, uti contigit sub tribus Pseudo-Pontificibus Victore IV. Paschali III. & Callisto III. Damnata fuit etiam Hæresis Catharorum, Waldensium, & Albigenſium.

Duodecimum est *Lateranense IV.* Episcoporum 400. aliorum verò Patrum 800. convocante & præſidente Summo Pontifice Innocentio III anno 1215. Interſuere huic Concilio Patriarchæ Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus, Antiochenus per suum Legatum impeditus ab infirmitate, utriusque Alexandria per suum Diaconum Germanum, eo quod Alexandria jam sub dominio Saracenorum erat. Comparuere etiam Legati Utriusque Imperij Orientis & Occidentis, Regumque Jerosolymorum, Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, Hungariæ &c. Varia in hoc Concilio acta fuerunt, uti reunitio Græcorum & Latino-rum. Ingens bellica expeditio contra Saracenos. Iterum damnati Albigenſes. Damnatus libellus Joachim Abbatis contra Lombardum de unitate SS. Trinitatis, uti & per-versa dogmata Almorici Doctoris Parisien-sis.

Decimum tertium est *Lugdunense I.* Episcoporum 140. præſidente & confirmante Innocentio IV. anno 1245. In quo Imperator Fridericus ab ipſo excommunicatus fuit, & privatus Imperij dignitate. Facta pariter fue-  
runt

runt varia decreta de recuperanda Terra S. Iterum damnati Albigenſes, & Waldenſes.

Decimum quartum eſt *Lugdunenſe II.* Patrum ferè mille convocante, præſidente, & confirmante Gregorio X. anno 1274. præſente etiam Paleologo Græcorum Imperatore contra errores eorum, in quo maximè operâ S. Bonaventuræ denudò inter Græcos & Latinos unio facta fuit, & multa pro recuperanda Terra S. tractata fuerunt.

Decimum quintum eſt *Viennenſe* in Gallia Episcoporum plusquàm 300. convocatum anno 1311. à Clemente V. & præſidente contra Fraticellos, Beguardos, & Beguinâs. Extinctus fuit Ordo Templariorum olim nobiliffimus.

Decimum ſextum eſt *Florentinum* convocatum rogatu Imperatoris Joannis Paleologi Græcorum ab Eugenio IV. 1438. Inchoatum fuit Ferrariæ, translatum deinde ob peſtem Florentiam, tum verò Romam, ubi duravit uſque ad annum 1445. In quo iterum, errores Græcorum examinati fuerunt, & ambæ Eccleſiæ unitæ. Acta hujus Concilij 141. Episcopi ſubſcripſerunt recedentibus cœteris.

Decimum ſeptimum eſt *Lateranenſe V.* anno 1512. inchoatum ſub Julio II. qui primis quinque ſeſſionibus partim per ſe, partim per ſuum legatum præſedit ad tollendum Schiſma Conciliabuli Piſani, ad corrigendos Chriſtianorum mores, & approbandos Montes pietatis

tis in Italia erectos. Finitum autem fuit hoc Concilium à Leone X. anno 1513. Successore Julij.

Decimum octavum est *Tridentinum* coep. tum anno 1545. sub Paulo III. contra hæreses Lutheri aliorumque Hæreticorum errores: ubi habitis octo Sessionibus translatum fuit Bononiam sub Julio III. anno 1551. Tridenti continuatum, tandem à Pio IV. subscribentibus 255. Patribus feliciter absolutum fuit & approbatum anno 1563.

Et hæc sunt Concilia Oecumenica seu Generalia penitus approbata.

Alia Concilia Generalia dicta, sunt septem, sed illegitima, & reprobata.

Primum est *Antiochenum*, 90. & amplius Episcoporum ex Oriente convocatum ab Imperatore Constantino anno 341. in quo ab Episcopis illis Arianae factionis S. Athanasius damnatus, & per 4. subdolas fidei formulas via aperta fuit ad everisionem Concilij Niceni I.

Secundum est *Mediolanense* plusquam 300. Episcoporum convocatum anno 355. quidem à Liberio Papa, & legitime inchoatum, quia autem in illo Patres à Constantio Imperatore coacti fuerunt, subscribere se damnationi S. Athanasij, illegitimum evasit.

Tertium Ariminense 600. Episcoporum sub eodem Imperatore anno 372. In quo Patres Catholici dolose ab Arianis decepti ambiguae

F

biguae

biguae formulae fidei, in qua vox homoussios omissa fuit, subscripsere, unde illud D. Hieronymi. *Ingemuit orbis terrarum, & se Ariannum esse miratus est.* Aliqui ponunt duo Concilia Ariminensia, unum illegitimum, de quo nunc, alterum legitimum, in quo fides Nicæna confirmata fuit.

Quartum est *Ephesinum II.* Episcoporum 128. ab Imperatore Theodosio infcio primum Pontifice Leone anno 449. convocatum, qui & facultatem praesidendi & convocandi Episcopos ad libitum suum Dioscoro Alexandrino dedit, in quo omnia vñ & minis acta fuerunt, ac Eutyches absolutus, & Flavianus Episcopus Constantinopolitanus occisus fuit, ac legati Pontificij fugati; Unde Synodus praedictoria à Concilio Calcedonensi merito appellata fuit, omniaque ipsius acta reprobata.

Quintum est *Constantinopolitanum* tempore Imperat. Leonis Isaurici anno 730. & Gregorij II. contra Cultum SS. Imaginum convocatum. A Pluribus non nominatur inter Generalia, uti & sequentia duo. Sextum est *Constantinopolitanum* Pseudo septimum dictum Episcoporum 338. congregatum à Copronymo Imperatore Iconoclasta anno 754. contra cultum eundem SS. Imaginum. Quod reprobavit Stephanus Papa, & Synodus Oecumenica Nicæna II. omnino legitima.

Septimum est *Pisanum* convocatum à quibusdam Cardinalibus circa annum 1510.

CON-

*unde suam originem habeant, &c.* 83

contra Julium II. Summum Pontificem, cujus acta paulò post in Concilio Lateranensi V. reprobata & condemnata fuere.

Concilia Generalia partim approbata, partim reprobata pariter numerantur septem, & sunt hæc.

Primum est *Sardinense*, quod juxta quosdam est duplex, unum legitimum plusquam 300. Episcoporum Catholicorum. Alterum illegitimum Philippoli celebratum ab 80. circiter Episcopis Arianis eodem anno & tempore 374. scilicet.

Secundum *Sirmiense* anno 356. vel 357. in quo justè damnatus fuit Photinus Hæreticus; ab Episcopis autem Arianis nonnihil adulterata fuit vera fidei formula. Alij hoc Concilium contigisse dicunt anno 351. sub Liberio Papa.

Tertium *Constantinopolitanum quintum sextum*, ita dictum; quia Patres supplere prætendentes (ut aiebant) defectus Canonum quinti & Sexti Concilij antecedentium, illud in Trullo anno 692. convocabant, inscio tamen Summo Pontifice Sergio, qui idè nec per se, nec per Legatos præfedit. Quæ sanam doctrinam continebant, Catholici approbabant & recipiebant.

Quartum *Francofordiense* 300. circiter Episcoporum anno 794. à Carolo Magno Franco-  
orum Rege, Adriano Summo Pontifice con-

sentiente, convocatum. In eo quæ de Filia-  
tione Christi decreta fuerunt, ab Ecclesia ap-  
probata fuerunt; non autem ea, quæ contra cul-  
tum SS. Imaginum acta fuerunt; si tamen ma-  
teria illa tractata fuit: prout quidam in du-  
bium vertunt, vel planè negant.

Quintum *Pisanum*. Non illud, quod Pi-  
sis anno 1134. Innocentius II. contra Petrum  
Leonis Antipapam dictum Anacletum II. ce-  
lebravit, nec illud anno 1511. contra Julium  
II. à quibusdam Cardinalibus convocatum,  
sed quod anno 1409. pro tollendo Schis-  
mate, causato à Petro de Luna dicto Benedi-  
cto XIII. & Angelo Corario dicto Gre-  
gorio XII. celebratum fuit, quorum nullus  
Pontificatui cedere volebat; ad tollendum er-  
go hoc Schisma, utriusque partis 20. Cardi-  
nales, 3. Patriarchæ, Archiepiscopi & Episco-  
pi 300. Monasteriorum Praefecti 180. alique  
multi Theologi, & Principum Europæ Lega-  
ti Pisas ierunt, rejectis dictis Antipapis legiti-  
mus electus fuit Alexander V. ob quam ele-  
ctionem legitimus vocatur à quibusdam, ab  
alijs verò non.

Sextum *Constantiense* inchoatum anno  
1414. rogatù Imperatoris Sigismundi sub Jo-  
anne XXIII. & finitum fuit anno 1418. sub  
Martino V. Tres tum temporis erant Pontifi-  
ces, Joannes XXIII. Gregorius XII. & Bene-  
dictus XIII. quorum duo priores ad tollendum  
Schisma Pontificatui cessere; Benedictus au-  
tem,



*unde suam originem habeant, &c.* ¶

tem, quia Spontè cedere nolebat, ejectus fuit, & legitimus electus Martinus V. qui deinde varia hujus Concilij acta approbavit, ut damnationem hæresis Wicleffi, Hussitarum, & Hieronymi Pragensis, non autem quod Sess. 4. & 5. decretum fuit, Concilium esse supra Pontificem.

Septimum *Basileense* indictum, à Martino V. sed sub Eugenio IV. ejus Successore inchoatum anno 1431. & ab eodem revocatum, ac Ferrariam translatum fuit ob habitam notitiam plurima moliri perniciosâ privilegij Romanæ Ecclesiæ ex instinctu quorundam Principum sub prætextu reformandæ Ecclesiæ. Hujus Concilij Nicolaus V. Successor Eugenij acta concernentia Beneficia Ecclesiastica, ac Censuras Studio pacis approbavit, non verò concernentia potestatem Concilij supra Papam. De hoc Concilio, si lubet, alia videre poteris in objectione 2. Quæstionis III. Hæc itaque sunt Concilia Generalia; de Provincialibus ob vitandam prolixitatem lectorem aliò remittimus.



F 3

QUÆ-

biguae formulæ fidei, in qua vox homouſios omiſſa fuit, ſubſcripſere, unde illud D. Hieronymi. *Ingemuit orbis terrarum, & ſe Ariſum eſſe miratus eſt.* Aliqui ponunt duo Concilia Ariminenſia, unum illegitimum, de quo nunc, alterum legitimum, in quo fides Nicæna confirmata fuit.

Quartum eſt *Ephœſinum II.* Episcoporum 128. ab Imperatore Theodoſio inſcio primùm Pontifice Leone anno 449. convocatum, qui & facultatem præſidendi & convocandi Episcopos ad libitum ſuum Dioſcoro Alexandrino dedit, in quo omnia vî & minis acta fuerunt, ac Eutyches abſolutus, & Flavianus Episcopus Conſtantinopolitanus occiſus fuit, ac legati Pontificij fugati; Unde Synodus prædatoria à Concilio Calcedonenſi meritò appellata fuit, omniâque ipſius acta reprobata.

Quintum eſt *Conſtantinopolitanum* tempore Imperat. Leonis Iſaurici anno 730. & Gregorij II. contra Cultum SS. Imaginum convocatum. A Pluribus non nominatur inter Generalia, uti & ſequentia duo. Sextum eſt *Conſtantinopolitanum* Pſeudo ſeptimum dictum Episcoporum 338. congregatum à Copronymo Imperatore Iconoclaſta anno 754. contra cultum eundem SS. Imaginum. Quod reprobavit Stephanus Papa, & Synodus Oecumenica Nicæna II. omnino legitima.

Septimum eſt *Piſanum* convocatum à quibusdam Cardinalibus circa annum 1510.

CON-

*unde suam originem habeant, &c.* 83

contra Julium II. Summum Pontificem, cujus acta paulò post in Concilio Lateranensi V. reprobata & condemnata fuere.

Concilia Generalia partim approbata, partim reprobata pariter numerantur septem, & sunt hæc.

Primum est *Sardicense*, quod juxta quosdam est duplex, unum legitimum plusquam 300. Episcoporum Catholicorum. Alterum illegitimum Philippoli celebratum ab 80. circiter Episcopis Arianis eodem anno & tempore 374. scilicet.

Secundum *Sirmiense* anno 356. vel 357. in quo justè damnatus fuit Photinus Hæreticus; ab Episcopis autem Arianis nonnihil adulterata fuit vera fidei formula. Alij hoc Concilium contigisse dicunt anno 351. sub Liberio Papa.

Tertium *Constantinopolitanum* *quinis Sextum*, ita dictum; quia Patres supplere prætendentes (ut ajebant.) defectus Canonum quinti & Sexti Concilij antecedentium, illud in Trullo anno 692. convocabant, inscio tamen Summo Pontifice Sergio, qui idè nec per se, nec per Legatos præsedit. Quæ sanam doctrinam continebant, Catholici approbabant & recipiebant.

Quartum *Francesfordiense* 300. circiter Episcoporum anno 794. à Carolo Magno Francorum Rege, Adriano Summo Pontifice con-

sentiente, convocatum. In eo quæ de Filia-  
tione Christi decreta fuerunt, ab Ecclesia ap-  
probata fuerunt; non autem ea, quæ contra cul-  
tum SS. Imaginum acta fuerunt; si tamen ma-  
teria illa tractata fuit: prout quidam in du-  
bium vertunt, vel planè negant.

*Quintum Pisanum.* Non illud, quod Pi-  
sis anno 1134. Innocentius II. contra Petrum  
Leonis Antipapam dictum Anacletum II. ce-  
lebravit, nec illud anno 1511. contra Julium  
II. à quibusdam Cardinalibus convocatum,  
sed quod anno 1409. pro tollendo Schis-  
mate, causato à Petro de Luna dicto Benedi-  
cto XIII. & Angelo Corario dicto Gre-  
gorio XII. celebratum fuit, quorum nullus  
Pontificatui cedere volebat; ad tollendum er-  
go hoc Schisma, utriusque partis 20. Cardi-  
nales, 3. Patriarchæ, Archiepiscopi & Episco-  
pi 300. Monasteriorum Praefecti 180. alique  
multi Theologi, & Principum Europæ Lega-  
ti Pisasiverunt, rejectis dictis Antipapis legiti-  
mus electus fuit Alexander V. ob quam ele-  
ctionem legitimus vocatur à quibusdam, ab  
alijs verò non.

*Sextum Constantiense* inchoatum anno  
1414. rogatù Imperatoris Sigismundi sub Jo-  
anne XXIII. & finitum fuit anno 1418. sub  
Martino V. Tres tum temporis erant Pontifi-  
ces, Joannes XXIII. Gregorius XII. & Bene-  
dictus XIII. quorum duo priores ad tollendum  
Schisma Pontificatui cessere; Benedictus au-  
tem,

*unde suam originem habeant, &c.* 83

tem, quia Spontè cedere nolebat, ejectus fuit, & legitimus electus Martinus V. qui deinde varia hujus Concilij acta approbavit, ut damnationem hæresis Wicleffi, Hussitarum, & Hieronymi Pragensis, non autem quod Sess. 4. & 5. decretum fuit, Concilium esse supra Pontificem.

Septimum *Basileense* indictum, à Martino V. sed sub Eugenio IV. ejus Successore inchoatum anno 1431. & ab eodem revocatum, ac Ferrariam translatum fuit ob habitam notitiam plurima moliri perniciosa privilegij Romanæ Ecclesiæ ex instinctu quorundam Principum sub prætextu reformandæ Ecclesiæ. Hujus Concilij Nicolaus V. Successor Eugenij acta concernentia Beneficia Ecclesiastica, ac Censuras Studio pacis approbavit, non verò concernentia potestatem Concilij supra Papam. De hoc Concilio, si lubet, alia videre poteris in objectione 2. Quæstionis III. Hæc itaque sunt Concilia Generalia; de Provincialibus ob vitandam prolixitatem lectorem aliò remittimus.



F 3

QUÆ-

## QUÆSTIO XI.

*An convocatio Conciliorum Oecumenicorum spectet ad solum Pontificem, & an hac errare possint.*

**C**onciliorum congregationem Calvinus lib. 4. Inst. c. 9. n. 13. laudat & approbat his verbis. *Nos certè libenter concedimus, si quo de dogmate incidat disceptatio, nullum esse, nec melius, nec certius remedium, quàm si verorum Episcoporum Synodus conveniat, ubi controversum dogma excusiat. Multò enim plus ponderis habebit eiusmodi definitio, in quam communiter Ecclesiarum Pastores invocato Christi Spiritu, consenserint; quàm si quisque seorsim domi conceptam populo traderet, vel pauci homines privatim eam conficerent.* Addit & alias duas rationes, quas brevitatis causâ omitto. Hucusque optimè & verissimè. Numero autem antecedenti vertiginosus ille homo more sibi consueto contradicit, dum iudicio suo, examini & probationi arroganter Conciliorum auctoritatem subijciendum esse vult. *Quare nulla Conciliorum, Pastorum, Episcoporum nomina (quam falsò obtendi, quàm verè usurpari possunt, nos impediunt, quominus & verborum, & rerum documentis moniti, omnes omnium Spiritus ad divini verbi regulam exigamus,*  
*quo*

*qua probemus, num ex Deo sint. Et num. 13. cit. in fine. Hoc autem perpetuum esse nego, ut vera sit & certa Scriptura interpretatio, qua Concilij suffragijs fuerit recepta. Quis majorem arrogantiam & præsumptionem excogitare poterit? vel potius delirium? eidem adheret Luther. Tom. 7. Germ. fol. 262. Pessima & condemnabilis opinio, quòd Concilia magni sunt, acsi Spiritum Sanctum habeant. A quonam autem convocari debeant, & in ijs præsidendum sit, unanimis est Novatorum consensus, ut Lutheri, Brentij, Magdeburgens. & Calvinii lib. cit. c. 7. id spectare ad Imperatorem. Contra quos*

Dico 1. ad solum spectare Pontificem, convocare Concilia Generalia, & in ijs præsidere.

Probat 1. ex S. Scriptura. Soli Petro, & non Imperatori, aut alteri dixit Christus: *Pasce oves meas*, uti ergo hic Concilio Hierusalemitano præfuit, ita etiam convenit id ipsum suo Successori, qualis est solus Summus Pontifex, ut convocet & præsit, vel per se, vel per suos Legatos. In Testamento antiquo Spiritualia munia non nisi penes Sacerdotes Summos erant 2. Paral. 19. v. ult. *Amarias autem Sacerdos & Pontifex vester in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit.* Et contrariam facientes immiscendo se rebus & munijs Spiritualibus legimus gravissimè fuisse à Deo punitos.

Probatur 2. ex varijs Concilijs & Patri-  
bus. Innocentius I. arguens Episcopos Ori-  
entales ob celebratam Synodum Antiochiæ in-  
consulto Pontifice ita scribit: *Sancti Patres*  
*unanimiter in Nicana Synodo statuerunt, ut*  
*Synodus suo tempore Apostolica auctoritate*  
*convocetur.* In Conc. Chalcedonensi unani-  
miter Patres clamârunt. *Petrus per Leonem*  
*locutus est.* In Concilio Florentino tam Græci,  
quàm Patres Latini ita definierunt: *Definimus,*  
*S. Apostolicam Sedem, & Romanum Pontifi-*  
*cem Successorem esse B. Petri verticis Apосто-*  
*lorum, & verum Christi Vicarium, & to-*  
*tius Ecclesie Caput, & omnium Christiano-*  
*rum Patrem, & Doctorem existere, & in u-*  
*niversum orbem tenere Primatum, eique in*  
*B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi*  
*universalem Ecclesiam à Domino nostro Jesu*  
*Christo plenam potestatem traditam esse.*

Probatur 3. varijs rationibus. 1. Ille so-  
lus potest indicere Concilium, qui potest co-  
gere omnes Prælatos totius universi, sed hoc  
solum est Pontificis, & non Imperatoris; si-  
quidem hic non dominatur toti orbi Cristia-  
no, cum jurisdicctio ipsius non se extendat v.  
g. in Galliam, Hispaniam, aliâsque Provincias  
& Regna, ergo &c.

2. Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus  
possunt convocare Concilia Nationalia, Pro-  
vincialia, & Synodalia, ergo etiâ Summus  
Pontifex Generalia.

3. Im-



3. Imperator est ovis, & Papa est Pastor, sed Pastoris est congregare oves, & non è contra. Id ipsum confirmatur varijs exemplis diverforum Imperatorum ut Constantini Magni, Basilij &c.

Imperatores ergo non possunt convocare Concilia præceptivè, & autoritate propria, benè tamen exhortativè, & executivè. Et sic Principum talium autoritas, quò ad forum externum quàm maximè necessaria est.

Dico 2. Concilia Generalia à Pontifice approbata minimè errare posse. Est de fide.

Probatur 1. ex S. Scriptura. *Spiritus veritatis docebit vobis omnem veritatem.* Joan. 16. v. 13. *Ubi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Matt. 18. v. 20. Multò magis utique, ubi tam multi in nomine meo conveniunt. *Visum est Spiritui S. & nobis.* Act. 15. v. 28. Vide Quæstiones antecedentes id est III. & IX. in quibus Textus allati, etiam hîc interveniunt: uti & Quæst. XVII.

Probatur 2. ex S. Aug. epist. 162. *Ultimum judicium esse Concilium Generale.* S. Gregorius Papa. cap. 1. epist. 24. dicit, se 4. Concilia Generalia ipsum præcedentia suscipere & venerari ut 4. Evangelia. Alios SS. Patres vide etiam in Quæstionibus citatis.

Probatur 3. Rationibus. Si Concilium ta-

le errare posset, dubitare possemus de condemnatione hæresum Arrij, Nestorij, aliorumque Hæresiarcharum, quod minimè dicendum est. Tum ad quid esset eorum convocatio? Tum etiam, Concilium Generale repræsentat totam Ecclesiam, sicut Magistratus Rempublicam, & consequenter caput ipsius, quod est Summus Pontifex, cum ergo nec Ecclesia, nec Summus Pontifex ex cathedra loquens errare possint, ut vidimus supra, sequitur etiam Concilium Generale non subesse posse errori.

Et hæc de Concilijs Generalibus, de particularibus autem, licet talem infallibilitatem non habeant, qualem Generalia, temerarium tamen esset, ijs non acquiescere, maximè si sint ex ijs, quæ ipso usu Ecclesiæ videntur esse approbata, ut sunt Tolentana, Braccarensia &c. Si autem immediatè ab ipso Summo Pontifice approbata sint, parem cum Generalibus obtinent veritatem.

Ex dictis infero, Papam esse supra Concilium; cum Conciliorum confirmatio dependeat ab eo. Tum Concilium vel est Pastor, vel ovile, non Pastor, quia ipsi dictum non fuit: *Pasce oves meas*: ergo est ovile, sed ovile agnoscit supra se Pastorem, ergo & Concilium. Tum quilibet Episcopus est Caput suorum Dioecesanorum tam separatim, quam conjunctim, ergo etiam Papa respectu omnium Christianorum. Tum tandem ob supremam ipsius Monarchicam auctoritatem.

Obje-

Objectionum solutiones dependent ex  
Quæstionibus sæpiùs jam citatis.

## QUÆSTIO XII.

*Quid de Traditionibus, seu verbo non  
scripto sentiendum, & an omnia scrip-  
ta sint, quæ credenda, &  
tenenda.*

**N**otandum 1. per Traditiones à SS. PP.  
& DD. propriè hîc intelligi doctrinam di-  
vinitùs revelatam & traditam, minimè tamen  
in S. Scriptura scriptam. Sunt autem Tradi-  
tiones duplicis generis, aliæ sunt *Apostolica* seu  
*divina*, & ita vocantur, quia eas Apostoli à  
Christo acceperunt, & ad nos transmiserunt,  
& hæc parem cum S. Scriptura authoritatem  
& fidem habent. Aliæ vocantur *Ecclesiasti-  
ca*, quæ usu, & authoritate Ecclesiæ in Con-  
cilijs, vel aliter vim legis obtinuerunt. Am-  
barum meminit D. Aug. Epist. 118. cum ait:  
*Illæ autem, quæ non scripta, sed tradita,  
custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe  
observantur, dantur intelligi, vel ab ipsis  
Apostolis, vel plenarijs Concilijs, quorum est  
in Ecclesia saluberrima authoritas, commen-  
data atque statuta retineri; sicut quod Do-  
mini passio, & resurrectio, & ascensio in  
Cælum, anniversaria solemnitate celebra-  
tur.*

*tur. Et si quid aliud tale occurrerit, quod servatur ab universa, quocumque se diffundit, Ecclesia. Per Particulam: Vel ab ipsis Apostolis, intelligit Traditiones Apostolicas, per illam: vel plenarijs Concilijs, intelligit Ecclesiasticas. De quibus subdit: Insolentissima insania est disputare, an faciendum sit, quod tota per orbem frequentat Ecclesia. Ex quibus patet falsum esse, quod scribit Calvinus lib. 4. Instit. c. 8. n. 19. Romanenses Magistri (ait.) extorquere volunt, ut nulla sit apud eos ceremoniola, qua non Apostolica censetur.*

Notandum 2. Adversarios passim rejicere Traditiones, & nihil esse admittendum asserunt, nisi quod expressè in S. Scriptura habeatur, egregiè in hoc imitantes antiquos Hæreticos Arianos, Macedonianos, Eunomianos, Eutijchianos & Pelagianos, qui non nisi Scripturâ convinci volebant, uti testantur SS. PP. Aug. lib. 1. contra Maximin. in principio. Basil. in lib. de Spiritu S. c. 25. & 29.

Aliqui tamen ut Kemnitius, quasdam admittunt traditiones, ut traditionem, qua nobis in manum dantur S. Scripturæ libri, hos etenim nisi per traditionem ab Ecclesia habemus. Deinde etiam Baptismum parvulorum, ritus quosdam in administratione ejusdem. His prænotatis.

Dico, præter S. Scripturam Traditiones seu verbum non scriptum admitti & credi debere.

Pro-

Probatur 1. ex S. Scriptura. 2. Theff. 2. v. 14. Apostolus scribit: *Itaque fratres stase: & tenere traditiones, quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam nostram. & c. sequ. v. 5. & 6. Deut. 32. v. 7. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, majores tuos, & dicent tibi. Interroga generationem pristinam, & diligenter investiga patrum memoriam, & ipsi docebunt te. Job. 8. v. 8.*

Probatur 2. ex SS. PP. Chrysoft. in 2. Theff. 2. *Hinc patet, quod non omnia per epistolam tradiderint, sed multa etiam sine litteris: eadem vero fide digna sunt tam illa, quam ista: itaque traditionem quoque Ecclesia fide dignam putamus: Traditio est, nihil queras amplius. S. Epiphani. haeres. 61. Non omnia (inquit) a divina Scriptura possunt accipi: quapropter aliqua in Scriptis, aliqua in traditione Sancti Apostoli tradiderunt. Conc. Nicen. II. Act. 7. Fatemur unanimiter nos Ecclesiasticas traditiones, sive Scriptas, sive consuetudine valentes, & decretas, retinere velle, quarum enumeratio est Imaginum effiguratio. Et paulo post subjungit: Qui ausus fuerit aliud sentire, aut docere, aut more impiorum haeticorum Ecclesiasticas traditiones contaminare, anathematizabit. S. Basil. lib. de Spir. S. c. 29. Dogmata, quae in Ecclesia servantur & praedicantur, partim ex conscripta doctrina habemus, partim ex Apostolorum traditione. Et subjungit quae.*

quædam, ut Symbolum Apostolorum, unctio-  
nem in Sacramento Confirmationis &c. S.  
Hieron. in epist. ad Marcellam de erroribus  
Montani: *Nos unam Quadragesimam ex A-*  
*postolica traditione tempore nobis congrua je-*  
*junamus.*

Probatur 3. varijs & efficacissimis ratio-  
nibus desumptis ex ipsa etiam S. Scriptura. Ex-  
trà omne dubium est, Ecclesiam, & Religionem  
à tempore Adæ, usque ad Moysis tempora per  
2543. annos substituisse, necessariâque ad salu-  
tem populum fidelem scivisse, ut quòd Deus  
creârit Cœlum, justos sit præmiaturus, injustos  
puniturus &c. sed hoc non scivit nisi per ver-  
bum non scriptum, seu traditiones; quia  
Scriptura primùm à Moysè incepit. Tum,  
cùm omnes in peccato originali nascamur, si-  
cut ergo pro parvulis circumcisio erat reme-  
dium, pro sæmellis necessariò debuisse quò-  
que aliquod fuisse, negari non potest, uti &  
pro illis, qui in deserto spatiò 40. annorum il-  
lorum nati fuere, quo tempore circumcisio in  
usu non erat, sed hoc remedium nullibi in  
Scriptura invenitur. Sicut ergo tunc admit-  
tebantur Traditiones, ita & nunc admitti de-  
bent: non obstante etiam verbo jam Scripto:  
prout ipsemet Moyses sæpiùs se revocabat ad  
Traditiones Deut. 32. v. 7. ut supra, alique  
Sancti antiqui Prophetæ.

Multa sunt, quæ nobiscum credunt ad ver-  
sarij nostri, imò & credere debent, si salvari  
velint:

**S**int: ut v. g. credunt, Biblia esse verum verbum Dei, sed unde hoc sciunt? Item libros illos per tot Sæcula non fuisse corruptos. Item quod hoc Evangelium à Marco, & non à Joanne sit Scriptum, & quidem ex illuminatione divina, ex titulo non, quia illum non apposuerunt ipsi, sed ex traditione Ecclesiæ habemus, Evangelia illa ab ipsis fuisse conscripta. Nec dicas cum Calvinistis. Quod Biblia sint verum verbum Dei, hoc patet ex ipsa Scriptura: sed hoc non valet dicere. Calvinus legit epistolam S. Jacobi, & dicit, esse verbum Dei; Lutherus legit eandem, & dicit esse stramineam. Si Calvinus recurrit ad suam internam illuminationem, ex qua postmodum vult probare, se scire, hanc esse verum verbum Dei; Lutherus replicabit, suam illuminationem esse contrariam & solam veram: si præter illam illuminationem Calvinus allegat alias rationes, id etiam præstabit & Lutherus. Proinde in Ecclesia nostra certiori & veriori fundamento proceditur, dum illuminationi & edicto universalis Ecclesiæ per tot Sæcula subsistentis credimus, & non privati cujusdam hominis in materia tam gravi. Ecclesia itaque per traditionem infallibiliter docet. Biblia esse verum verbum Dei, & non Alcoranum, Evangelia Marci & Joannis esse vera Evangelia, & non Nicodemi, Thomæ & Bartholomæi. Epistol. D. Pauli ad Romanos veram esse ipsius epistolam, & non illam ad Laodiceenses; **cujus tamen D. Pau-**

Paulus ipsemet meminit ad Coloss. 4. v. 16. *Et eam, quae Laodicensium est, legatis.* Nonne adversarij credunt duo vel 3. vel etiam 4. Sacramenta, & nos septem, sed unde hunc numerum habent, nonne ex traditionibus? Cur quæso indifferenter manducant suffocata & sanguinem contra expressam prohibitionem Scripturæ? Act. 15. v. 20. ---- *Sed scribere ad eos, ut abstineant se . . . à suffocatis & sanguine.* Pro bent ex scriptura præceptum hoc esse sublatum, vel abstineant ab esu illorum, uti Judæi à carne suilla. Nos Catholicos quidem hoc præceptum non urget, qui per traditionem habemus, illud non amplius uigete.

Si Biblia sola continent omnia necessaria & essentialia juxta adversarios ad salutem, & consequenter de Traditionibus nihil tenendum est, hoc vel intelligi debet de quolibet libro, vel parte Scripturæ v. g. de Evangelio Joannis, vel de tota Biblia tam veteris, quam novi Testamēti. Non primum, quia Evangelium Joannis nihil dicit de annunciatione Angeli, de natiuitate Christi in stabulo, de adoratione Magorum, de præsentatione, de fuga in Ægyptum &c. & tamen quilibet ista credere tenetur. Non secundum: quia ex Canonicis libris tam antiqui quam novi Testamēti varij perierunt, ut 3000. Parabolæ, 5000. Cantica Salomonis 3. Reg. 4. v. 32. Lib-



ri Nathan, & Gad. Prophetæ 1. Paral. 29. v. 29. &c. Epist. D. Pauli ad Leod. ad Coloss. 4. v. 16. & alij plures, ergo cum hi libri perierint, multa credenda nobis defunt.

Nec valet dicere cum adversarijs præsentibus libros esse sufficientes & continere totum, quod ad salutem necessarium est; sed ubi est hoc scriptum? juxta adversarios enim nihil credi debet, quod non est Scriptum in Biblijs, monstretur ergo ex illis perditos libros non esse necessarios ad salutem. Minus valet inferre, Si ergo S. Scriptura non continet omnes articulos necessarios ad salutem, ergo est defectuosa, quia quamvis non omnes in specie contineat & expressè, continet tamen eos in genere quandoque; dum nos nimirum ducit ad Ecclesiam, prout Christus commendat Matt. 18. v. 17. *Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus*, quæ juxta D. Paulum 1. Tim. 15. *est columna & firmamentum veritatis*. & consequenter cum Scriptura nos ducat ad Ecclesiam, vult utique, ut credamus ea, quæ nobis credenda proponit, licet expressè Scripta non sint in Biblijs. In quo enim Evangelio expressè legitur, aut in qua epistola, ut parvuli baptizari debeant, quod Apostoli Symbolum fidei composuerint? &c. Per quod immediatè etiam refutatur alia instantia, quam faciunt, ut quod unus Evangelista quandoque non scripsit, supplevit alius: hæc etenim in nullo scripta sunt,

& quamplurima alia, prout paulò post videbimus.

*Enervantur argumenta adversariorum.*

Objiciunt ergo 1. Deut. 4. v. 2. habetur. *Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo.* Et c. 12. v. 32. *Quod precipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quidquam, nec minuas.* ergo &c. Respondeo, Deum hîc prohibere additamenta, quæ essent contraria suis præceptis, cæremonialibus, & judicialibus jam datis, non autem alia, quorum multa Prophetæ, imò & ipsemet Moyses, & successivè alij ut Saul, David, Salomon &c. pro ratione temporis addiderunt. Imò aliàs nec Evangelica præcepta superaddi potuissent; unde objectio ista non est ad rem. Si deinde contra nos ita urgere volunt particulam: *Non addetis*, recordentur etiam contra se esse adjunctam particulam: *Nec auferetis.* Quòd autem non sit ad rem dicta objectio, patet clarissimè ex subsequenti-  
bus Textibus, quos videre poteris.

Objiciunt 2. Illud Apoc. ult. v. 18. *Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas Scriptas in hoc libro:* ergo &c. Respondeo, eum incurrere pœnas illas, qui de suo vel apposuerit vel minuerit aliquid, non autem Ecclesiam, cujus leges fundatæ sunt supra ipsam scripturam.

Ob-

Objiciunt 3. *Licet nos, aut Angelus de celo evangelizet vobis, praterquam, quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Gal. 1. v. 8. Respondeo: Hoc nihil esse contra nos; quia ibi Paulus reprehendit illos, qui contra prædicatam à se abrogationem Moysaicae legis, de novo docebant, necessariam esse circumcissionem, observationem Sabbathorum, Noviluniorum, aliorumque caeremonialium, prout patet responsionis hujus ratio ex cap. 3. 4. & 5.

Objiciunt 4. *In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, & præcepta hominum* Marti 7. v. 7. Coloss. 2. v. 8. *Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam - - secundam traditionem hominum. Redempti estis de vana vestra conversatione paterna traditionis.* 1. Petri. 1. v. 18. Respondeo omnes hos Textus loqui de lege veteri, & consequenter non esse ad rem.

Objiciunt 5. *Quare transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* Matt. 15. v. 3. Respondeo, ibi Christum merito reprehendere Judæorum vanas traditiones, uti erant lotiones illæ superstiosæ neglectis mandatis naturalibus & positivis divinis de honorandis parentibus ac subventionem eorum paupertati & necessitati, prout Pharisei illi faciebant, dissuadendo filijs subventionem illam, & recommendando eis victimarum ob-

lationem, utique pro eorum-utilitate, interim in miserijs remanentibus indigis parentibus, & opem implorantibus à filijs, ut addit Marcus c. 7. v. 12. *Et ultra non dimittis eos quidquam facere patri suo, aut matri.*

Obijciunt tandem 6. 2. Tim. 3. v. 16. *Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, - - - ut perfectus sit homo Dei,* ergo superflua sunt Traditiones. Respondedo negando consequentiam. Quia elemosyna utilis est ad Salutem Lucæ 11. v. 41. Dan. 4. v. 24. *Date elemosynam, & omnia munda sunt vobis. Peccata tua elemosynis redime,* ergo cætera opera sunt superflua, quod non valet; hinc non omne quod utile est, est sufficiens ad salutem. *Pietas* 1. Tim. 4. v. 8. *ad omnia utilis est:* hæc tamen sola non sufficit, sed multa alia requiruntur. Vetus Testamentum est utile, & tamen ei adjunctum est novum.

### *Quò ad alteram Questionis partem.*

Dico, non omnia esse scripta in Scriptura, quæ credenda sunt.

Probatur 1. ex S. Scriptura. Joan. 14. v. 16. *Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum Spiritum veritatis.* Ex quo Passivum conficitur argumentum. Morte Apostolorum dici non potest: Spiritum illum verita-

tis

tis cum ipsis abijisse, sed permansisse penes Ecclesiam, si autem permansit penes eam, otiosa esset talis permanentia; cum non haberet, quod doceret, ob quem tamen venit Joan. 16. v. 13. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*: sed juxta adversarios jam non amplius haberet, quod doceret, quia omnia credenda in Scriptura jam docuit. Deinde nonne post Apostolorum tempora in Ecclesia variae hæreses & dubia exorta fuerunt, quæ tempore illorum non erant, nec alio modo decidi poterant, quam illo Spiritu veritatis Ecclesiæ semel dato, semper assistente, & juxta indigentiam ejusdem semper docente?

Probatur 2. Adversarij nobiscum credunt Pueros posse & debere baptizari: baptizatos ab hæreticis, non debere rebaptizari: solam aquam naturalem esse materiam Baptismi: baptismum non posse reiterari, baptizantem debere exprimere verba: Ego te baptizo, solummodo posse fieri Baptismum in Nomine SS. Trinitatis, & non in solo Nomine Jesu. Diem Dominicam & non Sabbathum esse colendam: Coenam Domini sine præcedenti lotionem pedum, & quidem à jejuno Summi debere, & plura alia jam superius visa, & partim videnda

Quæstione XVI. ubi de Controversiarum Judice agitur, sed hæc nullibi scripta sunt, ergo &c.

G 3

QUÆ-

# Q U Æ S T I O XIII.

## An sacra Scriptura per se sit clara.

**D**ico, S. Scripturam non esse ita claram, pro-  
ut eam Novatores quidam vendunt ;  
ut proinde promiscuè ea lectitanda, enuclean-  
da & dijudicanda sit ab omnibus.

Probatur 1. ex S. Scriptura. Act. 8. v. 30.  
& 31. Eunuchus interrogatus à Philippo: *Pu-  
ta, nè intelligis, qua legis?* Respondit, *& quo-  
modo possum, nisi aliquis ostenderit mihi?*  
Matt. 13. v. 36. Apostoli Christi Domini pa-  
rabolam de zizanijs non intellexerunt: *Edi-  
sere nobis parabolam zizaniorum agri. Tunc  
aperuit illis sensum, ut intelligerent Scriptu-  
ras.* 2. Petri 3. v. 16. scribit Apostolus in epi-  
stolis Pauli esse quedam difficilia intellectu.  
Nicodemus, licet esset Magister in Israel, non  
intellexit scripturam. *Quomodo possunt hac  
feri?* Joan. 3. v. 10. & sequent.

Probatur 2. ex SS. PP. Hieron. in epist.  
ad Algas. Quæst. 8. *Omnis epistola ad Roma-  
nos vitij obscuritatibus involuta est.* Et  
ad Paulin. in Apoc. *Apocalypsis Joannis tot  
habet Sacramenta, quot verba.* S. Ambros.  
epist. 44. ad Constant. *Maxe est Scriptura di-  
vina, habens in se sensus profundos.* 6. Aug.  
ad Januar. *In ipsis Sacris Scripturis, nec-  
multa plura, quam scio, ita & alij SS. Docto-  
res,*

res. Imò ipsemet Lutherus præfat. in Psalm. Scio esse impudentissima temeritatis eam, qui audeat profiteri, unum Scripturae librum à se in omnibus partibus intellectum. Ita etiam Magdeburgenses.

Probatur 3. varijs rationibus. Ille liber non potest esse clarus, cujus materia & modus scribendi sæpè sunt obscuri, sed tales sunt S. Scripturæ, utpote continentes materias profundissimas & altissimas de Deo uno & Trino, de Incarnatione, de Resurrectione &c. Et quò ad modum varias figuras & tropos pariter continet, ergo &c.

S. Scriptura continet plures quàm 1450. apparentes contradictiones, quas in Commentario suo in vetus & novum Testamentum numerat & conciliat Jacobus Tirinus S. I. ex quibus breviter quasdam ad demonstrandum sole clariùs esse: Scripturam non esse ita apertam, excerpimus. Exod. 20. v. 4. dicitur: *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in Cælo, & in terra, in aquis &c.* Exodi 25. v. 18. *Duos Cherubim aureos, & productiles facies.* Num. 18. v. 8. *Fac serpentem ancum.* Exod. 20. v. 5. *Ego Dominus visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum.* Ezechiel. 18. v. 20. *Filius non portabit iniquitatem patris.* Levit. 8. v. 16. *Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis.*

Deut. 25. v. 5. *Quando unus fratrum absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus.*  
 Eccles. 1. v. 4. *Terra in aeternum stat.* Isai. 24. v. 20. *Agitatione agitabitur terra, sicut ebrius, & auferetur.* Lucae 21. v. 33. *Caelum & terra transibunt.* Joan. 8. v. 15. *Ego non judico quemquam.* c. 5. v. 21. *Pater omne iudicium dedit Filio.* Joan. 8. v. 19. *Néque me scitis.* Joan. 7. v. 28. *Et me scitis.* Joan. 20. v. 1. *Maria Magdalena venit ad monumentum, cum adhuc tenebra essent.* Marci 16. v. 2. *Venit ad monumentum orto iam sole.* &c.  
 Tum si ita clara est Scriptura, ad quid ergo tot tantique prodierunt Commentarij? Ad quid ergo Sectarij continuo disputant inter se de realitate v. g. Corporis Christi in Eucharistia, & alijs fidei articulis?

### *Emucleantur argumenta.*

Obijciunt 1. Scriptura vocatur Lucerna Psal. 118. v. 105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Item Psal. 18. v. 9. *Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* ergo est clara. Respondeo 1. Etiam David dixit: *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam.* Psal. 118. v. 34. *Revela oculos meos.* Psal. eod. v. 18. Respondeo 2. Hos Textus non esse intelligendos de tota Scriptura. Respondeo 3. Scripturam esse lucernam ad dirigendas operationes nostræ vitæ,



vite, quando debite cognita & intellecta est, id est secundum verum sensum Spiritus S. Ecclesie sue manifestatum, & non secundum uniuscujusque proprium genium & sensum.

Obijciunt 2. Tametsi S. Scriptura in uno alterove loco sit obscura, est tamen clara in altero, & sic per hunc declarari debet ejus obscuritas. Respondeo 1. Sed unde hoc sciunt? Lutheranis clara est Scriptura in hoc Textu: *Hoc est Corpus meum*; Calvinistis autem non, dum illud est exponit: *Significat*: Respondeo 2. In uno loco dicitur Christus minor Patre, in alio esse idem cum Patre &c. Quomodo nunc aliquis Sectarius ex Scriptura probare poterit per Textum secundum explicari vel declarari debere primum? cur ergo hoc modo non componunt suas controversias?

Obijciunt 3. Cedit in injuriam Scripturae, dicendo eam esse obscuram. Respondeo negativè: Quia utique majori in pretio sunt scientiae, quae profundiores. Quae autem profundior, quam scientiae Scripturae. *O altitudo divitiarum sapientiae & scientiae Dei!* Rom. II. v. 33. Sed instant, si ergo Scriptura est obscura, facile quis ostendere poterit. Respondeo, hoc periculum non incurere eum, qui secundum Scripturam Ecclesiae judicio se submittit juxta S. Aug. contra Crescon. c. 33. *Tunc (inquit) Scripturarum a nobis tenetur veritas; cum id facimus, quod*

*universa placuit Ecclesia, quam ipsa Scripturarum commendat autoritas.*

Obijciunt 4. Deut. 30. v. 11. *Mandatum hoc, quod ego precipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum; ergo ajunt Scripturam esse claram.* Respondeo, Textum illum non esse ad rem: loquitur enim ibi Deus de lege Mosaica, quæ facilis intellectu est, ex quo deinde non licet inferre, mandata, cæremonia, & judicialia à Deo data clara sunt, & aperta, ergo tota Scriptura clara & aperta est.

Obijciunt 5. Scriptura solummodo obscura est reprobis 2. Cor. 4. v. 3. *Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum, in iis, qui pereunt, est opertum: clara verò electis.* Respondeo 1. Eò ipso semper obscura nobis debet esse Scriptura; cum non sciamus an reprobi vel electi simus: *Nescit homo, an amore, an odio dignus sit.* Eccles. 9. v. 2. Respondeo 2. Quis audeat dicere, SS. August. Hieron. Ambros. &c. PP. reprobos fuisse, qui tamen Scripturæ obscuritatem fatentur? Respondeo 3. Ad quid ergo Calvinus lib. 1. Instit. c. 7. n. 1. in fine dicit: *non alias comprehendere Dei mysteria, nisi quibus datum est:* Ostendat cum suis hoc sibi datum fuisse à Deo, & fides sibi & suis deinde dari poterit, quæ de Scriptura profert: Res tota clarius adhuc patebit ex adjuncta appendice & declaratione proprietatum Linguae Hebraicæ & Græcæ, quæ cum perutilis sit ad faci-

facilius intelligendam Scripturam, ejusque Idiotismos & proprietates explicet, eam hic annectimus. Tradunt autem dictam explicationem & declarationem fufius Jacobus Tirus superius citatus in suo Commentario in Veteris & novum Testamentum Venetijs anno 1632, & 1688. impresso. Et de verbo ad verbum Brianus Waltonus Sectarius in sua Biblia Polyglotta Londini anno 1657. edita, ex quibus succinctius excerpta sequentia.

### *Declaratio proprietatum Lingua Hebraica, & Graeca.*

1. Hebraeis, Graecis, & Chaldaeis est usitatissimum, ut libros suos incipiant à particulis *Et, autem, igitur ergo*, ut patet initio Levitici, Numerorum, Josue 2. 3. & 4. & alibi. Quia Scriptores isti contemplabantur rem aliquam antecedentem, cum qua conjunctum volebant, quod scribebant, acsi res illa jam scripta fuisset.

2. Quia casibus carent Hebraei, eodemque nomine invariato per omnes casus utuntur, hinc & interpretes quandoque casum pro casu usurpant, ut 2. Cor. 8. v. 23. *Sive pro Tito, sive fratres nostri*, pro fratribus nostris, Et ad Ephes. 2. v. 2. *Spiritus*, pro Spiritum.

3. Quandoque pro indicativo, praesenti, & imperfecto, quo carent Hebraei, utuntur praeterito. Psal. 115. v. 10. *Credidi*, id est, cre-

credo, *propter quod locutus sum*, id est loquor. Quandoque participio 1. Cor. 12. v. 2. *ad simulacra euntas*, id est ibatis.

4. Sic pro comparativo & superlativo, quia Hebræi ijs carent, utuntur positivo; ut Psal. 117. v. 8. *Bonum*, id est melius, *est considerare in Domino, quam considerare in homine.*

5. Quandoque dum unum per comparisonem alteri volunt præferre, id quod præferunt, affirmant, alterum negant. v. g. Osee 6, v. 6. *Misericordiam volui, & non sacrificium*, id est misericordiam magis volo, quam sacrificium. Psal. 21. v. 7. *Vermis & non homo* id est potius, quam homo.

6. Vel utuntur verbo vehementiori, pro minus vehementi, ut Malach. 1. & ad Rom. 9. v. 13. *Jacob dilexi, Esau odio habui.* ubi odio habui, idem est, quod minus dilexi. Simili epitali utuntur verbo *omnis*, pro magno & excellenti. Sic Psal. 106. v. 18. *Omnem escam abominata est anima eorum*, id est nobilissimam, scilicet Manna. Eccles. 12. v. 13. *Deum time, & mandata eius observa, hoc est enim omnis homo;* id est, qui hoc fecerit, optimus est.

7. Aliquando è contrario utuntur minus vehementi, quam intendant significare, 1. Machab. 1. v. 21. *Non est utile nobis relinquere legem*, id est perniciosissimum erit.

8. In comparationibus subinde non apponunt particulam comparationis, vel similitudinis.

rudinis; ut Proverb. 16. v. 24. *Favus mel-  
lis composita verba.* Psal. 67. v. 31. *Increpa  
feras arundinis: congregatio taurorum in  
vaccis populorum:* pro increpa Tyrannos, qui  
sicut feræ in arundineto, & sicut tauri in gre-  
ge vaccarum excitant strepitum, & horrorem,  
ita ipsi faciunt in congregatione populi sibi sub-  
jecti.

9. Una eademque sententia diversis locis  
subindè diversa, & ferè contraria significat. v.  
g. *portare iniquitatem.* Exod. 28. v. 38. Le-  
vit. 10. v. 17. & 1. Reg. 15. v. 28. Sumunt  
pro ignoscere, vel veniam impetrare. Sed Le-  
vit. 17. v. ult. & c. 24. v. 15. & alibi, idem  
significat, quod puniri pro peccatis.

10. Cum Hebræi exiguum numerum ra-  
dicum, quæ non nisi 1022. sunt, habeant, à  
quibus omnia nomina derivantur, sæpè unum  
idèmq; nomen vel verbum, vel etiam sen-  
tentia, pluribus, diversisque rebus designan-  
dis adhibetur, & ideo etiam variæ exortæ sunt  
interpretationes: sic v.g. in Hebræo *Thlachak*  
in Latino Ludere, præter vulgarem lusum,  
subindè significat duellum comittere 2. Reg. 2.  
v. 14. *Surgant pueri, & ludant.* Subindè  
persequi, & vexare. Gen. 21. v. 9. *Vidit Sa-  
ra ludentem Ismael cum Isaac.* Subindè ido-  
la colere, factare. Exod. 32. v. 6. *Surrexe-  
runt ludere.* Sic Græcum Prophétenein, quan-  
doque significat futura prædicere, quando-  
que

que Prophetiam confirmare, quandoque laudare Deum.

11. Præpositionum & conjunctionum multiplex est significatio. *Ad*, sæpè idem valet, quod *De*, 2. Reg. 3. v. 8. *Dominus locutus est ad David*, id est de David. Lucæ 19. v. 9. *Ait Jesus ad eum*, pro de eò quia *hodie salus huic domui facta est*. *A*, & Græcum apò sæpè pro *apud*, vel *coram* accipitur. Eccles. 41. v. 21. *Erubescite à patre, & matre*, pro *coram*. Præpositio *In* ferè omnium aliarum præpositionum vicem & significationem, uti & *Katà* secundum induunt. Hebræum *ve* latinum *Et*, nunc pro copulativa, nunc pro disjunctiva, *vel*, *aut*: nunc pro causali *Enim*, *quia*, nunc pro adversativa *Sed*, *autem*, nunc pro *ut*, *sic*, *sicut*, *id est*, *etiam*, *si*, *tamen*, *idèd*, *præterea*, *ergo*, *quinetiam* summi solet. Pariter particulæ *tamen*, & *sed*, *pro*, *imò*, *quinimò* sumuntur *ut*, *quia*, *propter quod*, *propterea* sæpè non causam, sed eventum significant, subindè tantum continuant præcedentia cum subsequenibus. Particulæ *Eò quod*, *quoniam*, *quía*, subindè idem valent, quod *quamvis*, vel *etsi*, sic Isai. 12. v. 1. *Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi*, id est, *etsi*.

12. Particula *Si*, est quandoque admirantis, quandoque negantis. ut 3. Reg. 17. v. 1. *Si erit annis his pluvia*, id est non erit. Et quidem plerumque est jurantis, ut in exemplo

pro allato, *Vivit Dominus, si erit pluvia*, id est iuro, quod non pluet. Quando post verba jurandi sequitur *si*, tunc oratio, si sit affirmans, vertitur in negantem, si sit negans, in affirmantem. Exemplum primi est. Psal. 44. v. 11. *Sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam*, id est, quod non introibunt. Secundi exempli est illud Isai. 14. v. 24. *Juravit Dominus, si non, ut putavi, ita erit*, id est, Juravit, quod ita erit. Simili modo vocula *Nisi*, est vox juramenti execratorij. Isa. 5. v. 9. *Nisi domus deserta fuerint*, subaudi non habeatur *Deus*, aut verax: sicut Latini dicunt: *Nisi hoc fecero, peream*. Subticeat autem Hebræi execrationem, utpote horrendum audita, & effectum. *Levare manum*, sæpè significat *jurare*, Gen. 14. v. 22. Exod. 6. v. 8. Num. 14. v. 30. quia jurantes manum attollere solent.

13. Quia Hebræi pauca habent nomina plantarum, arborum, gemmarum, animalium specifica, sed plerumque generica, quæ multas sub se species continent, aut certè æquivoca sunt; idè Interpretes, cum non habeant semper sic nomina generalia, ea diversimodè interpretantur. Sic Gen. 1. v. 21. Latinus vertit *Cetum* vel *Balanam*. S. Hieron. & LXX. vertunt *Draconem*, iidem alibi *Sirenem*, vel *Faunum*, & sic de alijs.

14. Quia apud Hebræos quædam tam animalium, arborum, quam aliarum rerum spe.

species sunt, quæ non existebant apud Interpretes, & consequenter etiam proprio nomine carebant, ideo accipiebant nomina propria Hebraica. Sic in Exodo passim legitur de lignis *Setim*, in Levitico, *Hin*, *Gomer*, *Satum*, *Cabum*, *ephi*, quæ apud Hebræos certæ mensuræ erant, & non inveniebantur apud alios. Subindè tamen Interpretes pro aliqua notitia, & regulatione accipiebant unam mensuram notam legentibus v. g. modium, sextarium &c.

15. Hebræi nominibus proprijs, vel gentilitijs sæpè mysterium aliquod, vel rem particularem designant: Ideò Interpretes ne mysterium illud, & allusio vocis occulta maneat pro nomine proprio & gentilitio ejus expositionem ponunt. Ut Gen. 26. pro nominibus proprijs puteorum ponunt significationem eorundem, unum pro *Efeci*, vocant *calumniam*, alterum pro *Siria*, *inimicitias*. Job. ult. v. 14. Filias Job vocant unam *Diem*, alteram *Cassiam*, tertiam *Cornustibij*.

16. Quandoquæ una Persona plura habebat nomina, & ideo Interpretes, nunc uno, nunc alio utebantur nomine. Sic uxor Abrahamæ Gen. 16. v. 1. vocatur *Sarai* c. 17. *Sara* v. 15. & *Jacha* c. 11. v. 29. *Ester* & *Edissa* Esth. 2. v. 2. *Abimelech*, & *Achimelech*, *Job* & *Johab*, *Achar* & *Achan*, *Aram* & *Ram*, *Jethro* & *Raguel*. &c.

17. Sa-



17. Sæpè nomina Hebræa propria, dum in aliquam linguam transferuntur, ita mutantur, ut vix eadem esse videantur. Sic qui Hebraicè vel Chaldaicè *Aschasveros*, id est magnum caput, seu magnus Capitaneus, & latinè *Asverus*, Persicè vocatur *Xerxes*, Græcè verò *Oxiæres*, id est acer Mars.

18. Cùm Deus apparuisse dicitur alicui, id est Angelis, intelligi volunt SS. PP. quia Angeli in corporibus assumptis personam Dei repræsentabant. Sic etiam illum, qui apparuit Moyfi; dixitque: *Ego sum Deus Abraham.* S. Stephanus Act. 7. v. 30. dicit Angelum fuisse. Et qui Exod. 19. v. 20. Tradidit Legem Moyfi in Sina à S. Paulo Gal. 3. v. 19. *Angelus* vocatur.

19. Quæ de Christo dicuntur, non semper ei in Persona conveniunt, sed subindè ei tanquam capiti, subindè ejus corpori Ecclesiæ, subindè utrique. Ut Zachar. 2. v. 8. dicit, *Christus se missum ad Gentes*, quod fecit non in se, sed in Apostolis suis. Similiter Genesis 13. v. 49. Abraham, Jacob, & duodecim Patriarchis multa promittuntur, quæ non ipsis, sed eorum posteris obvenerunt.

20. Synechdochicè, per Philistæos, Arabes, Egyptios, Moab, Amon, & alias gentes barbaras Judæis vicinas, & notas significant Propheta omnes gentes impias subigendas Christo. Eodem modo numerus plenus, & determinatus ponitur pro minori.

21. *Voculæ non ampliùs, non ultra, æternum, sæculum, generatio generationis* non semper significant æternitatem, sed solum diurnum tempus. Sic Ezechiel. c. 26. v. 14. de Tyro dicit: *Non adificaberis ultra.* Et tamen postea reædificata fuit. Quandoque etiam significant emphasim quandam, sic dixit Petrus Christo Joan. 13. v. 8. *Non lava-bis mihi pedes in æternum:* id est nullo modo patiar.

22. Utuntur etiam Synechdoche in numeris annorum, vel dierum, partem ponendo pro toto, & è contrà. Sic Christus dicitur tres dies fuisse in sepulchro, quorum tamen primus & tertius fuerunt incompleti. Sic etiam quandoque una pars hominis pro toto homine; genus pro specie, materia pro re confecta.

23. Adhibent & multas alias figuras v. g. Metonymyam, ut dum per *Samaritam*, intelligunt Samaritas, per *Idolum* Idololatrias, per *Templum* Sacerdotes.

24. Per Antonomasiam *Fluvius* vel *Flumen* accipitur pro Euphrate absque addito.

25. Per Antiphrasin subindè *benedicere* pro maledicere. Job 1. v. 11. & c. 2. v. 5. & 9. Item 2. Reg. 21. v. 13. Sic *Sanctificari* pro pollui Deut. 22. v. 9.

26. Per Ironiam ut Gen. 3. v. 22. *Ecce Adam, quasi unus ex nobis factus est, sciens bo-*

*bonum & malum. Eccles. 11. v. 9. Latere ergo juvenis in adolescentia tua.*

27. Per Catachresin ut Matt. 9. v. 31. *Cæci curati diffamaverunt Jesum in tota terra illa, id est famam ejus magna laude celebrarunt. Sic generari ponitur pro mutare Deut. 15. v. 6.*

28. Per Hyperbolem Gen. 41. v. 49. *frumentum cœquatur arenæ maris. Joan. ult. v. ult. mundus, negatur capere posse libros.*

29. Metaphora omnium est frequentissima, *Lupi, serpentes, dracones, leones* Isaij 11. v. 6. *sunt barbaræ & feroces gentes. Calix* fors est cujusque seu bona, seu mala. *Ignis, turbo, tempestas, grando, procella, est quodvis tormentum, clades, vel strages. Cornu* est potentia &c. Subindè ab una Metaphora immediatè transeunt ad aliam. Sic Zach. 3. v. 8. & 9. *Christus nunc Oriens, nunc Lapis* vocatur. Vel à metaphora seu alia figura transeunt ad rem significatam. Sic ab excidio *Babylonis, Jerusalem, vel Samaria* sæpè transitur ad excidium orbis. Sic à *meretrice* ad Urbem Niniven transit Nahum c. 3. v. 4. & sequent. ab *erucis, locustis & bruchis* terram destruentibus ad milites eam devastaturos. Joel. 2. 2. & 3.

30. Nomen figuræ subindè tribuitur rei figuratæ, & nomina Parentum sæpè sumuntur pro filiis & posteris. Sic Christus vocatur *David. Ezech. 34. v. 23. & Osee 3. v. 5. Sic Is-*

raelitarum passim vocantur *Israël*, *Idumæi*, *Ephraim*. Sic ob morum similitudinem sæpe accipiunt nomina eorum, ut Dan. 13. v. 57. Isai. 1. v. 10. Ezech. 16. v. 45. Israelitarum impij vocantur *Chanaanai*, *semen Chanaan*, *Amorrhæi*, *Sodomitæ*, *Gomorrhæi*, *Samsen* quivis fortis. *Daniel* quivis sapiens. *Salomon*, quivis opulentus, & sic de cæteris.

31. Urbes, quasi mulieres essent, passim ab Hebræis vocantur *Filiae* & quidem *meretrices*, si notam Idololatricæ incurrerunt, alias *Virgines* v. g. *Virgo filia Sion*. 4. Reg. 19. v. 21. pro Ierosolyma. Et hoc idè, vel quia tanquam Sponsæ à Deo amarentur, vel quia nunquam captæ fuerunt (uti etiamnum hodie mos est) vel quia tanquam Sponsæ comptæ & opulentæ erant, & ab hominibus amabantur. Simili modo *filios*, vel *filias* alicujus vocabant, quod ex alio extrahitur, & quasi paritur. Sic sagittas, vocant *filias pharetrae* Thren. 3. v. 14. frumenti grana excussa *filios aræ* Isai. 21. v. 10. Insulam Tyrum *filiam maris*. Isa. 23. v. 10.

32. Hypallegen habes Isa. 1. v. 3. *Cognovistis vos præcepte Domini sui*, id est Dominum præsepis sui, seu dominum alentem se in præsepio. Exod. 3. v. 2. In Hebræo *rubus ardebat in igne*, id est, ignis ardebat in rubo &c.

33. Enallege generis & suppositi utitur *Matias* c. 27. v. 3. 5. & 6. Ubi de eadem re loquens

quens nunc masculino, nunc feminino genere dicitur, masculino subaudiens populum, feminino subaudiens Synagogam, vel vineam. Sic t. 3. v. 12. *Et mulieres* id est effeminati principes, *dominatae sunt eis.* Enallege Persona, ubi à prima, vel secunda transitur ad tertiam. Item temporis, ubi präteritum ponitur pro futuro, & è contra. Habac. 3. 6. 7. 9. & 11. Item Numeri, ubi à singulari transitur ad pluralem, & è contra. Ut Deut. 32. v. 33. Rursum modi Imperativi pro futuro Indicativi maximè in promissionibus v. g. Eccles. ult. v. 36. *Possidete aurum* pro possidebitis. Et hoc ob certitudinem. Denique Enallege verbi vel participij pro adverbio. *Conversor, reversor, addo, adjesio* pro adverbijis *rursus, iterum, ultra.* ut Psal. 77. v. 41. *Conversi sunt, et tentaverunt Deum.* Id est, iterum tentaverunt. Eadem figurà sæpè sensum unum, vel sensus actum cum alio sensu commutant. Et imprimis visum omnium præstantissimum, pro quovis sensu accipiunt. Ut *videre voces*, pro audite. Exod. 29. v. 18.

34. Sæpius per Heterosia utuntur abstractis pro concretis, v. g. *circumcisione* pro circumciso, id est Judæo, *præputio*, pro præputiatio, id est, Gentili. Et quidem abstracta hæc pro concretis sic posita subinde nunc active, nunc passive sumuntur. Sic 1. Cor. 1. v. 30. ubi Christus dicitur *factus nobis iustitia.*

35. Idem verbum geminatum semel in gerundio, vel participio, semel in alio tempore positum, plerumque emphasim significat. Sic I. Reg. 26. v. 25. *Faciens facies.* id est expedite, facile.

36. Idem substantivum geminatum, sed semel in genitivo plurali positum excellentiam in eo genere significat, & superlativum, quo Hebraei carent, ut *Sancta Sanctorum*, id est Sanctissima. Cantica Canticorum, id est excellentissimum Canticum.

37. Eadem vox substantiva in eodem casu geminata, sive interposita sit particula copulativa, sive non, multitudinem, seu universitatem significat. Psal. 86. v. 5. *Homo, & homo natus est in ea*, id est multi homines nati sunt in ea: scilicet Ecclesia. Psal. 144. v. 4. *Generatio & generatio laudabit opera tua:* id est multae, & omnes generationes.

38. Nonnunquam utuntur Symbolis, & aenigmatibus. Plurima habentur Eccles. ult. quae mortem representant. In Jeremia habetur *ira columbae, gladius columbae*, quae designant iram & gladium Chaldaeorum, in quorum labaro erat columba argentea pennis inauratis, Semiramidem representans. Ita Dan. 7. per 4. *bestias* representantur 4. Monarchiae. c. 8. per *hircum & artemem* Alexander Magnus, & Darius.

39. Subinde verbis non actum, sed agendi debitum officium designant. ut ad Hebr. 13.

v. 17. *Ipsi enim pervigilant*, id est ex officio pervigilare debent.

40. Verba realia subindè accipiunt pro mentalibus, & è contrà. Sic primi est exemplum Levit. 13. v. 6. 11. 20. 27. & 30. dicitur, quòd Sacerdos leprosum *mundabit*, vel *contaminabit*, id est mundatum, vel contaminatum declarabit.

Quæritur pro fine, quomodo ergo inter tot, tantasque figuras & tropos ac expositiones verus intellectus S. Scripturæ haberi possit? Respondetur observando regulas sequentes.

### *Regula pro percipiendo vero & genuino S. Scriptura sensu.*

1. Quodcumque verba Scripturæ sine aliquo incommodo possunt propriè, ut sonant & jacent, accipi, ita accipienda sunt, nèque ad metaphoras, aut alios tropos, aut sensus improprios inflectenda, nisi quando ex iisdem propriè acceptis absurdus aliquis sensus eliceretur, ita S. Augustinus.

2. Si aliquis locus subindè obscurior occurrat, sed alibi per verba clariora non raro proponantur, ad hæc recurrendum, ut prior elucidetur.

3. Ex Scopo, & intentione scribentis sæpè colligitur mens, & sensus verborum illius. v. g. quorsum, quibus, contra quos, ex cuius persona scribat.

4. Ex traditione, vel interpretatione S. Ecclesiæ, & Decretis Conciliorum, vel Summorum Pontificum, ex consensu SS. Patrum, & horum vel multorum, vel paucorum, sanctitate & eruditione, ex unanimi conspiratione Doctorum, & Interpretum, sæpè constare potest de vero, & literali sensu S. Scripturæ.

5. Conferre antecedentia, & consequentia cum loco, cujus sensus est dubius, plurimum juvat ad eundem elucidandum: & si quidem omnia rectè conveniunt, & congruunt, sensum habebis litteralem, & genuinum. Quod si omnia cum pluribus sensibus rectè conveniunt, plures erunt loci illius sensus litterales, & vel omnes æquè immediate intenti à Spiritu Sancto; vel unus primariò, & alij secundariò, seu mediante priore sensu, cujus quodammodo sunt appendices.

Ex his ergo manifestè patet conclusionis veritas; Quod si hæc omnia adhuc Sectarium non convincunt, probandus erit in particulari, qualisnam interpres sit.



QUÆ.



## Q U Æ S T I O XIV.

*An conveniat, quemlibet indifferenter  
legere S. Scripturam, & quidem in Idiomatico  
vulgari, & quid sentiendum de Officijs  
divinis in Lingua ver-  
nacula.*

**S**acram Scripturam lingua vernaculâ legere esse præceptum divinum, neminem esse credo, qui hoc sibi persuadere velit ac possit; cum plurimi sint, qui nec legere sciant; deinde quot anni non effluxere, ante quam ex Hebraica, Græca, & Latina in alias vernaculas linguas translata fuerit? quomodo tunc satisfacere potuissent, qui linguas dictas non sciverunt? Sacram autem Scripturam in idioma Hebraico, Græco, vel Latino liberum est legere cujque cum debito semper respectu & obedientia erga Ecclesiam. In vernacula lingua secundum consuetudinem locorum, vel de licentia expressa Episcopi, Inquisitoris, Parochi vel Confessarij, prout legentibus viderint expedire prodesse talem Lectionem. Ex quo patet falsitas Sectariorum; dum Catholicos taxant prohibitam esse lectionem Bibliarum Laicis absolutè. Quo prænotato

Dico non convenire, ut passim ab omnibus S. Scriptura legatur, maximè juvenibus, simplicibus, & feminis: hi etenim facilius ob-

H s

eorum

eorum ignorantiam, & obscuritatem Scripturæ in errorem duci possunt, quàm infide confirmari, uti experientia comprobatum fuit, multos ex ijs ex lectione illa, maxime certarum materiarum passos fuisse potius ruinam spiritualem, quàm acquisivisse emolumentum quoddam: unde & ipsimet Hebræi testibus SS. Nar. Apol. 1. & Hieron. epist. ad Eustoch. Virg. de commentarij in Ezechiel. dedicatione, juvenes ante trigesimum annum à lectione Canticorum, & quarundam. allarum Scripturæ partium arcuerunt; ne cortici forsan nimium inhaerentes, damnosior, quàm fructuosior illis posset esse Lectio illa. Et ideo etiã cit. S. Doctor Hieron. ad Latam de institutione filia: hæc scribit. *Ad ultimum sine periculo discas Canticum Canticorum, ne si in exordio legerit sub carnalibus verbis spiritualium nuptiarum Epithalamium, non intelligens, vulneretur.* Præclare idem Sanctus Dial. contra Lucifer: in fine: *Non sibi blandiantur, si de scripturarum Capitulis videntur sibi affirmare, quod dicunt, cum & diabolus de Scriptura aliquas sit locutus, & Scriptura non in legendo consistat, sed in intelligendo. Omnis Scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia.* Scribit D. Paulus 2. ad Timoth. 3. v. 16. An hoc bene conveniat juvenibus, idiotis, & feminis? certe nostris Catholicis non.: Timerem enim ne forte

forte ijs contingeret, quod contigisse legi cui-  
dam primariæ famina Calvinianæ, quæ dum  
S. Scripturam legeret, & offenderet in Tex-  
tum illum Sapientis: *Melior est iniquitas vi-  
ri, quàm mulier beneficiens, & se ejus am-  
bagibus expedire nesciens, exclamavit: hoc  
non esse verbum Dei, sed dæboli, & locum  
cultro defixo transfixit.*

Si tamen Novatores citata verba Apo-  
stoli adhuc convenire suis prætendant, audi-  
ant etiam quàm appositè ipsis applicari possint  
verba jam sæpius adducti S. Hieronymi ad Pau-  
lini scribentis: *Quod medicorum est, promit-  
tunt medici: tractant febrilia fabri. So-  
la Scripturarum ars est, quam sibi passim  
omnes vendicant - - - Hanc garrula anus,  
hanc delirus senex, hanc sophista verbosus,  
hanc universi præsumunt, læcerant, docent,  
antequam discant.*

Pari reprehensione dignum censuit S. Ba-  
siliius cocum illum Imperatoris Valentis, co-  
ram quo dum S. ille Doctor fidem Catho-  
licam defendebat, hic autem Textus quos-  
dam ex Scriptura in medium proferens audire  
debuît justam reprehensionem à citato S. Bas-  
ilio. *Officium tuum est præparare pulmentum,  
& non exponere Scripturam.* Theod. lib. 4.  
Histor. c. 17. Quod dictum applicent sibi  
opifices, ceterique idiotæ, & simplices femi-  
næ, penesque suas artes & officia se contine-  
ant,

ant, lectionemque illam relinquant, quibus incumbit, & convenit. *Labis enim Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirunt ex ore ejus.* Malachiae 2. v. 7.

Ipsimet adversarij si veritatem fateri velent, asserere haud dabiè deberent, majora inconvenientia exurgere ex indifferenti illa Scripturae Lectione, maxime juvenum & puel- larum, quam utilitates. Nonne in quibusdam locis maxime in Batavia reos de nefando crimine ultimo supplicio afficiendos, eos non publicè, & cum externo strepitu plectunt, ut cum alijs morte dignis ad aliorum terrorem & exemplum fieri solet, & hoc idèd (ut dicunt) ne juventuti occasio scàndali, aut curiosioris hujus criminis indagationis & inquisitionis detur, quam rationem ratam & firmam tenent non obstante in alijs locis usu & praxi contra- ria. Nunc dicant mihi quæso, si hæ eadem rationes non currant in lectione illarum rerum in S. Scriptura, juventute ex naturali inclina- tione ad curiositatem summè proclivi, & qui- dem fortius; cum scripta maneant, verba vo- lent? Ipsi discursus, quos in popinis, & fami- liaribus colloquijs quandoque cient, declarant, quem fructum ex lectione illa perceperint, &c.

Et ne longius evager, breviter quaedam pro stabilienda conclusione nostra adhuc præ- ter jam dicta, proponenda sunt; damna scili- cet gravissima, quæ toti Ecclesiae ex licentio-  
sa

sa illa Scripturæ Lectione à Sectarijs sub falsis confectis prætextibus suis concessa, obortas fuerunt, enim ex hac indifferenti lectione unitas fidei & animorum sublata fuit, quò in Ecclesiam nihil pestilentius utique irrepere potuit; cum quilibet juxta sensum suum S. Scripturam exposuerit. 2. Sublata fuit & debita obedientia & reverentia erga Ecclesiam; cum sensum & explicationem ejusdem circa Scripturam lectores illi vilipendere cœperint, propriumque sensum eidem præferre præsumpserint; quibus tamen ut ovibus conveniebat audire, & obedire, & non docere. 3. Ex lectione illa aliud non resultabat, quam videre in Ecclesia innumera Schismata, & hoc & inter proprios ipsorum Ministros; cum vix non unusquisque suum arbitratum sequeretur relicto verò à Spiritu S. intento sensu S. Scripturæ. Quæ licet omnia verissima sint, non tamen desunt contra SS. Prælatos & Ecclesiam indifferentem illam Lectionem prohibentes mirè insultare & invehere, rudemque populum sub specie pietatis ac necessitatis decipere. Unde

*Examinantur argumenta adversariorum.*

Arguunt 1. Scriptura est clavis scientiæ, & cibus animarum fidelium, ergo Tyrannicum imperium sapit, eum Christianis mediante illa Prælatorum Catholicorum prohibitionem tollerere

lere. Respondeo nos minimè omnibus & singulis cibum illum, seu lectionem Scripturae tollere, uti jam vidimus, sed certis quibusdam tantum personis, qui clavi & cibo illo uti nesciunt, & ideo distribuendus per ora Pastorum, & Doctorum, qui prudentes illi sunt dispensatores; quos constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore. Matt. 24. v. 45. Et tales plures fuisse, qui cibo illo & clavi uti nescire, vel abusi fuerent, res probatione haud eget; cum proh. dolor! Sole clariùs id manifestent tot schismata, & haereses in Ecclesia natae, quae quasi omnes originem suam ex cibo illo seu Scriptura male digesta & non intellecta habuerunt.

Nec nos, uti hallucinantur, Solis Praelatis & Ecclesiasticis Personis interpretandi Spiritum Dei attribuimus, quin & quandoque is idiotis, humilibus & parvulis altissima illa sua mysteria revelare valeat, & revellet; quia autem hoc non ita frequens & certum est, qualis est promissio illa generalis, quam Christus Ecclesiae suae dedit, se eidem semper praesentem fore gratiam suam & assistentiam dando Doctores, meritò eos alijs simplicibus praefereamus. Ad quid ergo ipsi suos Dominos (ut vocant) aut Superintendentes, Ministros, & Theologos non pares faciunt cum pueris suis, aut puellis & ancillis, quibus promiscuam illam concedunt Scripturae lectionem, cum & hi & haec humili corde eam legere possint?

Ar-

Arguunt 2. Signum arrogantia, & honoris libidinis est, ut famelicus populus non nisi ab ore Doctorum pendere debeat. Respondeo, id non ex arrogantia, aut honoris libidine fieri, sed ob Utilitatem populi Christiani, ne scilicet ex lectione illa damnum anime incurrat. Et qui in hoc contradicit, contradicit ipsimet Magistro Christo talem ordinem constituenti, ut in Ecclesia sua sint Pastores & Doctores, qui populum famelicum pascere, regere & docere. Ephes. 4. v. 11. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem in opus ministerij.* Et Jerem. 3. v. 15. *Et dabo vobis Pastores, juxta cor meum, & pascant vos scientiam & doctrinam.* Nonne igne consumpti sunt caelesti Dathan & Abiron, quando contra Moysem clamaverunt Num. 16. v. 3. *Quia omnis multitudo Sanctorum est, & in ipsis est Dominus.*

Hussius Hæresiarcha in prologo Bibliæ suæ Bohemicæ promiscuæ illius Lectionis prohibitionem adscribit pigritiæ & commodis Ecclesiasticorum, ut eò commodius stertere valeant: cum sæpius contingere posset, ut simplices fœminæ vel opifices S. Scripturæ difficultates Personis illis proponerent; ij autem ob inscitiam & ignorantiam suam respondere nesciant, ad evitandas ergo similes confusiones  
visum

visum est ipsis, consulto prohibitionem illam in Ecclesiam invehere. Sic homines illi effutunt, quidquid in vilipensionem Ecclesiasticorum cadere potest, dum salubrem illam prohibitionem indifferentis Lectionis Bibliorum nunc arrogantiae, nunc commoditati & pigritiae adscribunt. Esto quod forsan in particulari casu simile quid acciderit, vel accideri poterit; non tamen exinde generalis deducenda est conclusio. Interim tamen non advertit, quomodo se ipsum jugulet; siquidem ex his suis dictis convincatur, ad intelligentiam S. Scripturae debere recurri ad Doctores, & dum illis studium hoc proprium est, non ita convenire, ut quaelibet femina, puer, aut rudis opifex Biblia S. lectitet, prout ipse cum suis ijs lectionem illam permittit, ac ad eam exhortatur. Paulus Doctor Gentium licet vocatus ab ipso Christo: tamen ne in vacuum forte curreret, aut cucurrisset, Evangelium cum primoribus Ecclesiae conferre voluit. Gal. 2. v. 2. Quod si deinde ex Ecclesiasticis quidam sint, qui Sacrae huic lectioni parum, vel nihil incumbant, ut etiam obvijs quibusdam dubijs respondere nesciant, viderint ipsi; certe iudicium Dei non effugient; cum Theologus vel Ecclesiasticus vocari non debeat, qui Sacrae hujus scientiae amator & Studiosus non est. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Osee 4. v. 6. Non ideo postmodum pari plectendi sunt censurâ



cenſurâ omnes : cùm Bibliothecæ plene ſint operibus, & laboribus SS. Patrum, & Doctorum tam veterum, quàm recentiorum, quorum unica totius vitæ fuit applicatio, & ſtudium circa Sacram Scripturam.

Arguunt 3. Denegare Lectionem S. Scripturæ eſt eam infamare quaſi materiam falſi contineret, vel etiam ſuſpicari populum fidelem quaſi ad hæreſes propenſum. Reſpondeo ad primum: Non idè Eccleſiam Lectionem illam promiſcuam prohibere, quaſi S. Scriptura erronea & falſa contineret (quòd Deus avertat cogitare) ſed quia ignorantibus & ſimplicibus occaſionem errandi præſtare poteſt. *Littera enim occiſit.* 2. Cor. 3. v. 6. Ad ſecundum: Nec idè Eccleſiam ad illam moveri prohibitionem, quaſi populum ſuum ad hæreſim pronum eſſe iudicet, ſed quia cum D. Petro in ſua 2. epiſt. c. 3. v. 16. ſcit: in Sacra Scriptura eſſe quadam difficilia, qua indocti & inſtabiles depravant ad ſuam ipſorum perditionem, idè ne tale periculum incurrant ſui, meritò lectionem illam reſtringit.

At inſtabis. Tranſeat, aliquos tales indoctos & inſtabiles depravatores eſſe, non idè ſubito omnes hac lege ſtringendi ſunt; ut quòd quidam incauti vel inexperti navarchi naufragiorum ſuarum navium cauſæ ſint, utique irrationabiliter faceret Imperator Turcarum obcaſum quorundam generalem deinde navigationis prohibitionem introducendo: ita à pari.

I

Hanc

Hanc instantiam Medicus quidam Hebraeus in familiari mecum discursu fecit. Ad quam respondendo adverti, eum malo supposito laborasse, lectionem Bibliorum omnibus omninò Sæcularibus prohibitam, & non nisi Ecclesiasticis Personis concessam esse, vel Sæcularibus non nisi paucissimis. Imperator itaque Turcarum utique irrationabiliter ageret, si absolute ob casum aliquorum omnibus & singulis navigationem prohiberet, rationabiliter autem, si ab ea cohiberet inexpertos, ita etiam Ecclesiae Prælati, cum non omnes à lectione coerceant, sed solos, quos inexpertos vel incautos judicant, nulla reprehensione imò laude digni censeri debent.

Hæc sunt itaque potiora eorum argumenta, quibus salubrem, imò necessariam illam prohibitionem impugnant, ac sub pietatis & necessitatis fucò rudem lactant, & decipiunt populum spargendo, quasi penitus sibi interdiceretur S. Scripturæ lectio in vernacula lingua, & maxime Italica; sic enim habent in eorum Biblijs Italicis; quod tamen falsum est; cum passim etiam à juvenibus legantur S. Evangelia & Epistolæ in dicto Idiomate Italico. Quòd si deinde de quorundam Bibliorum Italicorum combustione conqueruntur, id factum fuit ob eorum corruptam & erroneam versionem.

Nec ob prohibitionem istam sufficienti vel necessaria privantur scientiâ Sanctorum horum

rum librorum simplices fideles, cum eos continuo in Concionibus proponere & prædicare audiant, & in Cathecismis ac sæpius privatis colloquijs tractari experiantur. Et sicut apud ipsos, qui legere nesciunt sine remorsu conscientiæ contenti esse debent prædicatione suorum Superintendentium, sufficienterque edocti creduntur, ac juxta eos boni Christiani esse possunt sine Bibliorum Lectione, cum hoc denegandum sit nostris, non video.

Ad id, quod in memoratis eorum Italianis Biblijs inserunt, quasi prohibitio illa facta fuisset, ne à simplici populo errores nostri, ac hucusque exercitiæ deceptiones detegerentur; calumnia & blasphemia est enormis, & refutatione non indiget; cum hucusque in jam propositis Quæstionibus vidimus, & ulterius Deo dante videbimus: an S. Ecclesia Catholica doctrinâ suâ populum decipiat, erroresque seminet, dum semina sua ex ipso Dei verbo excipit.

Minus probarè possunt; licet probarè prætendant in dicto prologo ad Italiæ Principes, necessariam esse illam promiscuam lectionem; imò præceptam ex Deut. 17. c. v. 19: Sed quàm ineptè, cuilibet legenti dictum capitulum patet, dum soli Regi ibi præcipitur, ut Deuteronomium semper secum habeat, *legè:que illud omnibus aëbus visa sua.* Vel quòd Christus Joan. 5. v. 39. dixerit Judæis: *Scrutamini scripturas.* idè ex ab omnibus

legendæ: *Ly Scrutamini* itaque dupliciter potest accipi, prout est Indicativi modi, vel ut est Imperativi, & si talis est, debet intelligi in sensu accommodato, ut scilicet scrutentur Scripturas ij, ad quos spectat; cum autem hoc ad omnes non spectet, uti hucusque probavimus, ideo nullum exinde generale præceptum deduci potest. Imò bene observandum est, ad quosnam sermonem direxerit Christus, nempe ad eos, qui quærebant eum interficere, sed hi erant Summi Sacerdotes, Scribæ, Pharisei, & Legis doctores, quorum est nosse Scripturam: & sic Passus ille potius est pro nobis, quàm contra nos. Aliam ejusdem Textus explicationem vide *Quæst. XVI. Objectionem primam.* Quò ad alteram *Quæstionis partem*

Dico, consuetudinem officiorum divinorum in lingua vulgari, qua in conventibus suis Novatores ea peragere solent, non ita extollendam esse, prout eam extollunt; quin justâ reprehensione & censuris digna sit. Et quidem 1. quia hoc modo populus à propria devotione abstrahitur, dum cum alijs cantillare debet, & quidem id, quod ministro placet, & non permittitur, ut privatas quasdam suas devotiones persolvat. 2. Sæpius etiam ipsos Psalmos, quos cantant, nec intelligunt, & dum intelligere volunt, sibi potius juxta propriam capacitatem, vel cerebrum sensum quen-

quendam confinguat. 3. Modus iste sine legitima auctoritate introductus est, scripturaque non modice corrupta, dum Pseudo pastores illi Psalmos ob versiones & inflexiones non ita in suo vero sensu reliquerunt.

Cæteroquin usus Ecclesiastici cantus est antiquissimus jam à principio nascentis Ecclesie fundatus in verbis Apostoli ad Coloss. 3. v. 16. *Commoventes vosmetipsos psalmis, hymnis & canticis spiritualibus in gratia cantantes in cordibus vestris.* Mos autem alternatim cantandi introductus fuit à S. Ignatio Martyre in Ecclesia Orientali ob quandam Visionem habitam à viro illo, quem morem postmodum universalis amplexa est Ecclesia, & hucusque conservavit, ac eidem successivè pro majori cultu divino, & populi devotione suaves, variæque vocum modulationes, ac instrumentorum sonos addidit: verum his successerunt quedam corruptelæ, & quidem jam tempore D. Hieronymi, de quibus in c. 5. ad Ephes. scribit. *Ut in Ecclesia theatrales modulæ audiantur, & cantica.* Contrà quem abusum Summi Pontifices non defuerunt officia sua interponere & leges statuere, quæ utinam etiamnum in quibusdam locis observarentur. Quam male autem Neoterici Sectarij in Catholicorum Psalmodiam invehant, ut dum Ecclesie Cantores, non verentur, vocare *Sacerdotes Baal*, & *boatores*, quasi verò Psalmista Psal. 32. v. 3. ad elationem vocis suos non exhor-

tatus fuisset? *Bene psallite ei in vociferatione.* Et Græca *geminatum clamorem* vertit. Et patet etiam ex tot SS. PP. qui eam summis laudibus celebrant, ac Summo eorum Spirituali profectu exercuerunt, simul & populum ad devotionem hac excitârunt. Solus pro nunc sufficiat S. Aug. qui lib. 9. Confess. c. 6. *Facetur, flevi in hymnis & canticis suavè sonantis Ecclesiæ vocibus acriter commotus.* Et quis cordis tam duri, qui non commoveretur? Rem mirabilem ad nostrum propositum narrat Buterus in suis relationibus universalibus Italis part. 3. lib. 2. quæ circa quendam Turcam, filium cuiusdam Pasciæ contigit. Hic dum Mediolanè à S. Carolo Borromæo baptizaretur, & interrogaretur, quale motivum habuerit Alcoranum abjurandi, & Catholicam fidem profitendi; respondit, se die quadam perambulando Epidaurum (vulgò Ragusa) transisse. Monasterium quoddam Ordinis S. Benedicti, ubi cum in Ecclesia illius tam suavem sonum organi, ac gravem & devotum Religiosorum cantum audisset, se internè ita à Deo tactum fuisse, ut sibi firmiter persuaderet: *impossibile esse, Religionem illam falsam esse posse, quæ tam suaviter, graviter & devotè laudat Deum suum.* Hæc ille Neophytus.

Lustratur fundamentale argumentum adversariorum. I. ad Corinth. 14. v. 14. dicit Apostolus: *Nam si orem (scilicet publice)*  
*lingua,*

*Lingua*, subaudi peregrina, *Spiritus meus orat*, id est, ego quidem oro, & fructu orationis animus meus non privatur, sed *meus, mea sine fructu est*, id est, intentio & finis, qui præcipue in talibus publicis orationibus vel exhortationibus intenditur, ut nempe populus instruat, moneatur, ac ad devotionem excitetur, non subsequitur orationem; cum populus orationem peregrinam non intelligat, ut si quis Græcè v. g. rudi populo, predicaret, vel cantaret: ergo etiam sine fructu cantantur Psalmi lingua Latinâ, vel alia munia Ecclesiastica apud nos fiunt. Respondeo negando consequentiam. Quia cantus ille non fuit institutus primario ad docendam & instruendam plebem, sed ad majorem Dei cultum promovendum, quod æquè fieri potest juxta eundem Apostolum: *Qui enim lingua loquitur, non hominibus loquitur sed Deo.* v. 2. & forsitan etiam melius & decentius lingua Sacra, quam profanâ, & utiliùs lingua quasi toti orbi notâ, quam alienâ quadam lingua non nisi paucis Provinciis notâ; Et sic *meus* seu intentio Ecclesiæ in talibus non est sine fructu; cum linguam latinam plurimi jam intelligant, imò & multæ mulierculæ, & sic licet Psalmi in ea lingua cantentur, non potest dici absolute id fieri lingua peregrinâ: maxime etiam; cum ea quæ in Ecclesia fiunt passim explicata, & translata in libellis habentur, è quibus populus præ-

ter aliam instructionem depromere potest, & depromit necessariam interpretationem. Sensus erat tempore D. Pauli; cum preces publicæ, quæ tum fiebant, fierent simul etiam ad populi instructionem; attamen fortè etiam à quibusdam gloriose studiosis peregrinâ & ignotâ linguâ fiebant, ex quo facto populus utique nullum fructum haurire poterat, nisi forsitan quandam admirationem, quæ oratio meritò ab Apostolo reprobatur. Nec istemodus noster psallendi caret sua antiquitate, & approbatione SS. PP. nam in Conc. Laodicensi celebrato anno 364. sub Liberio Papa in c. 59. expressè habetur: *Non operiet ab idiotis Psalmos compositos, & vulgares dici.*

## Q U Æ S T I O XV.

### *Quinam Libri Canonici, & quæ Scriptura authentica.*

**Q**Uod olim SS. Doctores Hieronymus & Augustinus de Hæreticis suis temporibus scripsere, optimè & nostris convenire videmus. Scribit enim S. Hieronymus in præmio comment: in epist. ad Titum. *Omnia hæreticorum iste mos est, quidquid contrarium suo dogmati videtur, vel eradere, vel etiam integra eradere.* Et S. Aug. lib. de bono persev. *Scripturas sic accipiunt, ut suo quo.*



quodam privilegio, imò Sacrilegio, quod volunt, suvant, quod nolunt, rejiciant. Varios itaque Novatores nostri, quos antiqua Ecclesia pro Canonicis libris tenebat, & etiamnum tenet, rejiciunt, ut Tobiae, Judith, Esther, Sapientiae, Ecclesiastici, Machabæorum, & Susannæ historias. Ex novo Testamento Epistolas D. Pauli ad Hebræos, D. Jacobi, Judæ, & Apocalypsin. Contra quos Dico, Libros Canonicos esse sequentes. Veteris Testamenti sunt 45. Libri scilicet Moysis. Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, & Deuteronomium. Liber Josue, Liber Judicum, Liber Ruth, 4. Libri Regum, 2. Paralipomenon, Esdræ primus & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Esther, Job, Psalterium Davidicum 150. Psalmorum, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Jeremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ Minores, Osea, Joël, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Agæus, Zacharias, Malachias, Machabæorum primus & secundus. Testamenti novi Libri sunt 27. Quatuor Evangelia, Acta Apostolorum, quatuordecim Epistolæ D. Pauli, nempe una ad Romanos, duæ ad Corinthios, una ad Galatas, una ad Ephesios, una ad Philippenses, una ad Colossenses, duæ ad Theffalonicenses, duæ ad Timotheum, una ad Titum, una ad Philemonem, una ad Hebræos. S. Petri duæ. S.

Joannis Apostoli tres, S. Jacobi Apostoli una, S. Judæ Apostoli una, Apocalypsis. In omnibus itaque sunt 27. Libri.

Calvinus lib. 4. Instit. c. 9. n. 14. circa finem hæc scribit. *Allegant (subaudi nostros) veterem Catalogum, qui Canon vocatur, quem dicunt ex Ecclesia dijudicatione mansisse. Sed rogo iterum, quo in Concilio Canon ille editus fuerit. Hic obmutescant, oportet. Si hoc intelligit de Canonibus Apostolicis, verum est, eos nos non nisi ex traditione D. Clementis, aliisque successivè SS. PP. habere, & latere, ubi & in quonam Concilio ab Apostolis conditi fuerint, Ergone immediatè falsi? In quonam Concilio quæso Apostoli ediderunt Symbolum fidei? De Canonibus autem illis Apostolicis non omnes æquè conveniunt; cum quidam eos absolutè, ut apocryphos rejecerunt: Alij admiserunt sexaginta ut S. Zephyrinus Papa ad Episcopos Siciliae scribens. Alij quinquaginta ut Leo IX. Papa contra epistolam Niceti Abbatis. Alij octoginta quinque, ut sexta Synodus, ex quibus tamen alij duos pro suspectis habent: scilicet Canonem 65. de jejuniis die Sabbati non permittendo, & ultimum de Libris Canonicis S. Scripturae, in quo varij tam veteris, quam novi Testamenti libri omittuntur, qui pro Canonicis ab Ecclesia tenentur, & alij quidam inseruntur, qui pro apocryphis agnoscuntur. His tamen non obstantibus controversijs.*

Pro-

Probatur Conclusio ex Concilio Carthaginensi III. celebrato sub S. Siricio Papa Anno circiter Domini 397. can. 47. *Placuit, ut præter Scripturas Canonicas nihil in Ecclesia legatur sub nomine divinorum Scripturarum; sunt autem Canonica Scriptura; Genesis, Exodus, Leviticus &c.* ut supra. Eundem clementum approbârunt & alia Concilia, uti Concilium Romanum I. anno 494. celebratum sub Gelasio Papa I. Et novissimè Tridentinum Sess. 4.

Probatur 2. ex S. August. Tom. 3. lib. 2. de Doctrina Christiana c. 3. qui dicto Concilio Carthaginensi interfuit, & subscripsit. Ex S. Innocentio I. Papa circa annum 402. epistola 3. ad Exuperium &c.

Probatur 3. ratione. Non est potior ratio in non recipiendis Scripturæ libris, tanquam apocryphis ab Ecclesia ita declaratis, quam in acceptandis ejusdem tanquam legitimis & verè Canonicis ex ejusdem declaratione, sed tales varios alio modo non habemus, quàm ex declaratione Ecclesiæ, uti superius jam vidimus Quæst. XII. in 3. probatione Conclusionis, & immediatè etiam infratagemus, ergo &c.

Authentica autem Scriptura Latina est vetus vulgata Editio S. Hieronymi, quæ communi consensu ab Ecclesia Latina pro tali per tota sæcula semper agnita fuit, & novissimè à

Con-

Concilio Tridentino Sess. 4. Et hoc quò ad utrumque Testamentum. Licet adversarij nostri reclament, & maximè Erasmus, probare conantes, versionem illam haud convenire Græcæ Editioni, imò innumeros continere solœcismos, plura loca obscura, depravata, redundantia, deficientia, immutata, ac perperam inversa. Attamen his non obstantibus latratibus cum Concilio prædicto tenenda est vulgata illa Editio pro authentica; cum solœcismi illi verè solœcismi non sint, quin per troppos defendi possint, & maximè adhibita declaratione proprietatum linguæ Hebraicæ & Græcæ superius Quæst. XIII. data. Nec errores, qui sunt, Interpreti, sed incuriæ Typographorum adscribendi sunt, ut dum 2. Reg. 21. v. 8. pro *Merob* ponitur *Michal*. 3. Reg. 7. v. 14. pro Tribu *Dan* ponitur *Nephtali*. 2. Paral. 20. v. 1. *Amonitis* pro *Idumais*. & his similia, quæ cum facillè corrigi possunt, nihilque contrarium bonis moribus, ac fidei dogmatibus & veritati Historiarum continent, idèò meritò non tanti sunt æstimandi. Nec ea, quæ juxtà eos omissa, vel addita &c. respectu Codicis Græci dicuntur, talia reverà & absolutè sunt, cum & ipsi Codices Græci inter se variant, & plus esse fidendum Latinis Codicibus, quàm Græcis incorrèctis idèò scriptum reliquit S. ille Doctor. Et dato etiam aliquos errores in dicta vulgata Editione esse; quia autem non nisi leves, & nullius consequen-

quentiæ sunt, meritò dissimulari possunt, & à SS. Patribus & Doctoribus exemplo Apostolorum ita dissimulari fuerunt, qui haud dubiè in Editione Græca plura errata agnoverunt, & tamen eam nec rejecerunt, imò eâ usi fuerunt, & nos quoque inferius videbimus, Editionem illam æquè suos habere naves, & hoc forsàn etiam ob frequentiorè ab Ecclesia Latina deflexionem. Stet itaque firma conclusio pro Editione vulgata, qua S. Romana Ecclesia utitur, & curriculo tot sæculorum usa fuit. Pulchrè ad rem quadrat, quod Zozomus lib. 1. c. 11. de Sanctissimo, & miraculis claro in Insula Cypro Episcopo Spiridione refert. Hic dum in Concilio Nicæno I. eloquentissimum sui temporis & doctissimum Triphilium ejusdem Insulæ Episcopum perorantem, & Textum antiquum Marc. 2. v. 9. *Tolle grabatum tuum*: translatum in *humilem lectum* citantem audiret, zelo Dei inductus coram omnibus de hoc eundem corripuit, dicens: *Itne melior es illo, qui dixit grabatum, ut eis verbis uti dedigneris?* Quod meritò Novatores sibi applicare possunt, dum in suis versionibus antiquos quosdam textus non solùm intactos non relinquunt, sed quandoque ita invertunt, ut aliud inde colligi nequeat, quàm vana eorum jaçantia, qua præsumunt, doctiores se esse in peritia linguarum, quàm fuerint antiqui & Sanctissimi Patres & Doctores.

An-

Antequam autem ad fundamenta Sectariorum responderetur, notandum est: duplex esse genus Librorum Canonorum. Primi vocantur Protocanonici, & sunt illi, de quibus in Ecclesia nullum unquam fuit dubium, verum esse Verbum Dei; Secundi vocantur Deuterocanonici, de quibus aliquando inter Caatholicos dubitatum fuit. Quales sunt Baruch, pars posterior Esther, Daniel, Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, Machabæi, qui tam à Lutheranis, quàm Calvinistis repudiantur. Sunt & insuper cap. ult. S. Marci. S. Joannis c. 8. initium de adultera. S. Luc. c. 22. v. 44. de sudore sanguineo Christi. Epist. ad Hebræos. Epist. S. Jacobi, Secunda Petri. Secunda & tertia Joannis, & primæ cap. ult. particula: *Tres sunt in cælo* &c. Epist. S. Judæ & Apocalypsis, quæ saltem Lutherani ut apocrypha rejiciunt.

### *Expediuntur argumenta adversariorum.*

Objiciunt ergo i. Quod hic, vel ille Liber sit Canonicus censendus, hoc habet ab ipso Deo, & non ab Ecclesia. Respondeo cum distinctione, secundum se concedo, secundum nos nego. Verissimum enim est, librum aliquem Canonicum totam suam fidem habere à Deo, utpote qui solus eum dictavit, ut autem talis sit apud nos & pro tali agnoscat, hoc ha-

habemus ab Ecclesia, quæ eos pro talibus nobis proposuit. Et hoc modo, quia pro Canonicis nobis non proposuit alia Evangelia, quam illa quatuor, minimè pro talibus agnoscimus Evangelium S. Barnabæ Apostoli, vel S. Bartholomæi, vel S. Andreæ, aut Nicodemi, eos autem libros, quos tanquam Canonicos nobis proponit, ut tales veneramur. *Ego Evangelio non crederem, nisi ad hoc me auctoritas Ecclesia commoveret.* scribit S. Aug. cont. epist. fundam. Et Erasmus in fine Testamenti novi: de libris utriusque Testamenti: hæc verba habet: *Nam quatuor Evangelia nobis divinitus tradiderunt sancta Catholica & Apostolica Ecclesia.* Scio, Calvino minimè placere hanc Ecclesiæ auctoritatem, dum eam lib. 1. Instit. c. 7. n. 2. hoc modo oppugnat. *Quod autem rogant. Unde persuadebimur à Deo fluxisse (subaudi Scripturam) nisi ad Ecclesiæ decretum confugiamus? Perinde est, ac si quis roget. Unde discemus lucem discernere à tenebris, album à nigro, suavè ab amaro? &c.* Si sic. cur ergo talis discrepantia est inter ipsos in receptione Sacrorum librorum? ut alias omittam rationes? Quare mirum non est, ex antiquis Patribus quosdam pro Canonicis libris non tenuisse Deuterocanonicos; cum necdum universaliter tum temporis ab Ecclesia pro talibus declarati fuerint, quod nunc non currit. An autem major fides dan-

da

da sit duobus Apostatis Luthero & Calvino in expunctione Sacrorum Librorum, quam Universali Ecclesiae in receptione eorum, non video cur, nisi, quia.

Objiciunt 2. Etiam apud Hebraeos varij libri non fuerunt pro Canonicis habiti, ut Tobiae, Judith &c. Sap. Eccles. Machab. prout refert Joseph. lib. 1. contra Apinion. ergo &c. Respondeo 1. Christum Dominum nobis non praecipisse, ut Judaeorum Synagogam consulamus, sed Ecclesiam, quae columna veritatis est, & Spiritu S. non canone regitur Judaeorum: pudeat adversarios, magistros tales sequi. Respondeo 2. Josephum illum non esse authorem tam authenticum: quin varijs mendacijs referta sint ipsius opera. Respondeo 3. Si in debita intelligentia S. Scripturae, ut in mysterio SS. Trinitatis, Deitatis Filij &c. Ecclesiae sensus & autoritas est acceptanda, cur non etiam in agnitione Librorum Canonicorum? Cur Synagoga in declarandis libris Canonicis quae so praefenda est Ecclesiae? Si primis Saeculis Ecclesia vera fuit, veraque docuit, librosque illos ut Canonicos agnovit, cur nunc tales non amplius esse debent? Non ob aliam rationem, quam quia sic placuit Haeresiarchis illis, & ne ex libris Machabaeorum purgatorium fateri cogantur, aut opera bona praeter fidem necessaria esse ex epist. D. Jacobi. aut poenitentiam & carnis mortificationem ex epist. S. Pauli ad Hebraeos. &c.

Ob-



Obijcit 3. Calvinus lib. 3. Instit. c. 5. n. 8. De libris Machabæorum dubium nullum esse, quin Canonici non sint, & citans SS. Hieronymum, & Cyprianum, in hæc verba prorumpit. *Et quid frustra hic contendit? Quas si auctor ipse non satis ostendat, quantum sibi deferendam sit, quæ veniam in fine precatur, si quid minus bene dixerit. Certe qui Scripta sua indigere veniæ fateatur, Spiritus Sancti oracula non esse clamat.* Respondeo 1. Falsum omnino esse omnes 4. Libros Machabæorum inter apocryphos habitos fuisse, prout jam vidimus de duobus, qui pro Canonicis ab Ecclesia recepti fuerunt, imò & non infrequenter ab alijs S. Scripture Canonicis libris res in ijs contentæ citantur. Et in hoc sensu intelligi debet S. Cyprianus; cum 2. Libros in Carthaginensi Concilio approbatos & ipse agnoscat lib. 1. epist. 3. ad Cornelium. Et quæ D. Hieronymus de quibusdam libris tanquam non Canonicis scribit, id non asserit tanquam ex persona propria, sed in tertia, referendo, nimirum quidnam sentiant Hebræi, & quinam sint authores; alias enim, quomodo ut *vi*, tam Sanctus filius Ecclesiæ esse posset, qui in re tam gravi ejus excuteret obedientiam & auctoritatem? Nonne ad Damalium in Symb. & in lib. Mach. scribit. *Novum & vetus Testamentum recipimus in illorum librorum numero, quem Sancta Ecclesia Catholica tradidit nostris.* Respondeo 2. negando consequentiam,

K

tiam,

tiam, quam Calvinus ex petitione veniæ auctoris deducit, minime veritati esse conformem. Auctor enim probe sciens operi suo errata nulla subesse, aliam veniam non deprecatur, nisi de stylo fortè minus eleganti, minus splendido, terso, & culto, & ut ipse dicit v. 39. c. ult. *minus digno*, quam ut historiae gravitas, vel divini verbi majestas, legentiumque delicatae aures deprecari videantur. In stylo enim & modo scribendi plerumque Spiritus S. Scriptores sibi, suaeque naturali scientiae reliquit, & ideo videmus illum alio eloquentiorem, sed non veriloquentiorem. Auctor ergo noster etiam satis facundus & disertus ex modestia tamen veniam illam deprecatur. Sic S. Paulus se vocat imperitum sermone 2. Cor. 11. v. 6. non quòd talis esset, sed quòd opinione & sensu quorundam talis haberetur. Auctor autem v. 40. claudendo librum causam affert, cur non semper *sermone* seu stylo minus exacto usus fuerit. *Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est; alternis autem uti delectabile; ita legentibus, si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Hic erit ergo consummatus.* vide etiam Object. 1. Quaest. XXX.

Pro fine nota. Tametsi Lutherani & Calvinista pro solo & puro fonte Textum Hebraicum agnoscant, & declament: attamen tam purus non est; quia varijs in locis depravatus

tus fit, & hoc vel incitiâ Typographorum, vel injuria temporum, vel etiam malitiâ Rabinorum in odium Christi: prout varijs ex locis S. Scripturæ constat. Gen. 49. v. 10. *Nomen auferetur Sceptrum de Juda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est.* S. Hieron. ex Hebræo legit *Schiloach*, & interpretatur, *Missus vel mittendus*. Hebræi corrumpunt *Schiloch*, quæ vox quid occultum vel ignotum, vel planè nihil significat. Psal. 21. v. 18. pro *caru*, id est *foderunt manus meas*, jam in Hebræo habetur *caari*, id est, *seus Leo*, sunt manus mee. Psal. 18. v. 5. pro *in orbem terram exiit Kolan*, id est *sonus eorum*, prout est in Græco, & etiam S. Paulus citat ad Rom. 10. v. 18: in Hebræo est *Kavam*, id est *perpendicularum*, seu *funiculus eorum*. Zach. 9. v. 9. pro *Moschab*, id est, *Salvator*, ut vertunt etiam LXX. & Chaldæus jam legitur *Noschab*, ut verteretur *Salvatus*. Sic Psal. 95. v. 10. *Dominus regnavit*. Conqueritur S. Justinus, quod tam ex Græco, quam Hebræi sustulerint *à ligno*, quod SS. PP. addere consueverant. Et hoc non quò ad particulas quasdam solum, sed & integræ quandoque sententiæ inveniuntur omisse. v. g. Josue 11. v. 36. omittuntur *quatuor urbes Levitica*, quas Rubenitæ dederant, quæ tamen sunt in LXX. & Chaldæo, & nisi addantur, nullæ fuissent datæ Urbes à Rubenitis contra expressum mandatum Dei. Josue 21. v. 8. &

36. & contra historiam 1. Par. 6. v. 78. & 79. nec fuissent Meraritarum urbes 12. ( ut dicitur eodem c. 21. Jos. v. 38. ) sed tantum 8. Neque fuissent Levitis urbes 48. ( ut dicitur v. 39. ) sed solum 44. Plura vide apud Expositores.

Est simul etiam commoditas magna vitandi S. Scripturae loca in hac lingua ob vicinitatem elementorum, mutationem punctorum, transpositiones litterarum ante vel retro, & earum similitudinem &c. ex quibus patet fontem illum non esse tam limpidum, qualem nobis Novatores decantant.

Nec *versio LXXII. Interpretatus* omnino immutatus est ab erroribus, uti & *Textus Graecus novus Testamenti*: ( etsi id jactent Lutherani & Calvinistae ) in omnibus enim penè numeris annorum, quae in Scriptura tot locis occurrunt toto caelo dissident LXX. ab Hebraeo, Latino, Chaldaeo & Syriaco Textu, ut Jonæ 3. v. 5. ubi illi habent: *adhuc quadraginta dies*, in LXX. est, *adhuc tres dies, & Ninive subvertetur*. Exodi 32. v. 28. pro *viginti tribus millibus occisis* ( prout etiam S. Paulus legit 1. Cor. 10. v. 8. ) ipsi non nisi *tria milia* ponunt &c. 1. Reg. 17. v. 4. pro *sex cubitis & palma* Goliatho dant tantum *quatuor cubitos*. Dan. 9. v. 25. ubi in Hebraeo & Latino: *post hebdomadas sexaginta duas occidit Christus*, ipsi vertunt, *post sexaginta quatuor hebdomadas destruetur antichristus*. Plura

res alios errores quoque videre licet apud Expositores &c. De Textu Græco verisimile est Matt. 15. v. ult. *Magdala*, corruptè ponitur pro *Magadan*. Joan. 19. v. 29. *Ussopo*, quæ herba est, pro *usso*, id est *calamo*, seu pertica, ut vertit S. Marcus 6. 17. v. 36, ad Rom. 22. v. 11. pro *Kurio*, id est *Domino*, est *Kairon*, id est *tempori* *servientes*. 1. Cor. 15. v. 51. Ubi in Latino est: *omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*. In Græco & Syriaco est: *non omnes dormietis, sed omnes immutabimur*. Jacob. 1. v. 12. pro *Katakristen*, id est *iudicium*, seu *condemnationem*: Græcus habet *ipokrisin*, id est *simulationem*. 1. Petri. 2. v. 23. pro *trahant autem se iudicanti se iniuste*, in Græco est: *trahidiz autem iudicantis iuste*. In multis etiam Codicibus Græcis omittitur cap. ultimum Marci, & Joan. 8. de adultera historia, & 1. Joan. 5. v. 7. *Tres sunt, qui testimonium dant in celo*. &c.

Et hæc quò ad versiones antiquas, nunc videndum, quid censendum sit de versionibus Sectariorum. Audiamus breviter, quid scribat antesignanus eorum Lutherus in comment, de novissimis verbis Davidis in præfat: *Omni- no melius esset retinere illam hætenus recep- tam & usitatam versionem Bibliorum, quam tot novas versiones sumulari, quibus nihil proficitur, nisi quod dissimilitudo, & discre-*  

K 3

pan-

*panis lectionum memoriam legentium turbat, & studium remoratur, ac in multis locis incertiores, quam fuerat, dimittit. Et verissime alia enim est versio, Lutheri, alia Oecolompadij, alia Munsteri, alia Bezae, alia aliorum, quae & ipsis adversarijs non solummodo non arideant, sed & suspectae sunt; cum quilibet doctior altero esse praetendat, & expertior linguarum, vel forsitan etiam corruptior; in antiqua enim & vulgata Joan. 6. v. 50. habetur: *Ego sum panis vivus*, cum Calvinò vertunt *vivificans*, vel *vivificus* ad significandum panem usualem, & negandum in Eucharistia vivum Corpus Christi, ut quemadmodum usualis panis vivus non est, & tamen vivificat, ita etiam de Eucharistiae mysterio discurrendum est; licet ibi vivum & verum Corpus Christi non sit, sed panis & figura ipsius, tamen vivificat. Ad Hebraeos c. 13. v. 4. *Honorabile connubium in omnibus*, id est, nihil est in Connubio, quod non sit honorabile; ponunt *in ser omnes*, ut Erasmus; *Honorabile est in ser omnes conjugium*; ad defendendum matrimonium etiam Saecerdotum, Monachorum & Monialium, tanquam licitum, ut à votis Deo factis, resilire possint. In epist. 2. ad Thess. c. 2. v. 14. *Fratres state & tenete traditiones &c.* ne traditiones admittere cogantur, utuntur voculâ *documenta* vel *institutiones*, ut Erasmus. 1. Cor. 9. v. 5. interrogat Adostolus. *Nunquid non habemus potestatem**

*postquam mulierem sororem circumdederat,*  
 Lutherus adjungit *in uxorem*: docet enim,  
 Apostolos uxores habuisse, easque dum præ-  
 dicarent, ad opus conjugale se tum duxisse.  
 Lutherani ut suam impanationem astruant ad  
 voculas *Hoc est Corpus meum*, apponunt, *cum*  
*pone* uti & ex Epist. S. Jacobi: tollunt *sine*, &  
 affigunt, *cum*: legendi: *Fides cum operibus*  
*morsua est.* Plura pro nunc afferre brevitatis  
 prohibet; uti & erroneas eorum expositiones,  
 Quare sit.

## Q U Æ S T I O XVI.

*An sola S. Scriptura sit ultimus Judex  
 Controversiarum Fidei.*

**L**utherus & Calvinus, eorumque affectus  
 nihil recipere volunt, nisi quod per Scrip-  
 turas probatur, consequenter ultimum con-  
 troversiarum judicé aliú non agnoscunt quam  
 S. Scripturam. Ita Luth. in c. 1. ad Gal. Et  
 Tract. de servo arbit: *Patrum auctoritas sus-  
 déque faciendæ est, & statuta perperam fa-  
 cta, qualia sunt omnia præter verbum Dei  
 definita, dirumpenda & projicienda sunt.*  
 Calv. lib. 4. Instit. c. 8. n. 6. 7. 8. & 13. *Hoc  
 igitur est discrimen (subaudi inter nos & ip-  
 sos) Ibi Ecclesiæ auctoritatem extra verbum  
 Dei collocant: nos autem volumus verbo Dei*

*Inmensum, nec ab eo separari possumus, etc.*  
 Waltonus in sua Biblia Polyglota in Præfat.  
 Confituit quidem Deus Ecclesiam oraculorū  
 sanctorum custodem, & interpretem fidelem, ut  
 de firmitate & solamūa veritatis dici-  
 tur, ad iudicem Scriptura non fecit, sed  
 Scripturam ipsam, si non iudicem proprie ut-  
 tum, normam, tamen & regulam, secundum  
 quam controversas circa fidem dijudicare de-  
 bet Ecclesia, an nihil proposuit. Clarius Cal-  
 vinista in Synodo Ultrajectina in prologo sua-  
 rum ordin. n. 2. Obstringimus nos in forma  
 iuramenti, & obligationis, quod in hæc Pro-  
 vincia non aliam velimus amplecti, & sequi  
 doctrinam, regulam, mensuram, & am-  
 plum fidei, & vite Christiana, quam solum  
 Verbum Dei, quod in libris veteris ac novi  
 Testamenti expressum est. Contra quos

Dico, solam Scripturam non esse ultima-  
 tum iudicem Controversiarum Fidei.

Probatur I. Conclusio varijs argumentis  
 ex ipso S. Textu depromptis. Extra dubium  
 est: Infernum duraturum esse in æternum jux-  
 ta illud Matt. 25. v. 41. *Discedite à me ma-  
 ledicti in ignem æternum.* Nunc quomodo  
 Lutheranus quidam vel Calvinista ex sola Scrip-  
 tura probare vel scire poterit, quod particu-  
 la illa *æternum*, verè significet æternitatem,  
 & non aliquod tempus valde longum juxta  
 Originem? cum & ipsamet S. Scriptura sæpius  
 hunc



hunc terminum *eternum* usurpet pro longo tempore. *Terra in aeternum* stat Eccl. 1. v. 4. eum tamen debeat transire: *Caelum & terra transibunt.* Lucae 21. v. 33. *Sepulchra eorum, domus illorum in aeternum.* Psal. 48. v. 12. Et quis dicet, corpora mortuorum in aeternum ibi commoratura esse; cum debeant resurgere?

Quomodo ex sola Scriptura probari potest; Christum verum & proprie fuisse hominem? cum omnes illi Textus, quibus hominem fuisse probamus, ut dum infans; *filius hominis* &c. vocatur. Manichaeus dicit eos non *realiter* & *proprie* de humanitate Christi intelligendos esse, sed *apparenter*; sicut Archangelus Tob. 5. v. 5. vocatur juvenis: imò ipsemet Archangelus se vocat filium Ananiae, qui tamen purus spiritus erat: *Ego sum Azarias Anania magni filius.* Sic etiam 3. Angeli apparentes Abrahae vocantur 3. vidi Gen. 18. v. 2. & illi 2. qui hospitio suscepti fuerunt à Lot. Gen. 19. v. 5. eò quòd ita apparent. Et Paulus Philipp. 2. v. 26. scribit de Christo. *In similitudinem hominum factus; & habitu inventus ut homo:* ita à part.

Imò quòd plus est, nec essentialissimos fidei articulos, ut quòd Deus sit unus & Trinus, quòd Christus sit verus Deus &c. adversarij ex sola Scriptura probare possunt. Declaro rem manifestè. Quantum ad primum. Omnes Textus, qui probant unitatem & Trinitatem

in Divinis, Sabellianus ad sensum contrarium exponere potest, & exponit desumpto etiam fundamento ex Scriptura v. g. Gen. 1. 26. *Faciamus hominem ad imaginem &c.* ubi per *Faciamus* intelligimus pluralitatem Personarum mutuo se alloquentium. Sabellianus dicit hunc esse morem magnarum Personarum monstrando authoritatem suam: Nec Deus alloquebatur Filium & Spiritum S. sed Angelos; prout magistri facere solent alloquentes discipulos suos. Omnis locis veteris Testamenti, adversarii forsan ex novo Testamento clarius rem probare poterunt? dicendo: *Tres sunt, qui testimonium dant in Cælo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum sunt.* v. Joann. 1. 7. sed æquè respondet Sabellianus, Deum solummodo dici Trinum in Personis ratione diversorum Officiorum, uti v. g. Imperator Archidux Austria, Rex Bohemia, Comes Tyrolis, qui tamen non nisi una Persona est. Sic etiam unus est Deus & una simplex Persona, quæ modo dicitur Pater ratione creationis mundi, filius ratione redemptionis, Spiritus S. ratione Sanctificationis. Quomodo nunc quis sectarius quidam ex pura & sola Scriptura sufficienter confutare poterit sententiam Sabelliani? dicendo forsan: Textus illos debere intelligi de Trinitate Personarum, sed replicabit Sabellianus, prout supra. Vel forsan recurrendo ad Spiritum seu illuminationem privatam, sed dicet

et Sabellianus hunc Spiritum privatum esse mendacem.

Quantum ad 2. Quod Christus verus sit Deus, nullus Novator æquè ex sola S. Scriptura probare poterit: non obstantibus Textibus, qui videntur esse clarissimi: ut v. g. Joan. Epist. 1. v. 29. *Et scimus, quoniam Filius Dei venit . . . Hic est verus Deus. Tu es Christus Filius Dei vivi.* Matth. 16. v. 17, ad hos & similes Textus Arianus semper respondebit: Christum solummodò dici & vocari Deum, non propriè & ob Naturam Divinam, sed ob gratiam singularem, dignitatem & officia ipsius, uti etiam Moyses Exodi 7. v. 1. vocatur *Deus*,

Probatur Conclusio 2. Multæ possunt occurrere, & occurrunt controversiæ circa fidem & Religionem, uti probavimus Quæst. XII. quæ vel in Scriptura non proponuntur, vel saltem non ita apertè & sufficienter, ut ex illa sola eas decidi possint, ergo necesse est querere alium judicem, prolixitatem fugiens, quasdam tantùm propono.

Prima An libri Tobiae, Judith, Sapientiae, Ecclesiastici, & Machabæorum sint Canonici & Divini, vel non? Lutherani & Calvinistæ id negant, nos affirmamus. Nos recurrimus ad Ecclesiam, quæ eos pro talibus declaravit. Et illi ad quem judicem? ad Scripturam? non: ad Canonem Hebræorum & eorum traditionem

nem, dicendo, idem eos pro Canonicis dictos libros non agnoscere; quia illos Hebraei pro talibus non agnoscunt. Sed non advertunt, se ergo non jam Scripturam agnoscere pro iudice, sed Canonem Hebraeorum. Et sic se produnt, qualesnam sint Christiani, dum Canonem Hebraeorum praefereunt decisioni Ecclesiae.

Secunda. Quot sint Sacramenta novae legis. Nos profiteamur septem, illi saltem duo Baptismum & Evcharistiam: sed in quo loco S. Scripturae clare septinarius vel binarius numerus ponitur? vel ubi soli Baptismo & Evcharistiae hoc nomen *Sacramenti* apponitur? Matrimonio soli id video appositum Ephes. 5. v. 31. *Sacramentum hoc magnum est.* Ubi quaeso Scriptura definit *Sacramentum*, vel illud non nisi praecitatis convenire Sacramentis, & non ceteris quinque. Si spectemus definitionem Melunchtonis datam in apolog. Confess. Aug. art. 13. *Sacramentum est ritus, qui habet mandatum Dei, cui addita est promissio gratiae:* haec definitio non potest adaptari Evcharistiae; cum qui eam in peccatis sumit, non solum gratiam non recipit, & a peccatis liberatur, sed juxta Apostolum *judicium sibi manducat & bibit.* 1. Cor. 11, v. 28. Nee illa quam tradit Calvin. lib. 4. Inst. c. 14. n. 1. quod vocetur *divina in nos gratiae testimonium externo signo confirmatum, cum mutua nostra erga ipsum pietatis testi-*  
fica-

*ficazione*: hæc (inquam) non posse convenire baptismo, patet, quam enim mutuam pietatis testificationem monstrare possunt parvuli rationis incapaces? forsan in fide parentum? sed non hi, sed parvuli recipiunt gratiam Baptismi. Restat ergo in Sacramentorum numero, ejusdemque definitione Scripturam solam rem non decidere.

Tertia est. An baptizati ab Hæreticis rebaptizari debeant? Olim id affirmabat S. Cyprianus cum multis Episcopis Africanis, id negabat S. Aug. cum Summo Pontifice Stephano. Sed neutra pars id probare potuit ex S. Scriptura, licetque dirimere. S. Aug. Summo Pontifici adhærens rem deduxit ex Apostolica traditione & Ecclesiæ praxi ac consuetudine & decisione.

Confirmatur ulterius. Lis est inter nos & Calvinistas, an Christus realiter & localiter ad inferos descenderit. Nos astruimus ex verbis Symboli Apostolici. *Descendit ad inferos.* & ex Act. Apost. c. 2. v. 27. *Non derelinques animam in inferno.* Utrumque dicimus esse clarum. Calvinus obscurissimè id explicat l. 2. Inst. c. 16. n. 10. & seq. *Descendit ad inferos, id est, per vultu in Cruce diros cruciatus damnari, ne perdisi hominis &c.* Alterum passum: *Non derelinques animam meam in inferno* Beza explicat: *Non derelinques cadaver tuum in sepulchro.* Nunc in hac licet quomodo scri-

Scriptura illam nobis decideret? Vel forsitan non est articulus fidei?

Christus Eucharistiam instituens dixit: *Comedite & bibite &c. & lavans pedes*, ait: Joan. 13. v. 14. *Ex vobis debetis alter alterius lavare pedes*. Nunc quomodo ex sola Scriptura colligi potest, primum esse de præcepto, alterum non, sed simplicem caeremoniam. Ex Scriptura sola certè non; imò contrarium potius ob particulam præceptivam *debetis*. Ergo ex aliquo alio, scilicet Ecclesia, quæ lotionem illam non nisi pro caeremoniâ hucusque agnovit.

Probatur Conclusio 3. ex SS. Patribus Hieron. contra Lucifer. *Præterea etiam necessaria est Ecclesia autoritas: ut in gravioribus de fide questionibus, atque controversijs, qua possunt incidere, Judex moderatôrque adsit*. S. Epiph. contra Hæreticos Apostolicos: *Docet expressè, à divina Scriptura non posse accipi omnia*. S. Aug. contra Manichæos. *Pax illam est, quòd in re dubia, ad fidem & certitudinem valeat autoritas Ecclesie Catholice*.

Probatur tandem 4. Conclusio varijs rationibus. In Republica Civili non sufficient soli Codices, & institutiones legum pro litibus & controversijs dissolvendis, sed requiritur etiam alius judex, qui inter litigantes sententiam ferat; ergo etiam à pari in Republica Ecclesiastica. Tum ex quanam prætendunt

adversarij decidere controversias, Scriptura, utique ex sua, si ex sua, Catholicus opponet, eam esse corruptam, uti Quæst. anteced. vidimus, imò esse mancam; cum libros integros omittant. Si ex nostra, prius nos convincere debent, eam solam esse controversiarum judicem. Tum, quia sensus Scripturæ est varius & obscurus in multis, qui si malè intelligitur, & ad sensum contrarium, certè salus animæ periclitatur. *Littera enim occidit, Spiritus autem vivificat.* 2. Cor. 3. v. 6. Tum tandem, cum ergo non decidunt suas Controversias ex Scriptura, quas inter se habent? ut de Baptismo parvulorum, de reali præsentia Corporis Christi in Eucharistia, de Prædestinatione, de quibusdam Libris Canonice S. Scripturæ, de Exorcismo &c.

*Solvuntur Objectiones adversariorum.*

Obijciunt 1. 1. Joan. 5. v. 39. Jubemur Inquirere veritatem, & scrutari Scripturas: *Scrutamini Scripturas*, tanquam ultimum judicem. Respondet 1. Etiam iudices tenent legibus studere, easque scrutari, non tamen exinde sequitur in omni iudicio absque iudicis sententia solas leges esse sufficientes. Respondet 2. Passum allatum potius esse contra adversarios, quam pro ipsis: Christus enim volens probare Judæis suam Divinitatem non immediate & solam adducebat Scripturam, sed

sed varijs prius utebatur testimonijs de Joanne Baptistae Joan. 15. & sequent. Item miraculorum, & testimonio vocis Patris de caelo: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite.* Matth. 3. v. 17. Et in hoc etiam sequimur nos Catholici exemplum Christi, dum in controversijs decidendis non tantum utimur S. Scripturâ, sed etiam SS. PP. & Ecclesiae ac miraculorum testimonijs. *Alia super hunc locum vide etiam Quaest. XIV. immediate ante alteram Questionis partem.*

Obijciunt 2. Scriptura est regula & norma veritatis, ergo non opus est alio iudice. Respondeo, licet in se sit talis, sed quia saepius lis est de eius sensu, non semper nobis constat, ex qua parte stet illa veritas, ideo requiritur & alius iudex, qui rem declaret.

Obijciunt 3. *Isaie 8. v. 20.* recurrendum est *ad legem magis, quam ad testimonium.* Respondeo, Textum illum non esse ad rem, quia ibi agitur de ijs, qui ariolos & pythones consulere soliti erant.

Obijciunt 4. *Act. 17. v. 11.* Berenses audientes praedicationem Pauli erant *quosdam scrutantes Scripturas, si hac ita se haberent.* ergo ad exemplum eorum alius praeter Scripturam non est querendus iudex. Respondeo, negando consequentiam; nam quod Berenses scrutati fuerint Scripturas, *si hac ita se haberent*, sicuti Paulus praedicabat, erat,



erat, ut eo magis in fide confirmarentur, vidento dicta Apostoli esse conformia Scripturæ, ex quò ineptè infertur, ergo sola Scriptura est iudex controversiarum: sicut si audirem concionantem citare sententias v. g. D. Hieronymi contra Luciferianos, & ego eas postmodum legerem & observarem, an reverà ita se habeant, uti à concionatore recitatae fuerunt, utique ineptè inferretur, ergo solus Hieronymus est iudex controversiarum.

## Q U Æ S T I O XVII.

### *Quisnam sit Controversiarum Fidei Iudex.*

**L**icet adversarij Controversiarum iudicem (ut vidimus) Scripturam solam statuere videantur; attamen præter illam ad spiritum privatum seu illuminationem internam recurrunt, qua fingunt se divinitus ita illuminari & edoceri. Sed quàm inane est hoc figmentum! Nonne si recurrunt ad illam illuminationem, jam se declarant manifestè, ultra Scripturam alium admittere iudicem, scilicet illuminationem suam internam?

Dico, ultimum Controversiarum iudicem esse vel Concilia Generalia approbata à Summo Pontifice, vel ipsum solum, dum ex cathedra loquitur.

**L****Pro-**

Probatur 1. ex S. Scriptura. Deut. 17. v. 8. *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris . . . Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille.* Math. 18. v. 17. *Dic Ecclesia. Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis.* Math. 16. v. 19. *Super cathedram Moysi sederunt Scriba & Pharisei, omnia ergo, quacumque dixerint vobis, servate & facite.*

Probatur 2. autoritate SS. PP. S. Paschali I. ad Pontificatum assumpt. anno 817. in c. significasti de elect. *Omnia Concilia per Ecclesia Romana auctoritatem, & facta sunt, & robur acceperunt.* S. Nicol. I. *In universa libus Synodis, quid ratum, quid prorsus acceptum, nisi quod Sedes Petri probavit, ut ipsi scitis, habetur.* Huc spectare possunt omnes autoritates adductæ Quæstionibus III. VII. IX. & XI.

Probatur 3. rationibus. Internum testimonium Spiritus S. non potest sibi contradicere: *Non enim est dissensionis Deus.* 1. Cor. 14. v. 33. Sed sibi contradiceret, si hoc Sectarij haberent, ergo. Minorem probo. Lutherani ex interno Spiritus testimonio dicunt, epistolam Jacobi v. g. non esse veram Scripturam, sed juxta Lutherum epistolam stramineam. Calvinistæ autem ex eodem Spiritu dicunt, esse verum verbum Dei: sed esse & non esse sunt con-

Contradictoria, ergo &c. Lutherani ajunt; verba Christi: *Hoc est Corpus meum*, significare veram & realem ipsius præsentiam in Evcharistia, hoc verò negant Calvinistæ, & non nisi figuram fatentur: Sed hæc est manifesta contradictio, & tamen quælibet pars allegat suum spiritum, ex quo Scripturam ad partes suas trahere volunt Sectarij. Evadant, si possunt cum Scriptura sua ultimo judice controversiarum, vel suo spiritu interno? Tum etiam quomodo possent decidi Controversiæ; cum semper suum internum spiritum & illuminationem allegare possent? Restat ergo, cum nec Scriptura sola, nec spiritus ille privatus judex esse possint, ut sit vel Concilium, vel summus Pontifex modo supra dicto.

*Adducuntur argumenta adversariorum.*

Obijciunt 1. Si præter Scripturam juxta nos admittendus est judex Controversiarum Concilium vel Summus Pontifex, deberet talis judex esse infallibilis, ne in errorem inducantur, qui controversias suas apud ipsum deponunt, sed talis solus est Scriptura, utpote sola infallibilis, & non Pontifex, qui homo est; *omnis autem homo mendax.* Rom. 3. v. 4. & consequenter fallibilis, ergo &c. Respondeo 1: retorquendo argumentum. Ergo etiam Lutherus & Calvinus eorumque asectæ ab errore

immunes esse non possunt, utpote homines. Imò hoc ipsum dicere possemus de Sanctis Apostolis & Prophetis, si argumentum hoc valeret; & semper dubitare possemus de veritate dictorum eorum. Respondeo 2. cum distinctione, ut supra Quæst. IX. in objectione 2. Pontifex potest errare in materia fidei sine assistentia divina concedo, cum assistentia nego; hanc autem Ecclesiæ suæ Christum promississe, constat ex Quæst. cit. & ex Act. Apost. 15. v. 28. *Visum est enim Spiritui Sancto, & nobis.*

Obijciunt 2. Si præter Scripturam Pontifex est iudex controversiarum, ergo est supra Scripturam. Respondeo negando consequentiam; cujus ratio est; quia sicut iudex in legibus civilibus non dicitur esse supra legem, sed sub lege, dum inter duos de legis intellectu litigatur, eam interpretatur & declarat, ita etiam Summus Pontifex, dum lis vel difficultas circa Scripturæ intelligentiam oritur, interpretando eam, non potest dici illum esse supra Scripturam, sed tantum supra partes litigantes: cum alio modo lites dirimi nequeant. Deinde si hoc argumentum valeret, id ipsum posse dici de Lutero & Calvino, eos esse supra Scripturam, quod tamen nunquam admittent, cum eam ad modum suum explicent.

QUÆ-

## QUÆSTIO XVIII.

*An sola fides sufficiat ad salutem.*

**N**ovatores quemadmodum multa mendaciter circa S. Scripturam contra nos evomunt, uti scilicet, pluris in pretio apud nos esse Pontificum decreta, constitutiones, traditiones & cæremonias, quàm ipsùm Verbum Dei, ita etiam apud rudem populum spargunt, fidem apud Papistas adeò vilescere, ut parum, vel nihil illi, sed totum tribuatur operibus, Missis, jejunijs aliisque observantijs &c. Sed qua injuria hoc faciunt, non nisi cæcus est, qui hoc non videat; cùm fidem, basim, columnam & fundamentum justificationis & salutis nostræ esse astruamus & profiteamur cum omnibus SS. Patribus Justiniano de ligno vitæ c. 5. *Est enim (fides) viva, fida & salutaris columna deducens per desertum mundi hujus* S. Joannes Chrysost. Hom. 34. in Matth. *Fides enim caput est, & radix.* Et S. Cyrillo Alex. lib. 4. in Joan. v. 47. *Fides itaque est janua, & iter ad vitam.* Ast non ut illi volunt cum antesignanis suis Luthero & Calvino: *Sola* nimirum; hic enim lib. 3. Inst. c. 11. n. 19. ita scribit: *Dicimus hominem sola fide justificari.* & alter in epist. Rom. c. 3. v. 28. fraudulenter apponit particulam *Solam.* nunc

Dico, Solam Fidem non sufficere ad salutem.

Probatur 1. ex S. Scriptura. Eccles. 2. v. 21. *Qui tenent Dominum, custodiunt mandata eius.* Matth. 7. v. 21. *Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine intrabit in Regnum Calorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in calis est.* Matth. 19. v. 17. *Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Matth. ult. v. 20. *Docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis,* 2. Petr. 1. v. 15. *Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam &c.* & infra v. 10. *Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Jacob. 2. v. 14. *Quid proderit fratres, si fidem quis dicat, se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides salvare eum? Lege totum capitulum hujus epistolae.*

Probatur 2. ex SS. PP. Aug. lib. de fide & operibus c. 15. *Ne sibi quisquam de fide, qua sine operibus mortua est, promittat vitam aeternam.* S. Chrysoft. Hom. 8. 2. Tit. *Fides ergo sine operibus figura solum absque veritate est.* S. Greg. in Gloss. ad c. 16. Marci. *Vera fides est, quae in hoc, quod verbis dicit, operibus non contradicit.* S. Hieron. ad S. Paulam lib. 1. de domo Dei. *Fides non est otiosa, neque solitaria, individua comes ei jungitur bonae operationis instantia.* S. Cyrill. lib. 10. in Job. c. 18. *Quod autem Fides ad salutem non sufficiat, Christus etiam discipulis ostendit,*

*tu credis, quia unus est Deus &c.* His concordant cæteri Patres omnes.

Probatur 3. rationibus. 1. Si sola fides justificat, vel Scriptura; vel vetus Ecclesia erravit docendo solam fidem non sufficere, vel errarunt, & etiamnum errant Lutherus & Calvinus eorūque affectæ docendo immediatè doctrinam oppositam S. Scripturæ & antiquæ Ecclesiæ. Non primum; quia & ipsi pro certo tenent Scripturam errare non posse, neque secundum, quia & apud ipsos in confesso est primitivam Ecclesiam non errasse, ergo astruendum est tertium, nempe eos errare. 2. Si sola fides juxtà Calvinum justificat, ergo quicumq; eam habet, salvus est. Si ita, cur ergo condemnat Lutherum, suosque, qui æquè cum ipso credunt, & certò sibi persuasum habent, sibi remissa esse peccata per Christum, in quo vim justificationis ponit Calvinus lib. 3. Inst. c. 16. n. 1. *Quare ergo fide iustificamur? quia fide apprehendimus Christi iustitiam, qua una Deo reconciliamur.* 3. Juxtà ipsos nihil est credendum, quod non habetur in Scriptura, nec etiam quidquam eidem est addendum, sed nulli hęc particula *sola* in Scriptura legitur fidem concernens, ergo &c. Imò ipsemet Lutherus fatetur, se eam addidisse in præcitata epist. ad Romanos 3. v. 28. Non minùs Scriptura Spei, charitati, timori, & poenitentiaë &c. tribuit justificationem, quàm fidei, ergo hęc sola non sufficit. Antecedens patet ex varijs locis. Rom.

8. v. 24. *Spe enim salvi facti sumus.* Joan. 3. v. 14. *Qui non diligit manet in morte.* Eccl. 1. v. 28. *Qui sine timore est, non poterit iustificari.* Lucæ 13. v. 5. *Si penitentiam non egeritis, omnes simul peribitis.* &c.

Calvinus ne planè cæteros virtutum actus excludere videatur lib. 3. Inst. c. 16. n. 1. Scribit: *Non enim aut fidem somniamus bonis operibus vacuam, aut justificationem, qua sine iis constat: hoc tantum interest, quod cum fidem & bona opera necessario inter se coherere fateamur, in fide tamen non operibus justificationem ponimus.* Et quomodo hoc fiat, explicat immediatè, *Si ad Christum modo convertamur, in quem dirigitur fides, & unde totam vim accipit.* Si ergo juxtà Calvinum fides non debet esse vacua bonis operibus, quomodo ergo sine contradictione intelligendum est, quod docuit lib. 3. Inst. c. 11. n. 19. *fidem solam iustificare?* Si enim requiritur conversio ad Christum, si apprehensio iustitiæ ipsius Christi pro reconciliatione, si necessaria connexio, bonorum operum cum fide, *Si fidelis non est, nisi qui sua salutis securitati innixus diabolo & morti confidenter insultet?* lib. cit. c. 2. n. 16. quomodo ergo soli fidei adsciscitur justificatio? Si opera nostra non nisi inquinamenta, peccata, & sordes juxtà ipsum sunt, quomodo nunc evadunt opera bona, & quidem talia, ut sine ipsis fides justificationis gratiam



tiam acquirere nequeat? En hominem volubilem.

### *Refutantur argumenta Novatorum.*

Obijciunt 1. Scriptura agens de justificatione & remissione peccatorum non nisi de fide mentionem facit; ut Lucae 7. v. 5. *Fides tua te salvam fecit.* Marc. 16. v. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.* Joan. 3. v. 16. *Qui credit in eum (nempe filium Dei) non pereat, sed habeat vitam aeternam.* Respondeo negando antecedens. Nam Scriptura, ut supra vidimus, non soli fidei, sed alijs quoque virtutibus justificationem tribuit, non tamen sine fide, & dum huic eam tribuit pariter annexas vult alias virtutes. Sed instant Lucae 8. v. 50. dicit Christus: *Crede tantum, & salva erit.* Instantia hæc non est ad rem: Loquitur enim ibi de resurrectione filiae patris sui, & non de remissione peccatorum.

Obijciunt 2. *Iustus ex fide vivit* Rom. 1. v. 17. ergo non ex operibus spei, timoris &c. virtutibus. Respondeo fundamentaliter concedo; quia fides est fundamentum justificationis nostræ, cum *sine fide impossibile est placere Deo.* Hebr. 11. v. 6.

Obijciunt 3. Joan. 3. v. 16. dicitur. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum,*

L 5

non

non pereat. Act. 13. v. 39. *In hoc omnis, qui credit justificatur, ergo &c.* Respondeo credere in Deum, usu S. Scripturae intelligitur adhaerentia illa, qua per charitatem Deo adheremus, uti docet S. Aug. scribens in Joannem, justificatur itaque, qui credit fide viva, & non mortua, *qua per charitatem operatur.* Gal. 5. v. 6.

Objiciunt 4. *Gratiã enim salvati estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus.* Ephes. 2. v. 8. & 9. Item *arbitramur hominem justificari per fidem sine operibus.* Rom. 3. v. 28. Respondeo adversarios Textum ad Ephesios adducere truncatum more sibi solito, nam adjungit Apostolus versu sequenti. *Creati in Christo Jesu in operibus bonis, quae preparavit Deus, ut in illis ambulemus, & nos exerceamus.* Ex quo liquido constat, fidem talem esse debere, quae per charitatem operetur, ut immediate ante ex eodem Apostolo didicimus, & in cap. sequenti cit. epist. ad Ephes. denuo affirmat v. 17. *in charitate radicati & fundati.* quo modo intelligendus est & alter passus. Sunt itaque duplicia opera, alia, quae praecedunt fidem, alia, quae eam concomitantur vel subsequuntur, ut sunt spes, charitas, timor, poenitentia &c. & de his intelligi debet Apostolus, non de illis; cum ostendat, nec Judaeos in observatione Legis Moysaeae, nec Gentiles ob  
opera

opera bona ante fidem in Christum acquirere potuisse, vel acquisivisse justificationem,

Objiciunt 4. Gen. 13. v. 6. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam.* Responsio patet ex epist. Jacobi. c. 2. v. 21. *Abraham pater noster, nonne ex operibus justificatus est offerens filium suum super altare? Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum.* Contra hunc locum tam lucidum Calv. lib. 3. Inst. c. 17. n. 11. & 12. longam, insulsam, imò falsam text narrationem & explicationem immixtis contra Catholicos DD. calumnijs, qua tamen aliud non efficit, quàm quòd fateri debeat, se vel sibi contradicere, vel fidem solam sine operibus bonis non justificare, quò ad primum non credo, eum fore difficilem; cum contradictionibus assuetus sit, quò ad alterum ex mente Apostoli ita scribit in fine n. 12. *Inane fidei spectrum non justificare.*

Pro fine tandem nota erroneè docere Calvinum lib. 3. Instit. c. 2. n. 12. fidem semel habitam nunquam amitti posse. Sic enim loco cit. scribit: *Hoc interim tenendum est, quantumvis exigua sit ac debilis in electis fides, quia tamen Spiritus Dei certa illis arrha est, - - - nunquam ex eorum cordibus deleri posse ejus sculpturam.* Sed huic expresse obstat errori, quod scribit Apost. 1. Tim. 1. v. 19. *Quidam circa fidem naufragaverunt.* Etc. 4. v. 1. *In novissimis temporibus discere*

*discedent quidam à fide. Et unde quæso tot hæreses in mundum venerunt nisi à deflexione fidei?*

## QUÆSTIO XIX.

*An quilibet fidelis de sua justificatione certus esse possit.*

**Q**uemlibet fidelem de sua justificatione non solum certum esse posse, sed debere, docent Novatores omnes cum eorum antesignano Calvino, qui varijs in locis corruptam & pessimam hanc tradit doctrinam, uti in antitodo Conc. Trid. Sess. 6. ad. c. 10. &c. Ita instit. suis tractans de hac materia, & signanter in Comm. in Evang. S. Joan. ad c. 10. ubi hæc verba habet: *Incarnabilis (ait) fructus hic fidei est, quod certos & securos esse nos jubet Christus, quum fide in suum ovile sumus aggregati. lib. 3. Inst. c. 15. n. 6. Proinde simul atque per fidem insertus es Christo, jam filius Dei factus es, cælorum hæres, justitia particeps, vita possessor.* Cui egregie in cathedra pestilentie ipsius Genevæ Successor Beza concordat, in sua fidei confessione c. 4. Sect. 20. *Affirmo eum, qui vel semel tota sua vita senserit certum vera fidei testimonium, securum esse debere ea non modo permanente, sed etiam permansura ad finem usque*

*Esque, tum quoque quum ea tempora inciderint, quibus abesse penitus vera fidei testimonium videntur. Ita & Lutherus cum suis. In epist. ad Gal. c. 5. Omnium pessime docent Theologi, quando dicunt: nos nescire, quando finis in charitate. Licet hoc neget tractans de 10. præceptis. Incertum est homini, num sit in statu salutis, nec ne. Contra quos*

Dico, Neminem fidelium absque revelatione divina posse esse certum de sua justificatione.

Probatur 1. ex S. Scriptura Eccles. 5. v. 5. *De propitiato peccato noli esse sine metu. Eccl. 9. v. 2. Nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit. 1. Cor. 4. v. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum. Job. 9. v. 20. Si justificare me voluero, os meum condemnabit me. Et vers. sequent. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, unum est, quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. Proverb. 14. v. 12. Est via, qua videtur homini justa, novissima autem ejus ducunt ad mortem. Psal. 18. v. 13. Delicta quis intelligit? Ad Philipp. 2. v. 12. cum metu & tremore vestram salutem operamini.*

Probatur 2. ex SS. PP. Aug. Serm. 23. de verbis Domini. *Fortasse tu nihil invenis in conscientia tua, invenit ille, qui melius videt. Et lib. 50. hom. 35. Quamdiu vivimus hic, de nobis ipsis nos ipsi iudicare non possumus.*

*mus, non dico, quid eras erimus; sed quid hodie sumus.* S. Hier. lib. 2. Dialog. adversus Pelag. in loc. cit. D. Pauli. ita scribit. *Qui hoc dicebat, nullius itaque peccati praescius erat: sed quæ legerat. Delicta quis intelligit: ab oculis meis munda me Domine: Et illud sunt via, quæ videntur viro recta; novissima autem harum respiciunt in profundum inferni. Idcirco temperavi sententiam; ne forte per ignorantiam deliquisset.* S. Gregor. lib. 6. epist. 22. ad Gregoriam Augustæ cubiculariam, quæ ab ipso interrogabat, an sibi remissa essent peccata: ita respondit. *Rem mihi difficilem & tibi inutilem postulasti; difficilem, quia indignus sum, cui revelatio immittatur à Deo, tibi inutilem; quia securitas negligentiam parit.* S. Bernard. Serm. 1. Septuag. *Quis potest dicere, ego de electis sum, ego de predestinatis sum? reclamante Scriptura. Nescit homo an amore, vel odio dignus sit.* Ita Conc. Trid. Sess. 6. c. 12 & 15. cæterique SS. PP. & DD. Orthodoxi.

Probatur 3. rationibus. Quod homo sit in gratia Dei pendet ab ipsius voluntate acceptante nostram poenitentiam: at Dei voluntas nemini est nota; nisi per revelationem; ergo nullus potest scire certitudinaliter, se esse iustum apud eum. Tum: qui est in gratia Dei, diligit eum super omnia propter se, sed nemo potest scire certitudinaliter, an ipsum diligat  
super

super omnia, ergo &c. Vel etiam an omnia ad justificationem requisita posuerit. Tum si juxta Calvinum Deus quosdam ante prævisa demerita prædestinavit ad pœnam, ut in eos suum dominium exerceat, quomodo possum ergo esse certus, me non esse unum ex ijs?

Probatur Conclusio ulterius ex 2. pessimis sequelis, quæ ex corrupta illa adversariorum doctrina resultant. Inprimis sequeretur Apostolum II. v. 20. Romanis Gentilibus jam autem fidelibus malè suasisse; ut timeant, & humiliter sibi attendant in agnita & professa fide. *Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time:* qui enim certus & securus est, utique non habet quod timeat. 2. Nullum peccatorem etiamsi gravissimum, dummodò salutem semel totâ vitâ suâ senserit, certum veræ fidei testimonium non obstantibus quibuscunque criminibus multum sollicitum esse debere de pœnitentia; cum semper scutum pro salutis suæ certitudine obtendere possit, fidei suæ testimonium, quod certò viam aperit in quælibet prolabi scelera.

### *Enervantur argumenta adversariorum.*

Objiciunt i. maximè Calvinus Passum ad Romanos. 8. v. 16. *Ipse enim Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus filij Dei &c.* ergo certi sumus de nostra justitia; cum testimonium Spiritus S. fallere non possit.

possit. Respondeo negando conseq. quia licet testimonium illud, quatenus à Spiritu S. procedit in se sit certissimum & infallibile, non tamen tale est, quatenus nobis exhibetur; sed solum conjecturaliter: cum non infrequenter Spiritus malignus in *Angeium lucis*. 2. Cor. II. v. 14. se transfiguret: quam ob rem etiam monemur à Joanne in sua epistola 1. c. 4. v. 11. *Probate Spiritus, utrum ex Deo sint, & per consequens nos absque revelatione Divina aliam certitudinem habere non possumus, quam moralem quandam de bona dispositione conscientiae nostrae, qua freti & consili nos esse filios Dei, cum fiducia clamamus Abba, Pater: quae confidentia tamen non ita certa esse potest; cum & juxta ipsum Calvinum lib. 3. Inst. c. 2. n. 11. quandoque & impij à Spiritu S. admoneri, excitari, pulsari ad instar justorum experiantur: ait enim: *Experientia ostendit, reprobos inter dum simili ferè sensu, atque electos affici, ut ne quidem suo iudicio quicquam ab electis differant.**

Objiciunt 2. alios varios Textus; ut I. Joan. 3. v. 14. *Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Et c. 5. v. 19. *Scimus quoniam ex Deo sumus.* Rom. 8. v. 38. & 39. *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita . . . poterit nos separare à charitate Dei, quae est in Christo Jesu Domino nostro: & alios*



*Res similes.* Respondeo, Textus allatos & alios similes intelligi debere de morali quadam certitudine, non autem positiva, partim ob loca superius allata, & partim dicenda inferius, ubi de certitudine conjecturali aliqua notabimus. Ad illud ad Rom. *certus sum* pari modo respondeo, *certus sum*, id est persuasum mihi habeo nec mortem, nec vitam nos separare posse à charitate Dei. Cum qua persuasione tamen stat timor de opposito.

Obijciunt 3. Peccator perfectè poenitens est certus de gratia, sed talis v. g. potest esse Petrus, ergo &c. Respondeo ex supposito, quòd talis perfectè poenitens sit; quia autem absque speciali revelatione hoc scire nemo potest, ideo etiam nemo de gratia certus esse potest physice. *Delicta quis intelligit?* Sed tantum conjecturaliter. Sunt autem hujus conjecturalis scientiæ & certitudinis signa varia. Conscientia nullius gravioris culpæ conscia. Animus promptior ad moriendum, quam ad Deum studio offendendum. Excellens amor ipsius. Dilectio inimicorum. Patientia in tribulationibus. Contemptus mundi, Serenitas & pax conscientiæ &c. Ex quibus & alijs similibus conjecturare licet, nos esse in gratia apud Deum, non autem firmam & manifestam nobis fingere possamus certitudinem, cum & similia opera exercere valent multi peccatores.

Nota pro fine præter alios errores, quos Lutherus & Calvinus lib. 3. Inst. c. 11. n. 22.

in materia justificationis docent, esse etiam sequentes: scilicet peccata in justificatione non delentur proprie, sed tegi & operiri tantum ob justitiam Christi nobis imputatam, quod est contra Scripturam expressè, in qua pluribus in locis dicuntur, peccata remitti, deleri, auferri, mundari &c. & non tantum tegi, operiri, vel non imputari. Alter est: justificationem nostram non fieri nisi per fidem seu fiduciam in misericordia Dei; & quod à justitia Dei non imputentur peccata, absque alia gratia habituali intrinsecè anime inherente: prout ex S. Scriptura tenet Si Ecclesia: docente peccatores effici justificados per aliquid à Christo in ipsos derivatum, ut Joan. 1. v. 16. *Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia;* & alibi, quos alio modo refutare nunc non incambit.

## QUÆSTIO XX.

*An homo legem divinam adimplere possit, bonisque operibus vitam aeternam mereatur.*

**N**Ota duplicem esse errorem Lutheri & Calvini in hac Quæstione. Primus est, dum uterque docet, impossibilem esse observantiam à viatore legis divinæ. Ita Luth. in c. 3. epist. ad Rom. & in respons. ad dialog. Syl-

Sylvestri. Prudentis. Pessimè fecerit quod negat  
salvatorem impossibilia iussisse. Calv. lib. 2.  
Inst. c. 17. p. 1. Quod autem impossibilem  
legem observantiam diximus, id paucis ver-  
bis explicandum. Secundus est: omnia ope-  
ra facta ab hominibus esse damnabilia, inquit  
namque; sordes, meritaque iniquitatem. Ita  
lib. 3. Inst. c. 12. n. 4. Omnia hominum o-  
pera nihil sunt, nisi inquinamenta & sordes,  
& quæ iustitiam vana habetur, etiam apud Deum  
meræ est iniquitas. Et c. 14. n. 11. Duobus his for-  
titer insistendum nullam unquam extitisse pi-  
i hominis opus, quod si severo Dei iudicio exa-  
minaretur, non esset damnabile. Et alibi,  
Habentis necessitatem à Sanctis exire opus, quod  
in se censetur, non mereatur justam oppro-  
brii mercedem. Eiusdem farinae est Lutheri  
doctrina art. 6. Thoma. & tractans de votis.  
Opus bonum (ait) non potest doceri, nisi la-  
das fidem, cum fides & opera in rejustifica-  
tione extreme adversentur: ita fit, ut do-  
ctrina operum necessario sit doctrina dam-  
natorum & discessio à fide. Contra quos

Dico. Possibilis est observantia legis di-  
vine.

Probatur 1. ex S. Scriptura. Exod. 20. v.  
6. Faciens misericordiam his, qui diligunt  
me, ut custodiant præcepta mea. Deut. 10.  
v. 1. Ama Dominum Deum tuum, & obser-  
va præcepta eius. 3. Reg. 14. v. 8. Non fuisse  
sicus

*secus servum meum David, quod custoditis mandata mea, & secutus est me in toto corde suo* Joan. 15. v. 10. *Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea.* Joan. 17. v. 6. de Apostolla. *Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum servaverant.* Lucus 1. v. 6. de Zacharia & Elisabeta. *Erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini sine querela.* Alios Textus videre poteris Quaest. XVIII.

Probatur 2. ex SS. PP. Basil. M. prooemio de vera fide. *Christi ille non est famulus, sed subsannator & irrisor est, qui citius se servum dicit, cui servire diffimulat.* Salvian. lib. 4. de Provid. *Hac hominis Christiani fides, fideliter Christi mandata servare, nec Christum credit, qui Christi mandata conculat.* S. Leo Serm. 5. de Nat. *Frustra apellamur Christiani, si imitatores non sumus Christi, qui idcirco se viam esse dixit, ut conversatio magistri forma esset discipuli.* Ita & caeteri SS. PP. omnes, qui unanimitate nos ad observantiam legis adhortantur.

Probatur 3. varijs rationibus 1. Aut Scriptura falsum dixit, Davidem, Zachariam & Elisabeta &c. Sanctos legem Dei observasse, aut Lutherum & Calvinum mentitos fuisse docendo, impossibilem esse observantiam legis. Primum implicat, ergo alterum est verum. 2. Ille aut Tyrannus, aut corrupti cerebri est, qui

quod aliquid præcipit, quod observata est impossibile, sed hoc in sententia adversariorum contingeret, ergo &c. 3. Vel illa impossibilitas se tenet circa omnia præcepta decalogi, vel circa aliqua; non circa omnia; an loquimur omnes fures, omnes adulteri, omnes mœchi &c. esse. Nec circa aliqua, quis &c. multi sunt, qui nec fures, nec mœchi sunt. Nec valet dicere cum quibusdam: si non externe tales sunt, saltem sunt interne, ut dum cogitationibus legem transgrediuntur. Sed unde ipsis hoc constat? quis eos renum & cordium constituit scrutatores? videamus tamen quæ dicunt.

*Expediuntur argumenta adversariorum.*

Obijciunt 1. Act. 15. v. 10. *Quid tantis patis Deum, imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare posuimus.* Ex quibus verbis inferunt impossibilitatem observationis legis ob ejus importabilitatem, simulque salutem fieri ex sola Christi gratia, quæ nos in libertatem posuit à jugo legis liberavit. Respondeo, passum allatum non esse ad rem; non enim loquitur ibi Apostolus D. Petrus de lege morali, quæ in Decalogo est, sed de cæremoniâ, & Judaica, quæ importabilis vocatur non quidem absolute, & simpliciter; cum mul-

et eam observarint. Sed ita vocatur, quod  
 aegre & difficulter observetur. Sic etiam Chri-  
 stus traditiones Pharisaicas vocavit *onera gra-  
 via & importabilia* Matt. 23. v. 4. Et ta-  
 men multi eas observarunt.

Objiciunt 2. Illud ad Gal. 3. v. 10. *Qui  
 nunque ex operibus legis sunt, sub maledictio-  
 nis sunt.* Scriptum est enim: *Maledictus omnis  
 qui non permanserit in omnibus, quae scrip-  
 ta sunt in libro legis, ut faceret ea.* Respon-  
 deo, locum illam hoc modo intelligi. *Qui  
 nunque ex operibus legis sunt, id est sectan-  
 tur opera & caeremonias Moysaicas, & in il-  
 lis justitiam suam fundant, tantum abest, ha-  
 redes sint benedictionis Abrahamae promissae, ut  
 etiam sub maledictio sunt, id est maledictionis  
 & punitionis rei.* Scriptum est enim: *Male-  
 dictus omnis, qui legem transgreditur.* At-  
 qui omnes, qui sub lege sunt, si fidem Chri-  
 sti non habuerint, vel crediderint, se sine gra-  
 tia posse justificari, legem violant, ergo om-  
 nes maledicti sunt. Sed unde haec consequen-  
 tia: *Maledictus omnis* &c. ergo observatio  
 legis est impossibilis?

Objiciunt 3. Rom. 7. v. 18. *Velle qui-  
 dem adhaeret mihi, perficere autem bonum  
 non invenio.* Ergo etiam si cupiamus observa-  
 re legem, non tamen poterimus. Respondeo  
 I. Apostolum fateri, se quidem promptam ha-  
 bere voluntatem appetendi bonum, attamen  
 exe-

augustinus difficultatem se advertere, parat illud Matt. 26. v. 41. Spiritum quidem promptum est; caro autem infirma. homo rebellis & resistens, non autem impossibilitatem. Respondeo 2. cum non loqui de observatione legis, sed de carentia motuum concupiscentiarum, a quibus libenter liberi esset, attamen non esse in potestate sua illis, carere.

Obiiciunt 4. v. Joan. 1. v. 8. Si dixerimus, quod non peccatum habemus, ipsi nos seducimus. Jacob. 3. v. 2. In multis offendimus omnes. Si itaque sine peccato vivere non valemus; quomodo ergo legem Deo observare possimus? Respondeo cum distinctione, quod ad peccata venialia concedo; quod ad mortalia nego. Et ideo Conc. Trid. Sess. 6. ca. 23. hæc verba habet: Si quis hominem sensu infirmitatem dixerit amplius peccate non posse, neque in gratiam amittere, nisi per gratiam, posse in tota vita omnia peccata, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio; quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia, anathematis sit. Quod ipsum fatetur Clem. Alexand. 1. Pedagog. c. 2. Nil omnino peccare proprium est Dei. Et hoc obiiciunt hominis concupiscentiam, infirmitatem, & animi mutabilitatem.

### Quo ad alteram Questionis partem.

Prænotandum 1. Meriti duplicem esse di-

visionem, in meritum de condigno, & de congruo. Primum est, cui ex iustitia merces & praemium debetur. Secundum, cui ex quadam congruentia & decentia merces debetur. Licet autem inter Deum & creaturam non possit esse rigorosa quaedam omnino iustitia, ut creatura Deum debitorem facere possit, est tamen quaedam iustitia latè sumpta, qualis est inter patrem & filium, inter dominum & servum, & ut homo iustus, est membrum vivum Christi, & ex ejus meritis & virtute operatur.

Notandum 2. Quinque à Doctoribus assignari conditiones ad meritum de condigno. Prima est, ut qui meretur, sit in via. Secunda, ut sit in statu gratiae sanctificantis. Tertia, ut sit liber ab omni coactione, & necessitate. Quarta, ut opus ex omni parte sit bonum, & honestum, quod facit. Quinta tandem, ut intercedat pactum & promissio ex parte ipsius Dei de mercede danda pro tali bono opere. His praenotatis

Dico, Justos operibus bonis mereri vitam aeternam.

Probatur 1. ex S. Scriptura. Rom. 2. v. 5. *Deus reddet unicuique secundum opera sua: ijs quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quaerunt vitam aeternam.* 2. Tim. 4. v. 7. *Bonum certamen certavi, --- in reliquo reposita est mihi corona iustitiae.* 1. Cor. 3. v. 8.



3. v. 8. *Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Matt. 9. v. 12. *Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* Et alibi in pluribus locis.

Probatur 2. ex SS. PP. Cyprian. Serm. de opere & elemos. *Praeterea ac divina res factus aris operatio, qua promeretur Christum iudicem, & Deum compus at debitorem.* S. Ambr. lib. 7. in S. Lucam. *Reddes ergo Domine quod debes, beati quibus es debitor.* S. Aug. in Psal. 63. *Venale est regnum calorum, pretium ipsius est labor.*

Probatur 3. ratione. Impiis datur pro meritis malorum operum damnatio aeterna, ergo è converso pro meritis bonorum operum iustis datur vita aeterna.

### *Lustrantur argumenta adversariorum.*

Obiiciunt 1. Rom. 8. v. 18. *Non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam:* ergo actionibus suis iusti nihil possunt mereri per se. Respondeo 1. cum distinctione. Actiones nostrae non sunt condignae sine gratia, concedo, cum gratia nego. Respondeo 2. Actiones nostrae, seu passionis potius non sunt condignae ad futuram gloriam ratione durationis, cum sint temporales, & vita beata aeterna; sunt autem condignae ra-

M f tione

ratione gratiæ & promissionis Dei, quod sufficit. Et patet ex illo 2. Cor. 4. v. 17. *Momentaneum est leve tribulationis nostra æternam gloria pondus operatur in nobis.*

Objiciunt 2. Lucæ 17. v. 18. *Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicitis: Servi inutiles sumus.* Respondeo cum S. Ambrosio lib. 8. in Luc. Nos esse servos inutiles, si consideremus id quod facimus, prout à nobis tantum est, sed non ut est à Christo operante in nobis per gratiam suam. Vel ut explicat Vener. Beda: Nos esse servos inutiles respectu Dei, quia nihil utilitatis ei ex nostris operibus intrinsece accedit, licet per eius misericordiam & gratiam opera illa bona nobis sint utilia & proficua: quia dum obsequimur nutui divino, ejusque gloriam propagamus, mercedem & præmium merito accipimus. Vel etiam cum S. Aug. Serm. 219. de verbis Domini: *Inutiles sumus ad mercedem vitæ æternæ secluso divino pacto, utiles interveniente eo & promissione.* *Euge servus b. nec b. fidelis.* Matt. 23. v. 23.

Objiciunt 3. Si nos operibus nostris mereamur vitam æternam, falsum esset, Christum eam nobis meruisse, vel saltem sequitur: Christi meritum non fuisse sufficiens, cum indignisset meritis nostris, vel si sufficiens, ad quid merita nostra? Respondeo adversarios malo laborare supposito; dum supponent, merita nostra opponi meritis Christi, ac proinde tantum subtrahi meritis ipsius, quantum laudis tri-

tribuitur nostris. Quæ suppositio utique falsissima est; quia merita nostra non nisi ex meritis Christi quidquid boni est, totum hoc habent, quod minime redolet defectum aliquem, vel insufficientiam meritorum Christi, imò potius laudem, & maximam eorum dignitatem: sicuti enim viti nulla fit injuria imò potius honor, si palmites ejus multos producant fructus, ita etiam à pari Christo nulla fit injuria; cum æque sine ipso nihil boni facere possimus, sicuti palmites à vite separati. *Ego sum vitis* (ait Christus) *vos palmites, sicut palmeæ non possunt ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis*: Joan. 15. v. 4. Unde falsa pariter est illatio altera, si merita nostra requirantur, insufficientia esse merita Christi; sed quia sic ordinavit, ut cooperemur & nos, ideo si participes esse velimus meritorum ipsius, necesse est, ut nostra addamus: *non enim omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine intra- bit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse intra- bit in regnum celorum.* Matt. 7. v. 21. Quod utique fit adimplerione præceptorum & exercitio bonorum operum.

Obliciunt 4. Mai. 64. v. 6. *Et facti sumus, ut immundus omnes nos, & quasi pan- nus menstruata universa justitia nostra*: Si rego immundæ sunt omnes nostræ justitiæ, quomodo dignæ vitæ æternæ? Respondeo I. Deum

Deum non loqui de hominibus iustis, sed de impijs, inter quos multi Judæi erant, qui fictè & externè Deum colebant, & intùs pleni erant rapinis: totamque sanctitatem in sacrificijs, & neomenijs collocabant, quæ Deus execrabatur Isa. 1. v. 13. *Incensum abominatio est mihi.* Respondeo 2. cum S. Aug. iustitiam nostram immundam esse, in quantum cum omni rigore comparatur ad iustitiam Dei. *Nemo bonus, nisi unus Deus.* Marc. 10, v. 18. dicit Magister noster, scilicet ex propria sua natura & essentia: à qua tanquam à fonte & origine omnis boni, actiones nostræ bonitatem suam hauriunt.

Obijciunt 5. Psal. 142. v. 2. *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Respondeo cum S. Aug. neminem esse tam iustum semper totà suà vità, quin admiserit, vel admittat quædam peccata venialia: ex quo tamen non licet inferre omnia iustorum opera esse peccata. Vel cum S. S. Hilar. Hieron. & alijs in hunc locum, ut supra iustitiam nostram comparatam ad iustitiam Dei increatam & infinitam, iustitiam esse non videri, quomodo lux lucernæ coram sole non licet.

Obijciunt 6. Eccles. 7. v. 21. *Non est enim iustus homo in terra, qui faciat bonum & non peccet.* Respondeo. Ex hoc Textu aliud non haberi, nisi quòd nemo sit in terra, qui non aliquando peccet saltem venialiter, non autem idem iudicium faciendum est de mortali.

libus. Nonne *Septies cadet justus, & resurges?* Proverb. 24. v. 16. Et quis eum dicit esse justum, si mortalibus culpis animam foedatam habuerit? vel omnes homines talenta habere?

## Q U Æ S T I O XXI.

*An Deus omnibus det gratiam sufficientem ad salutem.*

**O**missis brevitatis causâ alijs divisionibus gratiæ : per gratiam sufficientem intelligitur donum quoddam, quo ita excitamur ad bonum faciendum, vel malum fugiendum, ut reverâ illi consentire possimus, quamvis non semper consentiamus. Et per hoc differt à gratiâ *efficaci*, quæ in quodam interno impulsu & motu à Deo producto consistit, quibus ita movemur, ut reverâ consentiamus. Contra quam gratiam *sufficientem* insurgunt Lutherus & Calvinus cum suis asserentes : omnem gratiam actualem semper esse efficacem, ita ut ei necessario obtemperetur quidem, sed non coactè. Ita Luth. in lib. de servo arbit. *Necessariò operamur, sive bonum, sive malum, necessariò inquam, non verò coactè, & utitur hac similitudine. Humana voluntas in medio posita est ceu jumentum, si infederis Sathan, vult & vadit, quò vult Sathan : si inf.*

incederis Deus, vult & vadit, quò vult Deus.  
 Et Calv. lib. 2. Inst. c. 3. n. 10. Voluntatem  
 movet gratia; non qualiter multis saculis  
 traditum & creditum est, ut postea nosstra sit  
 electionis, motioni aut obtemperare, aut res  
 fragari, sed illam efficaciter afficiendo. Quae  
 erronea doctrina expressè est contra S. Script.  
 Isa. c. 5. v. 4. Quia est quòd debui ultra fa-  
 cere vinea mea, & non feci ei? an quòd ex-  
 pectavi, ut faceres uvam, & fecisti thibiscas?  
 Prov. I. v. 24. Vocavi te & tenuistis: ex-  
 tendi manus meas, & non fuit qui aspiceret  
 &c. Matt. 11. v. 21. Pa sibi Corozaim, & Ty-  
 ribi, Bethsaida: quia si in Tyro & Sydone fa-  
 cta fuissent virtutes, quae facta sunt in vo-  
 bis, otium in cinere & citicio poenitentiam e-  
 gissent. Et 23. v. 37. Quoties volui congregare  
 filios tuos, & noluisti. Act. 7. v. 51. Vos  
 semper Spiritui Sancto resistitis. Rom. 2. v.  
 4. & 5. Ignoras quoniam benignitas Dei ad  
 poenitentiam te adducit, securam autem  
 duritiam tuam, & impenitens cor thesauri-  
 rixas tibi iram. Ex quibus Textibus aperte  
 patet gratiae divinae non fuisse obtemperatum;  
 hinc factam fuisse resistantiam. Quemadmo-  
 dum autem Hæresiarchæ illi sufficientem illam  
 gratiam impugnant, ita etiam negant Deum  
 omnibus eam dare. Contra quos

Dico, Deum dare omnibus sufficientem  
 gratiam ad bene operandum, & ad salutem  
 per bona opera consequendam.

Pro-

Probatur 1. ex S. Scriptura Sap. 1. v. 24.  
& ult. *Misereris omnium, quia omnia potes,  
& dissimulas peccata hominum propter pe-  
nitentiam* - - - *Parcis autem omnibus,  
quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.*  
Joan. 1. v. 9. *Erat lux vera, qua illuminat  
omnem hominem venientem in hunc mun-  
dum.* 1. Tim. 2. v. 5. & 4. *Unus enim Deus  
pater & mediator Dei, & hominum homo  
Christus Jesus, qui dedit redemptionem se-  
metipsum pro omnibus. Qui omnes homines  
vult salvos fieri, & ad agnitionem verita-  
tis venire.* 1. Joan. 2. v. 2. *Ipse est propi-  
tatio pro peccatis nostris; non pro nostris au-  
tem tantum, sed etiam pro totius mundi.*

Probatur 2. ex SS. PP. Ignat. epist. 6. ad  
Philadelphos: *Amator hominum est Deus no-  
ster, & vult omnes salvos fieri, propter quod  
& solem suum oriri facit super bonos & ma-  
los.* Dionys. Areop. in coelest. Hierarch. c. 9.  
*Immensum & infinitum divini luminis perla-  
gus semper paratum esse, & patere omnibus  
ad participandum.* Irenæ. lib. 4. c. 71. *Vis in  
Deo non fit, sed bona sententia adest illi sem-  
per, & propter hoc bonum consilium dat sem-  
per omnibus, posuit autem in homine pote-  
statem electionis,* Ambrós. Serm. 8. in Psal-  
t. 118. in verba Matth. 5. *Facit oriri solem  
super justos & injustos (ait.) si quis ex lumine  
de non gaudeat, sibi impurare; quia fra-*

dat seipsum; non aliter, quam si clausis fenestris radios solares excludat. Aug. lib. 1. Q. ad simplic. c. 2. Noluit Esau, & non curris, sed si voluisset, accurrisset, Dei adjutorio pervenisset. Hieron. in c. 1. ad Ephel. Vult salvare omnes &c. sed quia nullus Absque propria voluntate salvatur, vult nos bonum velle, ut si non voluerimus, velit & ipse in nobis suum adimplere consilium. Ita & alij SS. PP.

Probatur 3. rationibus. 1. Deus vult omnes homines salvos fieri. 1. Tim. 2. v. 5. ergo cuilibet debet dare media & auxilia necessaria ad hoc; alit non dat omnibus efficacia, ergo sufficientia. 2. Christus pro omnibus est mortuus, omnium est Redemptor, pro omnibus instituit Sacramenta &c. ergo omnes quantum est ex parte ipsius habent auxilium sufficiens ad salutem, sed tale est gratia sufficiens, ergo omnibus dat Deus gratiam sufficientem. 3. Non posse converti solummodo est damnatorum, alit sine gratia sufficienti homo non potest converti, ergo vel dici debet homines esse in hac vita, sicut sunt damnati jam in termino, vel posse converti sine gratia sufficienti, vel gratiam habere sufficientem. Primum repugnat. Quis enim audebit dicere Deum nobiscum agere, sicut agit cum damnatis? Secundum est error Pelagianorum: ergo concedi debet tertium: hominem nempe habere gratiam sufficientem.

Pro:



**Proponuntur argumenta adversa-  
riorum.**

Obijciunt 1. Jerem. 7. v. 15. *Tu ergo noli orare pro populo hoc - - - quia non exaudiam: ergo non datur omnibus gratia sufficiens. Respondeo. Deum noluisse exaudire Prophetam pro Judæis orantem; quia se ob scelera patrata fecerant indignos, non tamen Deus deerat populo illi, quin gratiam sufficientem seu auxilia dederit, quæ quia neglexerunt, ideo tam graviter lapsi fuerunt. Unde monet Apostolus, 2. Cor. 6. v. 1. *Hortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.**

Obijciunt 2. Pagani non habent cognitionem Incarnationis & Evangelij necessariam ad salutem, ergo non habent auxilia sufficientia. Respondeo. Ipsos habere lumen naturale, quo cognoscunt legem naturæ, & præter hoc & alias varias internas inspirationes supernaturales, quibus excitantur, & præveniuntur, quod si ipsis obedierint, certè Deus ipsis necessaria, aut per se, aut per Angelos, aut per homines præstabit, eosque viam salutis docebit, uti fecerunt uti, Eunuchò & alijs.

Obijciunt 3. Obcecatio & obduratio peccatoris juxta D. Aug. epist. 105. consistit in subtractione gratiæ. *Non obdurat Deus imperitendo malitiam, sed non imperitendo gratiam.* Respondeo 1. Obdurationis genus esse duplex. Una obduratio vocatur, absoluta, al-

N

tera

tera secundum quid. Prior consistit in subtractione omnis gratiae, & talis est in damnatis & demonibus. Posterior consistit in subtractione alicujus gratiae specialis, qua efficaciter peccator moveretur: licet ei semper aliquod auxilium sufficiens concedatur, quo posset, si vellet converti, attamen id ob pravitatem omittit. Priori itaque modo nulli viatori etsi pessimo gratia subtrahitur. Respondeo 2. Hanc excacationem intelligi debere *permissive*, & impossibilem esse moraliter conversionem obduratorum: quia Deus subtrahit eis specialia auxilia, & eos in sola relinquit gratia sufficienti. Vel dicitur Deus indurare peccatorem secundum S. August. *manifestative*: quia scilicet apertis signis declarat duritiam cordis peccatoris. Vel tandem etiam *figurative*, & non proprie ob longanimitatem, & patientiam, qua Deus expectat & tolerat peccatorem: *Ecce sicut ad estium, & pulso.* Apoc. 3. v. 20. quae longanimitas postmodum occasio est obdurationis peccatoris.

Obj. 4. 2. Machab. 9. Antiochus rogavit Deum, & tamen non fuit exauditus; ita etiam Esau non invenit poenitentiae locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam. Hebr. 12. v. 17. cum ergo exauditi non fuerint, signum est, eos non habuisse gratiam sufficientem. Respondeo. Peccatores non frustra Deum orare, si debite orant, & cum recta intentione, & ex motivo poenitentiae. Quia autem Antiochus  
piae

plaga divina percussus orabat quidem, sed non propter peccata sua, sed propter vehementes dolores, ideo merito non fuit exauditus. Ita etiam Esau doluit quidem, sibi ereptam fuisse primogenituram, sed non doluit ob peccata, unde etiam se indignum fecit exauditionis divine.

Obijciunt ꝑ. Saltem parvulis sine Baptismo decedentibus Deus non dat gratiam sufficientem, ergo &c. Respondeo, Deum & ipsis quoque providisse de medio sufficienti, scilicet Baptismo, ut dum alia sufficienti gratia ob carentiam usús rationis frui nequeat, illo salvati possunt. Quod autem eo quandoque priventur, id Deo minime adscribendum est, sed causis quibusdam secundis extrinsecis, quas Deus ut provisor generalis motus suos proprios agere sinit: cum omnia disponat suaviter, ratione quantum causarum deinde quandoque contingit, infantes in utero mori, vel quandoque ex incuria parentum, vel negligentia ministrorum fit, ut sic sine Baptismo decedant. Res varijs explicari potest exemplis: ut de Rege, qui subditos suos in captivitate detentos liberare volens, eis pecuniam numerat, ut mediante ea se liberent, si postmodum illa pereat, vel ex incuria captivorum, vel alia causa, quis Regem inculpabit, ac si subditos destituisset sufficienti auxilio? De Medico, qui optimam infirmo prescribit medicinam, si eam postmodum non sumpsit, vel alia ex causa perijt, & interim infirmus mor-

te prevenitur, quis medicum illum reum, vel partibus suis defuisse proclamabit?

Obi ciunt tandem 6. Res plane ridicula est, vocare gratiam, quæ nunquam habet effectum suum, sed talis est gratia sufficiens, ergo &c. Respondeo negando minorem, quia gratia sufficiens sæpissime suum habet effectum, non minus quam ipsa gratia efficax, si nimirum ei consensus præstetur: imò talis evadit; cum ab ea non nisi extrinsece distinguatur scilicet penes consensum, qui gratiæ non nisi extrinsecum quid est.

## Q U Æ S T I O XXII.

*Quid de Predestinatione, & Reprobatione sentiendum.*

**C**ALVINUS totam Prædeterminationis causam in absolutum Dei decretum, ejusque voluntatem refundit; afferens eum ratione sui absoluti domini ante prævisionem cujuscunque peccati, & boni operis quosdam destinasse ad gloriam, quosdam ad pœnam. Ita enim scribit. lib. 3. inst. c. 21. n. 5. *Prædestinationem vocamus æternum Dei decretum, quo apud se constitutum habuit, quid de unoquoque homine fieri vellet. Non enim pari conditione creantur omnes, sed alijs vita æterna, alijs damnatio æterna præordinatur. Etc. 22. n. 3. ubi dicitur: *Verò hoc regnat Dei placitum.**

nulla in considerationem veniunt opera. Quod ad primam partem non est hæreticus; cum non pauci DD. teneant Deum quosdam prædestinasse ad gloriam absque prævisis meritis. Quod ad secundam pro tali habendus est. Proinde.

Dico: Neminem à Deo reprobari, & ad poenam eternam damnari nisi ratione demeritorum prævisorum.

Probatur 1. ex S. Scriptura, in qua passim testatur Deus, se non velle mortem peccatoris. Et ideo, uti vidimus Quæst. antecedenti omnibus dat auxilium sufficiens ad salutem. Textus autem S. Scripturæ sunt clari. Ezech. 18. v. 22. Nunquid voluntatis mea est mors impij, dicit Dominus Deus, & non, ut convertatur à viis suis, & vivat? Et c. 33. v. 11. Viva ego dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, sed ut convertatur impius à via sua, & vivat. Matth. 18. v. 14. Non est voluntas ante Patrem vestram, qui in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis. 2. Petri 3. v. 9. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reverti.

Probatur 2. ex SS. PP. Aug. lib. 3. contra Julian. c. 18. Bonus est Deus (inquit) iustus est Deus, potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est, non potest quemquam sine malis meritis damnare, quia iustus est. S. Prosper. c. 2. ad Gall. Non ex eo necessarios persequens habuerunt, quia prædestinatos non sunt.

## 198 *Quaest. XXII. Quid de Praedestinatione:*

*sunt, sed idem praedestinati non sunt, quia non  
las futuri ex voluntaria praevaricatione praedestinati sunt. S. Fulgentius lib. 1. ad Monim. c. 23.  
Iniquos, quos praescivit Deus hanc vitam in  
peccato terminaturos, praedestinavit supplicio  
interminabili puniendos. S. Ambr. in 1. Tim.  
4. Vult enim Deus omnes salvos fieri, sed si accedant ad eum. &c.*

Probat 3. rationibus. Reprobare aliquem, est positivè illum odio habere, sed Deus neminem odio habet nisi propter culpam, ergo nec illum reprobat, nisi propter eandem: ac proinde reprobatio praesupponet praescientiam culpae. Tum excludere aliquem absque culpa ab aeterna felicitate, nec decet divinam clementiam, nec ejus justitiam, nec ejus paterna viscera, quibus creaturas rationales complectitur: ergo non reprobat eas ante praevisa demerita, quae causa sunt ex parte illarum talis reprobationis.

### *Enodantur argumenta adversariorum.*

Obijcit 1. Calvinus lib. 3. Inst. c. 22. n. 4. verba D. Pauli ad Rom. 9. in quibus totam suam vim & fundamentum ponit: 1. *Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali...* Jacob dilexisti, & Esau odio habuisti. 2. *Non est volentis, neque currentis, sed Dei misericordiae.* 3. *In hoc ipso exercitatus te, ut*

ostendam in te virtutem meam. 4. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. 5. An non habes potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam: ex quibus verbis colligit positivam detestationem Esau, & in ipsius persona omnium reproborum independentem a prævisione demeritorum. Respondeo, omnia loca adducta esse minimè contra nos, imò potius pro nobis: nam iuxta SS. PP. & DD. hoc modo intelligenda sunt. Inprimis secundum eundem loquitur Apostolus de homine corrupto per peccatum originale. 2. minimè ibi esse sermonem de gloria cælesti, sed de gratijs particularibus, quibus Deus Jacob ejusque posteros prosequutus fuit præ successoribus Esau. 3. Per odio habere, intelligitur hinc minus diligere: sic enim non infrequenter in Scriptura sumitur: sic præcipimur odio habere parentes, id est minus diligere. Ita Deus odio habuit Esau, id est minus dilexit, minores scilicet ei conferendo gratias, quam Jacobo, & cum huic ejusque posteris tantum tanquam populo electo contulerit terram promissam Chanaan possidendam rejecto Esau ejusque posteris Idumæis, quos variè affixit Deus. 4. Tandem nec Paulus ibi dixit: antequam prævidisset, sed antequam fecissent aliquid boni vel mali. Non est volentis &c. Ex hoc aliud non habetur, nisi prout benedictio, quæ Jacobo, suisque posteris obvenit, ex mera liberalitate & beneplacito

Dei ei contigit, ita etiam misereri vel non misereri alicujus, sed relinquere in suis miserijs, ut reliquit Pharaonem in suis peccatis & obduratione, est in potestate Dei, quem utique eripere potuisset, si voluisset, uti eripuit Nabuchodonosorem, Cyrum & alios quosdam Tyrannos, qui æquè ut Pharaon perversi erant, & hoc absque ulla injustitia; cum nulli ad id obligetur ex debito, ut si quis v. g. ex duobus, quibus nulli tenetur, uni aliquid liberaliter donet, alio dimisso, non est injustus aut iniquus, sed misericors. Similiter si duobus ipsum æquè offenderibus, uni dimittat offensam, & in alium exerceat justitiam, uni est misericors, & alteri est justus, neutri verò injustus aut iniquus: ita etiam de Deo est discurrendum; semper enim in eo elucebunt vel misericordia vel justitia, vel sapientia &c. nunquam autem injusta potentia vel depressio innocentis. *In hoc ipso excitavit &c.* Virtutem suam Deus ostendit dupliciter, vel per viam justitiæ, vel per viam misericordiæ, hæc pro suo beneplacito sæpè & absolute utitur, illà non nisi sub conditione culpæ, reprobatio enim dicitur odium Dei; sed odium Dei non est nisi circa peccatum & peccatorem: quia ut dicitur Sap. 14, v. 9. *Odio sunt Deo impius & impietas ejus*: ergo sicut odium Dei præsupponit peccatum præcivum, ita etiam reprobatio. *Cujus vult miseretur &c.* Indurare aliquem dicitur Deus non directè & propriè, sed indirectè & impropriè, dum nempe sub-



trahit peccatori auxilia gratia specialia, vel frequentia, cumque in sua relinquit malitia, uti fufius explicatum fuit Quæst. anteced. in objectione 2. *An non habeat peccatorem &c.*  
 Ad hoc respondeo; sicuti improprie Deus dicitur indurare, ita etiam improprie & indirectè dicitur facere vas in contumeliam: cum proprie & directè per culpas suas peccator se tale faciat; posset enim si vellet ex vase contumelie fieri vas in honorem. Ex qua explicatione igitur patet totam reprobationis causam esse peccata, sine quibus Deus T. O. M. neminem in numerum præscitorum collocat. Et ideo Apostolus in dicta epistola c. 2. hæc scribit: *An duritiam benignitatis ejus, & mansuetudinis & longanimitatis contempnis? ignorans quod benignitas Dei ad penitentiam te adducit: secundum autem duritiam tuam, & impietatem cor thesaurizas tibi in die ira, & revelationis justis iudicij Dei.*

Obijciunt 2. Illud Exodi 9. v. 16. *Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam.* Respondeo, per fortitudinem intelligi patientiam & longanimitatem; ut sensus sit, posui te, ut ostendam in te patientiam meam in dissimulando contumaciam tuam in peccando; & longanimitatem in sufferendo tuam duritiam.

Obijciunt 3. Sap. 12. v. 15. *Cum ergo sis justus, justis omnia disponis: ipsi enim qui que, qui non*

204 *Quaest. XIII. Quid de Prædeterminatione?*  
*debet puniri, condemnari, & exterum effici*  
*mas à tua virtute.* Respondeo, passum illum  
intelligendum esse de punitione duntaxat tem-  
porali, quam Deus quandoque hominibus ju-  
stis & innocentibus infligit; ut dum eorum pa-  
tientiam, humilitatem, constantiam &c. exer-  
cere vult; quemadmodum fecit cum Job &  
alijs Sanctis viris.

Obiiciunt 4. Dilemma illud desperatorum,  
Vel ab æterno prædestinatus sum ad Cælum,  
vel reprobatus ad infernum: si prædestinatus,  
quidcunque egero, salvabor, si reprobatus,  
quidcunque etiam egero, damnabor, ergo  
quid interest, an prædestinatio illa fiat ex præ-  
visis vel non prævisis meritis, vel reprobatio  
ex prævisis demeritis, vel ut multum sollicitus  
sim de bona vel mala vita. Respondeo, hoc  
modo. Si prædestinatus sum à Deo ad gloriam  
per certa media, quæ sunt in mea potestate, &  
illa adhibuero certè salvabor. In mea autem  
potestate est adhibere illa media, quæ condu-  
cunt ad gloriam, uti sunt opera pietatis, &  
observatio legis divinæ, & é contra illa trans-  
gredi. Si ergo illa observavero, salvabor, si  
transgressus fuero, condemnabor. Res exem-  
plo infirmi declaratur. Vel Deus ab æterno  
prævidit & decrevit te ex hoc morbo moritu-  
rum, vel evasurum. Si te prævidit moritu-  
rum, certè morieris; sin minus, certè evades.  
An ideo negliges applicare medicinam? Si pu-  
tas, te per medicinam vitam corporalem posse

**CON**

conservare, ne intereat; cur non credis etiam te per Poenitentiam & opera bona mortem animæ evadere posse?

## QUESTIO XXIII.

### *An homo habeat liberum arbitrium.*

**N**Ota per liberum arbitrium intelligi liberam in agendo voluntatem, quæ non obstante lapsu, & contracto peccato originali in homine quæ ad actiones naturales minimè amissa fuit, ita quidem, ut juxta Doctorem subtilem illud negantes non rationibus, sed cruciatibus invadendi essent, & tandem quidem, usque dum fateri deberent, in potestate voluntatis nostræ esse, cessare posse. Et certè experientia id ipsum docet. Quis etenim neget in nostra esse potestate & arbitrato vel sedere, vel loqui, vel tacere &c. Sed de tali libero arbitrio quod ad actiones scilicet naturales hæc non est difficultas; sed quod ad actiones morales inter nos & Novatores lia est. Nos illud astruimus, illi id absolute negant. Luth. de sermo arbitrio contra Erasmus scribens de libero arbitrio hæc habet: *Deus nihil præscit contingenter, sed omnia immutabili, & æterna, infallibilique voluntate, & prævidet, & proponit, & facit. Hoc fulmine sternitur & solvetur penis liberum arbitrium.* Quæ sequitur Calvinus lib. 2. Instit. c. 2. cui titulum per-

prefigit, *Hominem arbitrij libertate nunc  
offe spoliatum, & miserè servituti addictum.*  
Contra quos

Dico: Non obstante lapsa hominis, primi  
esse in nobis liberum arbitrium tam quò ad a-  
ctiones naturales, quam morales.

Probatur 1. ex S. Scriptura, Gen. 4. v. 7.  
*Daune si bene egeris, recipies: sin autem male  
ce, statim in foribus peccatum aderit? Sed  
sub te eris appetitus eius, & tu dominaberis  
illius.* Eccles. 15. v. 14. & sequent, *Deus ab  
initia constituit hominem, & reliquit eum in  
manu consilij. Adiecit mandata, & precepta  
sua . . . si volueris mandata servare, conser-  
vabunt te . . . Apposuit tibi ignem & aquam,  
ad quod volueris porrigere manum tuam* Eccles.  
31. v. 10. *Qui potius transgredi, & non est  
transgressus &c.* Jerem. 3. v. 5. *Ecce locus a es  
& fecisti mala, & poruisti.* Matt. 23. v. 37.  
*Quoties volui congregare filias tuas . . . &  
noluisti.* 1. Cor. 7. v. 37. *Qui statuit in cor-  
de suo firmus, non habens necessitatem, por-  
statem autem habens sua voluntatis.* Marc.  
14. v. 7. *semper enim pauperes habetis vobiscum,  
& cum volueritis, potestis illis benefa-  
cere.*

Probatur 2. ex SS. PP. Aug. lib. 2. de lib.  
arb. c. 18. *H. mo ipse, in quantum homo est, at-  
que bonum est, quia rectè vivere, cum vult,  
potest.* D. Hilar. in comm. Psal. 2. ait: *Unicus-  
que*

que nostram libertatem vita permittit, non  
necessarium in alio mundo efficiens. S. Ambr.  
lib. 2. c. 3. *Voluntatis arbitrio, non pro necessi-  
tatis obsequio.* S. Joan. Chrysostr. in c. 2. *Ille :*  
*Ad hoc nullo non tempore studium omne suum*  
*adhibuit diabolus, ut experies intelligentia,*  
*ac parum cordatos, in hanc inducat senten-*  
*tiam, quod opera ipsa virtutis & malitia sua*  
*non sunt in eorum potestate, & quod minime*  
*sunt ornati honore liberi arbitrii.* Observent  
Hæresiarchæ illi, quem magistrum sequuntur.

Probatur 3. rationibus. Ille censendus est  
habere liberum arbitrium, qui juxta volunta-  
tem suam potest operari, vel non operari, sed  
hoc contingit in homine, qui à Deo gratiâ sua  
excitatur ad bonum, dum ei consensum præsta-  
re potest, vel non, uti patet in Judæis aliisque  
peccatoribus, qui tali gratiâ ex voluntate pro-  
pria resistunt, & resistunt, & ex bonis, qui  
ei consensum præstiterunt. Tum ex contra-  
ria sententia sequeretur, nullum peccatorem  
dignum esse reprehensione; cum omnia neces-  
saria agat, quod est expressè contra S. Scriptu-  
ram. Tum tandem etiam ad quid juvarent  
præcepta, & consilia? Et ad quid mali puni-  
rentur, & boni præmiarentur: ut proinde ve-  
rissimè scripserit S. Aug. lib. de fide Manichæo-  
rum c. 16. *Quis non clamet, stultum esse da-  
re præcepta ei, cui liberum non est, quod præ-*  
*cipitur facere?*

*Diluuntur argumenta aduersariorum.*

Obijciunt 1. Qui liberum habet arbitrium debet posse velle, & non velle operari. sed hoc non est in potestate hominis: quia juxta Apostolum c. 9. Rom. *Non est volentis neque currentis*, ergo. Respondeo 1. negando minorem & glossando Passum allatum, dico Apostolum loqui de prima gratia, & velle dicere, eam non esse in potestate nostra, ita ut homo illam pro suo libitu possit habere, quod nihil contra liberum arbitrium facit. Respondeo 2. *Non est volentis neque currentis*. scilicet velle, & currere perfectum sive consummatum usque ad finem, sed miserentis Dei sua misericordia ad finem perducentis. Velle tamen imperfectum adjacet. Vide etiam dicta superius Quaest. XXII. in objectione 1.

Obijciunt 2. Rom. 7. v. 19. *Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod volo malum hoc facio*; ergo homo non habet liberum arbitrium; cum nequeat facere bonum, quod vult. Respondeo, Apostolum minime ibi negare, se non posse facere, quod vult, sed solum, quod quandoque non cum illa promptitudine, & alacritate, & ita perfecte & complete prout vellet, utpote praepeditus a motibus concupiscentiae; quibus invalescentibus saepius multum retardatur voluntas nostra in bono, minime autem necessitatur. Et loquendo de primis mo-

abus, certum est non esse in potestate nostra, quin ob nostram corruptam naturam nobis accidant. Vide object. 3. Quest. XX.

Obijciunt 3. Deum omnia facit. Isa. 26. v. 12. *Omnia opera nostra operatus es Domine.* 1. Cor. 12. v. 6. *Omnia operatur in omnibus.* Ephel. 1. v. 11. *Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue,* ergo &c. Respondeo 1. Deum omnia facere, verum esse, non tamen per hoc sequi, ergo nos non habemus liberum arbitrium. Deus itaque omnia facit, quatenus concursu suo generali ad nostras concurrit operationes, ob quem tamen minimè impedimur in nostro libero arbitrio.

2. Textus allati non sunt ad rem; loquitur enim Iaias de miraculis Dei, quæ utique non sunt in nostra potestate & libertate. S. Paulus tractat de Prophetijs, discretionem spirituum & similibus donis. Et ad Ephel. de vocatione, & predestinatione, & non de libero arbitrio.

Obijciant 4. Jerem. 10. v. 23. *Scio Domine, quia non est hominis via eius.* Prov. 16. v. 9. *Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius.* Prov. 20. v. 24. *Ab Domino diriguntur gressus viri, quis ausens hominum intelligere potest viam suam?* Si ergo omnia diriguntur à Domino, quomodo homo poterit habere liberum arbitrium? Respondeo Prophetam fateri non esse in hominis libertate viam eius, quasi illa sine providentia Dei juxta placitum uniuscujusque dirigì posset: tum

ciam ex illa quisque pro meritis hinc à Deo: vult  
 castigaretur, vel exerceatur, & probeatur, & quia  
 iustam indignationem ob scelera populi. in Dei  
 providentia decretam timet, ejus impletat mi-  
 sericordiam, uti patet ex sequentibus verbis  
 unde non video, quomodo providentia illa. li-  
 berum tollat arbitrium, vel sit ad rem. Hectus  
 ille, Ceteri duo Passi aliud non insinuant, nisi  
 vias sine auxilio Dei non posse dirigere gressus  
 nostros, ut feliciter nostra succedant operatio-  
 nes; quare merito ab ipso expectandum est, ut  
 nobis auxilio sit, uti monet D. Bernardus libi de  
 gratia & lib. arbit. *Conatus nostri et cussi sunt nisi  
 non adjuvantur, & nulli, si non excitentur.*  
 Hinc Theologi colligunt duplex esse officium  
 gratia actualis: unum prævenire, excitare, &  
 preparare nostram voluntatem & consensum;  
 alterum voluntatem jam preparatam adjuvare,  
 & cum ea cooperari ad consensum elicien-  
 dum.

Obijciunt 1. 2. Reg. 16. v. 10. *Dominus  
 præcepit Semei, ut malediceret David.* Et 2. 24  
 v. 1. *Commovitque Dominus David in via de-  
 centem: Vade numerum Israel, & Judam.* Et  
 Ezech. 14. v. 9. *Ego Dominus decepi Prophe-  
 tam illum.* Si ergo juxta Calvinum præcipit,  
 movet, & instigat, quomodo liberum erit ho-  
 mini contrarium facere? Respondeo, Deum  
 circa peccata varia facere, ex quibus Textus  
 illi necessario, explicandi sunt. 1. Non impe-  
 diendo consensum eorum, qui jam parati erant  
 male



malè agere. 2. Negando illis speciale gratia-  
 auxilium, quo deficiente facile peccant. 3. Sa-  
 pè sedendo, & gubernando internas voluntate-  
 res, ut licet ex proprio vitio malè sint, tamen  
 à divina providentia ad unum potius malum,  
 quàm ad aliud non positivè sed permissivè diri-  
 gantur. 4. Sæpè præbendo homini occasio-  
 nem boni, & ipse ad malum utitur. 5. Pecca-  
 ta impiorum dirigendo & ordinando ad salu-  
 tem electorum.

Objiciunt 6. Proverb. 21. v. 1. dicitur  
*Cor Regis in manu Domini: quocumque volue-  
 rit, inclinabit illud.* Respondeo, Dominum  
 minime violenter cogere cor Regis, seu alterius,  
 sed suaviter, ut dum Deus corda nostra ad pla-  
 cium suum dirigit, nobis obijciens, quæ inge-  
 nijs nostris congruere agnoscit, ut sic liberè,  
 & libenter exequamur id, quod ipse vult.

Ad id quod quidam urgent, quasi ipsimet  
 SS. PP. quidam negassent liberum arbitrium,  
 & signanter S. Aug. quem erroneè totum pro-  
 parte sua citat Calvinus lib. & cap. cit. superius  
 ut dum ait varijs in locis illud fuisse perditum  
 epist. 107. ad Vital. *liberum arbitrium ad di-  
 ligendum Deum primi peccati grandine per-  
 didimus*: & alibi. Respondeo, SS. PP. & maxi-  
 mè Aug. aliud non voluisse intellexisse, nisi li-  
 borum nostrum arbitrium non esse ampliùs ita  
 instructum omnibus ad amandum Deum viri-  
 bus & facultate, ut ante lapsum, scilicet justi-  
 fià originali, adòque peccatò perijisse non pro-  
 priè

præ. sed improprie, in quantum nimirum ceteros perfecta & completa illa bene operandi possibilitate. Et ideo idem S. Doctor lib. contra 2<sup>am</sup> epist. Pelag. c. 2. dicit, *Quis nostrum dicat, quod primi hominis peccata perierit liberum arbitrium de humano genere?*

Nota pro fine: Triplex esse genus libertatis. Prima vocatur *libertas a servitute*, qua gaudent omnes, qui non sunt mancipia. Secunda est: *libertas a coactione*, & sunt libera illa, quæ in suis operationibus nullam violentiam aut coactionem patiuntur, quæ libertas etiam communis est brutis. Tertia tandem vocatur *libertas a necessitate* secundum quam liberæ censentur creaturæ, quæ nulla necessitate constringuntur ad operandum, sed pro libitu suo possunt agere vel non agere, & hæc proprie convenit homini.

## QUÆSTIO XXIV.

*An Praelati Ecclesie, & Principes seculares legibus suis subditorum conscientias obligare possint.*

**C**alvinus lib. 4. Inst. c. 10. n. 1. & sequ. licet concedat, Praelatos Ecclesie posse condere leges Ecclesiasticas, quæ ad disciplinam, vel pacem & honestatem conservandam combaciant, negat tamen in conscientia posse esse oblig-

gatorias ; quare sacrilegum solum calamum in-  
Summos Pontifices & Ecclesiæ Prælatos acuit :  
dum eos Tyranos & carnifices conscientiarum  
nuncupat, legesque eorum impias & pernicio-  
sas esse blasphematur, tanquam Christianæ liber-  
tati contrarias &c. Lutherus lib. de capt. Babyl.  
c. de Baptismo. ut verus ex-lex rotundè negat  
omnem legum auctoritatem : *Christianis (ait)*  
*nihil ullo jure imponi potest legum, sive ab ho-*  
*minibus, sive ab Angelis, nisi quantum volunt :*  
*liberi enim sunt ab omnibus.* Contra quos

Dico Prælatos Ecclesiæ habere non tan-  
tùm auctoritatem leges ferendi, sed & subditos  
jure divino esse obligatos eisdem obedire.

Probatum 1. ex S. Scriptura. Deut. 17. v.  
12. *Qui autem superbierit, nolens obedire*  
*Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat*  
*Domino Deo tuo, & decreto judicis, morietur*  
*homo ille.* Lucæ 10. v. 16. *Qui vos audit, me*  
*audit : & qui vos spernit, me spernit.* 1. Theſ.  
4. v. 2. *Scitis enim, quæ præcepta dederim*  
*vobis per dominum JESUM. & v. 8. Itaque qui*  
*hæc spernit, non hominem spernit, sed*  
*Deum &c.* 1. Joan. 4. v. 6. *Qui novit Deum*  
*audit nos, qui non est ex Deo, non audit nos.*  
Philip. 4. v. 8. *Fratres quæcumque sunt vera,*  
*quæcumque pudica v. 9. Quæ & didicistis, &*  
*accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc*  
*agite &c.* 2. Theſſ. 3. v. 4. & sequent. *Confidi-*  
*mus autem de vobis in Domino, quoniam quæ*  
*præcipimus, & faciatis & facietis. Obedite*  
*præ-*

*Præceptis vestris.* Hebr. 11. v. 17. Plura vide  
de poteris Quæst. XII.

Probatur 2. ex SS. PP. sparsim hinc inde  
citatis in Quæstionibus de Summo Pontifice,  
Consilij, & controversiarum iudice.

Probatur 3. rationibus. Subditus si non  
teneretur obedire, jam non esset subditus, sed  
hoc implicat. Prælati Ecclesie juxta Aposto-  
lum 1. Cor. 4. v. 21. *Quid vultis? in virga  
veniam ad vos, an in spiritu mansuetudinis?*  
habent potestatem non solum regendi subdi-  
tos, sed etiam puniendi, sed si illi non teneren-  
tur obedire, frustranea esset illa potestas, er-  
go &c.

Neque dicas potestatem illam non nisi se  
extendere ad præcepta divina, non autem ad  
leges humanas. Respondeo gratis est hoc di-  
cere; ex allatis enim S. Scripturæ locis contra-  
rium constat. Tum ex ipsis Apostolis, quia va-  
ria sustulerunt, & instituerunt, quæ tum tem-  
poris erant juris divini, ut sanguis, suffocata,  
idololatra Act. 15. 1. Tim. 3. v. 2. & alibi. Et  
confirmatur conclusio ex perpetua Ecclesie  
praxi.

### *Proponuntur argumenta adverse- riorum.*

Obijciunt 1. 1. Tim. 1. v. 9. *Lex justè non  
est posita*, ergo &c. Respondeo; Passum illum in-  
telligi debere, quò ad vim coactivam, non verò  
quò

quod ad vim directivam: quia justus sponte sua legi se conformat non timore poenarum, vel impulsu premiorum, sed amore justitiae: unde nihil ad ipsum poenae & minae.

Objic. 2. 1. Cor. 7. v. 23. *Prelio empti estis, nolite fieri servi hominum.* Respondeo Apostolum loqui de circumcissione, cujus in lege nova utique servi amplius esse non debemus. 2. Potest etiam intelligi servitus peccati & carnis. 3. Tandem vel servitus illa, in quam Christiani filios suos, vel seipsos pro mancipijs vendentes se redigebant, quod utique Apostolus indecens, & libertati Christianae prejudicari censuit, & Constantinus Magnus etiam sub poena capitis vetuit subditis suis Paganis, Judaeis, & Haereticis, ne Christianos pro mancipijs detinerent.

Objic. 3. Deut. 4. v. 2. *Nihil addeatis ad verbum, quod vobis loquor.* Epist. 32. v. 32. *Quod praecipio vobis hoc tantum facite: Dominus deus, nec addatis quicquam, nec minuas.* Solutionem hujus, & aliarum objectionum, vide in objectionibus Quaest. XII.

Ad id quod dicitur Matth. 23. v. 38. *Docete eos, servare omnia, quaecumque mandavi vobis.* Ex quo Textu inferre volunt adversarii, non ergo alia mandata observanda esse, nisi quae Christus Apostolis praecepit, & minime alia, qualia sunt hominum praecepta, de quibus ibi nihil meminit. Respondeo 1. Locum allatum

Q 3

esse

esse contra Calvinum, qui astruit impossibilem esse observationem mandatorum Dei. Respondeo 2. Si ibi non meminit, nisi mandatorum Dei, meminit tamen alibi aliorum, dum dixit: *Si Ecclesiam non audierit, sis tibi sicut Ethnicus & publicanus. Qui vos audit, me audit.* Quomodo autem hæc subsistere possunt, si Ecclesia leges dare non potest? Si ei obedientia præstanda non est?

Objc. 4. Matt. 11. v. 30. dicit Christus de lege sua: *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* Et ideo etiam abrogavit veterem legem ob nimiam ejus observatu difficultatem, & præceptorum multitudinem: sed Romani Pontifices tot suis constitutionibus illam graviolem contra dictum Salvatoris faciunt, quam erat lex Mosaicæ, dum Christianos tot præceptis obruunt. Respondeo Christum non prædictè abrogasse legem Mosaicam ob difficultatem & præceptorum multitudinem, sed ob alia rationes, maxime ob maiorem ejus perfectionem lege nova, & quia umbra erat veri luminis, quo adveniente, utique umbram discedere necesse est.

Hallucipatur deinde Calvinus, dum dicit plures & graviores esse Constitutiones Pontificias, quam fuerint Mosaicæ. In primis enim non nisi 5. sunt præcepta Ecclesiæ, quæ fideles omnes obligant; ut sunt observatio Festorum, jejuniorum, confessionis annuæ, Communionis in Paschate, & solutionis decimarum. Reliquæ

quæ leges, quæ in Jure Canonico continentur, vel non sunt propriè leges in conscientia obligatoriae, sed quædam piæ tantum constitutiones, & non omnes fideles, sed plerumque ad statum Ecclesiasticum promoveri cupientes obligant; vel eos, qui dignitate vel gradu Ecclesiastico pol-  
lent. Quod æquè falsum sit, graviores esse constitutiones Pontificias legibus Mosaycis, patet ex gravissimis impositis poenis eas transgredientibus, a quibus illæ longè distant imò totò celo. Et quid aliud quæso sunt Constitutiones illæ, quàm quædam determinationes divinarum legum? Ex lege enim divina obligamur aliquando, jejunare, confiteri, communicare, & Festa observare. In his præceptis, quid superaddit Ecclesiæ? Tempus, quo illa fieri debeant.

Instat tamen cum S. Aug. qui ep. 119. ad Jan. c. 19. hæc scribit. *Quod autem instituitur, præter consuetudinem, ut quasi observantia Sacramenti sit, approbare non possum. Et paulò post. Hoc nimis doleo, quia multa, quæ in divinis libris saluberrima præcepta sunt, minus curantur, & tam multis presumptionibus plena sunt omnia, ut gravius corripiatur, quàm per octavas suas terram nudo pede resigeret, quàm qui mentem violentiâ sepelierit. Omnia itaque talia, quæ neque Sanctorum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in Concilijs Episcoporum statuta inventiuntur, nec consuetudine universa Ecclesiæ roborata sunt, reseranda existimo.* Ex his verbis ergo

constat S. Doctorem reprehendere abusus & consuetudines illas, quæ non sunt fundatæ in Scriptura, & Concilijs, non autem illas, quæ ab his originem suam habent: quia autem nostræ in his fundatæ sunt, nihil est, quod contra non esse pensant; imò potius contra adversarios sunt verba S. illius Doctoris.

Quò ad alteram Quæstionis partem, au-  
damus quoque in quonam honore habeant Re-  
ges & Principes memorati Hæresiarchæ, Lutherus lib. de seculari potestate. *Inter Christianos, ait, nulla debet esse superioritas. Princeps homo, quæ est caro ferina in celo: id est, avis rara. Sunt enim Principes apparitores, lictores, & carnifices Dei.* In epist. contra duo Cæsaria mandata hæc effutit impudens ille homo: *Mendaces & obstinati sunt principes nostri, nec homines ratione præditi, sed Germanica bestia. Turca decies probior est, prudentiarque, quàm nostri principes. Quid talibus fatuis contra Turcas prospere eveniet? alibi eos lenilibus recentibus æquiparat; imò & Turcas baptizatos vocat.* Alter præfat: in Dan. non minoris est impudentiæ & temeritatis, dum dicit: *Hodie ut Reges ferè omnes fatui ac bruti sunt, ita etiam sunt quasi equi & asini brutorum animalium.* Quò igitur quisque audacior est, ac protervior, eo plùs authoritatis consequitur in oculis. Et in c. 6. dicti Proph. Numquam visibil aliud spectat, ut Reges, nisi ut efferantur sine leonibus, vel scurras, vel qui pipis adu-



*dicuntur.* Quis non concitetur ad tantam pe-  
tulantiam, & insaniam? Lustramus tamen in-  
terim S. Scripturam, quidnam doceat, si con-  
veniens sit obedire Principibus. "Proverb. 8.  
v. 15. *Per me reges regnant, & legum condi-  
tores iusta decernunt.* Rom. 13. v. 2. *Qui re-  
sistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui  
autem resistunt, ipsi sibi damnationem acqui-  
runt.* Et v. 5. *Ideo necessitate subditi estote,  
non solum propter iram, sed etiam propter con-  
scientiam.* Et 4. Petri 2. v. 13. *subditi estote  
propter Deum, sive Regi, quasi procellenti  
suo Ducibus tanquam ab eo missis ad vindi-  
ctam malorum.* Ex quibus Textibus lector ipse  
argumenta facile depromere poterit. Et cum  
quosdam Novatores se finunt à Principibus & Ma-  
gistratibus suis in eorum officijs administrandis,  
solutione gabellarum, veritate dicenda &c. ob-  
ligari ad iuramenta, rem tam gravem, si in con-  
scientia ad leges non possunt constringi? cur er-  
go iurant, si non sunt obligati obedire? Et unde  
ortæ fuerunt tot rebelliones contra legiti-  
mos Reges & Principes, si non ex fonte inobe-  
dientie?

## QUESTIO XXV.

*An Deus sit auctor peccati.*

**C**alvinus agens contra Libertinos fatetur  
Deum non esse auctorem peccati, & in c. 34

Joan. v. 19. *Ne quis (inquit) suam damnationem Christo adscribat &c.* ast juxta solum sibi contradicendo modum eum cum Luthero art. 36. damn. varijs in locis Instit. suarum auctorem facit, renovando antiquam Manichæorum, Cerdonistarum, & aliorum Hæreticorum blasphemam doctrinam, qui Deum auctorem peccati constituerunt. lib. 1. ergo Inst. c. 18. n. 3. loquens de peccatis ita scribit: *Et jam satis aperte ostendi, Deum vocari omnium eorum auctorem, qua isti censores volunt otiosa tantum ejus permissu contingere.* In eod. c. n. 1. *Ergo quidquid agitent homines, vel Satanas ipse, Deus tamen clavum tenet, ut ad evocanda sua judicia convertat eorum comatus.* Et paulò ante. *Tergiversando itaque effugiam querunt, Dei tantum permissu non etiam voluntate hoc fieri.* Num. 4. *Homo justo Dei impium agit, quod sibi non licet* lib. 3. Inst. c. 23. n. 7. in fine. *Nec absurdum videri debet, quòd dica, Deum non modo primi hominis casum, sed in eo posterorum ruinam previdisse, sed arbitrio suo quoque dispensasse.* Contra quam blasphemam doctrinam.

Dico, Deum non posse esse auctorem, vel causam peccati:

Probatum 1. ex S. Scriptur. Deus, quæ facit, non odit, Sap. 11. v. 25. *Nihil odisti eorum, quæ fecisti: sed odit peccatum* Sap. 14. v. 9. *Quæ sunt Deo impius & impietas eius, ergo Deus non operatur peccatum, vel est causa pec-*

ca-

cati. Quesz 13. v. 9. *Perditio tua Israel.* 1. Joan. 3. v. 8. *qui facit peccatum ex diabolo est*: Eccles. 15. v. 21. *Nemini mandavit impiè agere.* Psal. 5. v. 5. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* & alibi.

Probatur 2. ex SS. Patribus Aug. lib. 83.

Quæst. q. 3. *Deo auctore nemo fit deterior.* D. Basil. in sua hom. quod Deus non sit author peccati: *s; Deus malorum auctor est, nimirum non bonus est; quare utrumque est negatio Dei.* D. Ambros. lib. de Parad. c. 15. *Deus operatur, quod bonum est, non quod malum.* S. Gregor. Nazianz. orat. 1. contra Julian. *Deus nullo modo est causa mali, quippe natura bonus est, virtutumque ejus est, qui eligit.* S. Damasc. lib. 2. de fide. c. 29. *Deus mala neque antecedenter neque consequenter vult. finis tamen arbitrium ad illa liberum.*

Probatur 3. rationibus 1. Qui operatur peccatum, servus est peccati; sed qui est causa peccati, operatur peccatum; ergo servus est peccati. Sed dicere, quod Deus sit servus peccati, est impium & execrandum. ergo dicere, quod Deus operetur peccatum, vel sit causa ejus, est impium. 2. Deus est maximè zelans, & amans honoris sui, ergò non potest esse causa illius, quod honori obstat; at peccata ei obstant, ergo &c. 3. Peccatum ex natura sua est defectus, ergo non potest procedere nisi à causa deficiente, sed Deus nequit esse talis, ergo &c. 4. Deus est author naturæ, ergo non potest esse cau-

causa illius, quod est contra naturam, & ordinem ab eo constituto adversatur, sed tale est peccatum, quia est contra rectam rationem hominis; ergo Deus non potest esse causa peccati. Minus probatur: quia natura hominis est, ut in agendo rectam sequatur rationem, ergo peccatum est contra naturam hominis.

### *Enodantur argumenta adversa- riorum.*

Obijciunt 1. Qui sciens & volens est causa actionis deformis seu peccaminosae, verè & propriè peccat: sed Deus sciens & volens est causa talis actionis; ergo verè est author, & causa peccati. Respondeo, hoc verum esse de causa particulari, non universali, qualis est Deus; quia causa universalis est causa actionis per influxum generalem & indifferentem, quae actio ex illo influxu deformis ex se non est, sed talis fit ex actione causae secundae: Deus itaque sciens & volens est causa actionis, quae quò ad influxum suum simpliciter bona est, talisque perseveraret, nisi per influxum causae secundae vitaretur. Dum ergo duae causae concurrunt ad unum effectum, quarum una est universalis, altera particularis; effectus adscribitur causae particulari, quia determinat universalem: at Deus est causa universalis, homo verò causa particularis in productione actionis peccaminosae; ergo peccatum non Deo, sed homini ad-

scri-

scribi debet. Et patet in exemplo de sole, qui ut causa universalis concurret ad generationem hominis, & tamen non sibi adscribitur actio generativa: ita à pari de actione peccati.

Objc. 2. Qui alicui dat gladium sciens male illo usurum eum, verè est causa mali subsequenti, ergo etiam Deus concurrendo ad actionem peccaminosam. Respondeo, Hominem reverà esse causam, quia tenetur dum potest, impedire malum, quod non currit de Deo, quia hic ut sumus & generalis provisor concursum suum generalem omnibus & singulis ex æquo præbet, & illum impedire non tenetur ob quosdam, qui illo abutuntur. Tum si Deus omnia mala impedire teneretur, plurima bona mundo deessent, quid etenim in rebus creatis non est, quo aliqui non abutuntur?

Textus S. Scripturæ, quos congerit Calvinus, & indurationem, excæcationem, deceptionem & similia significant, ac ex ijs argumenta sua confingit, partim explicatos vide

object. 3. Quæst. XXI. de Gratia sufficienti.  
 Object. 1. Quæst. XXII. de Prædest. & reprob.  
 Et Object. 5. Quæst. XXIII. de libero arbitrio.

— [ . . . ] —

QUA-

**QUAESTIO XXVI.**

*An Baptismus sit Sacramentum, & parvulis ante usum rationis applicari possit ac debeat, & à quibus. Et quid de ejus Exorcismo sentiendum.*

**N**otandum 1. circa numerum Sacramentorum varios esse inter Sectarios errores. Luth. in lib. de capt. Babyl. circa principium: secundum Scripturam non nisi unum Sacramentum esse ait: duo concedit ad Waldenses scribens: Tria etiam in Cic. lib. Septem agens de potestate Papae. Alij etiam quatuor admittunt. Calvin. lib. 4. Inst. c. 18. n. 19. & 20. admittit duo; licet alibi etiam admittat Sacramentum Ordinis. Alij tria Baptismum, Eucharistiam & Poenitentiam. Catholici autem unanimiter ex perpetua traditione & sensu S. Ecclesiae cum omnibus SS. PP. agnoscunt septem. Maxime S. Augustinus, quem Calvinus perperam pro se citat, quasi non nisi duo: scilicet Baptismum & Eucharistiam pro Sacramentis teneret; cum de reliquis quinque varijs in locis agat: ut de Confirmatione lib. 2. contra Iulianas Petilianae c. 104. De ordine lib. 2. contra Parmen. epist. c. 17. de Poenitentia lib. 1. de adulterinis conjugijs. c. 26. de Extrema Unctione lib. 2. de visit. infirm. c. 4. & de Matrimonio lib. 1. de Nuptijs. c. 10. & distinctè suis locis videbitur.

Nota 2. Calvinistas cum illorum antesignano Calvino erroneè docere, infantes fidelium

nam sine Baptismo decedentes præciso neglecto  
& contemptu salvari. Scribit enim lib. 4. Inſt.  
c. 17. n. 22. in hunc modum: *Sed hanc contro-*  
*verſiam max. nullo negotio dirimet hoc princip-*  
*ium, non arceri à regno calorum infantes,*  
*quos è præſenti vita migrare conſinget, ante-*  
*quam aquâ mergi datum fuerit. Et paulo*  
*poſt. Unde ſequitur, non ideo baptizari fide-*  
*lium liberos, ut filij Dei tunc primum ſiant,*  
*qui ante alieni fuerint ab Eccleſia, ſed ſolemn-*  
*potius ſigno ideo recipi in Eccleſiam, quia pro-*  
*miſſionis beneficio jam ante ad Chriſti corpus*  
*pertinebant. Sed quomodo hoc conveniat*  
*cum illo, quod in eodem capitulo n. 10. ſcribit*  
*non capio: Atque adeo infantes, quoque ipſi*  
*ſuam ſecum damnationem à matris utero af-*  
*ferunt: qui tamenſi ſua iniquitatis fructus*  
*nondum protulerint, habent tamen in ſe in-*  
*cluſum ſemen. His prænotatis. Quid ad 1.*  
*Quæſtionis partem Dico, Baptiſmum eſſe Sacra-*  
*mentum omninò neceſſariùm ad ſalutem.*

Probatur 1. ex S. Scriptura Joan. 3. v. 5.  
*Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu*  
*Sancto, non poteſt introire in regnum Dei.*  
Matt. ult. v. 19. *Euntes ergo docete omnes gen-*  
*tes baptizantes eos in Nomine Patris &c.* Marc.  
ult. v. 16. *Qui crediderit, & baptizatus fue-*  
*rit, ſalvus erit.*

Probatur 2. ex SS. PP. Ambroſ. lib. de in-  
terrogat. c. 4. *Ediſſimè catholicum eſt, credat,*  
*non tamen remiſſionem obtinere, niſi baptize-*  
*tur.*

224 *Quest. XXV. An Baptismus sit*

*ser. S. Aug. tract. 13. in Joan. Quamvisque proficiat Cathecumenus, adhuc tamen parte re sarcinam iniquitatis, nec dimitti illis, nisi perveniat ad Baptismum. S. Hier. lib. 3. contra Pelagi*

Probatür 3. rationibus. Illud est necessarium necessitate medij, sine quo nemo potest salvari, sed sine Baptismo nemo potest salvari vel in re, vel in voto juxta Salvatoris edicta ergo &c. Omnes sumus concepti in peccato originali, ergo omnes indigemus remedio contra illud, sed hoc est Baptismus, ergo &c.

Quò ad secundam Quæstionis partem prænotandum est Anabaptistas negare ante ulum rationis neminem baptizari debere, vel posse, erroneè fulti dicto Salvatoris: Matt. ult. v. 19. *Euntes ergo docere omnes gentes, baptizantes eos &c.* Contra quos ergo.

Dico: parvulos omninò esse baptizandos.

Probatür 1. ex S. Scriptura. *Nisi quis velatus fuerit &c.* ut supra. Act. 16, v. 15. *Cum autem baptizata esset Lydia, & domus ejus.* Et infra. v. 33. *Et baptizatus est ipse (scilicet custos carceris) & omnis domus ejus continens.* In quibus familijs credibile est, & fuisse infantes. Lucæ 18. v. 15. *Sinite parvulos venire ad me, saluum est enim Regnum Cælorum, 1. Cor. 1. v. 16. Baptizavi autem & Stephano domum.* Scribit Apostolus,

Pro-



Probatur 2. ex SS. PP. Aug. lib. 10. de Gen. c. 23. *Consuetudo matris Ecclesia in baptizandis parvulis nequaquam spernenda est, nec ullo modo superflua deputanda, nec omnimò credenda, nisi Apostolica esset traditio.* S. Gregor. M. ad consulta Aug. Anglorum Episcopi. *Puer eadem die, qua natus est, potest baptizari.* Orig. Tom. 2. lib. 5. in c. 6. ad Rom. *Ecclesia ab Apostolis traditionem accepit, etiam parvulis dare baptismum.* S. Cyr. epist. 59.

Probatur 3. ratione. Parentes tenentur succurrere filijs laborantibus morbo corporali, quamprimum possunt, ergo etiam dum laborant morbo spirituali, imò multò magis, scilicet peccato originali, laborant, ergo. Accedit & perpetua Ecclesie praxis & sensus.

### *Solvuntur argumenta adversariorum.*

Obiiciunt 1. Illud Matt. ult. v. 19. *Christus Apostolis dixit: Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos &c.* ergo ex mandato salvatoris prius docendi sunt baptizandi: antequàm baptizentur: cùm itaque infantes incapaces sint doctrinæ, sequitur Baptismum differendum esse usque ad convenientem ætatem. Respondeo, Christi dictum ibi referri ad gentes, quæ utique doctrinæ fidei capaces sunt, & consequenter sine illa baptizari non debent,

P non

non autem id de parvulis dicendum est: sicut enim in circumcissione non expectabatur usus rationis, ita etiam minimè in Baptismo expectandus erit.

Obijciunt 2. Parvuli Judæorum, qui ante circumcissionem moriebantur, salvabantur in fide parentum, ergo etiam filij parentum Christianorum in fide eorum; cum Lex Evangelica non debeat esse deterius conditionis lege Moysaica. Respondeo 1. distinguendo antecedens: Parvulos Judæorum in fide parentum salvatos fuisse solâ interiori nego, exteriori transeat. Et ideò probabile esse tenet D. Thomas 3. par. q. 70. art. 4. ad 2. Parentes fideles pro parvulis natis ante octavum diem circumcissionis in periculo mortis existentibus, vel preces Deo obtulisse, vel aliud signum externum adhibuisse. Sic etiam non improbantur preces, ac exteriores protestationes parentum Christianorum, quas pro filijs in utero, vel extrâ in periculo mortis existentibus fundunt, dum baptizari nequeunt: cum Deus non ita alligaverit virtutem suam Sacramentis, quin præter illa ex gratia sua & misericordia in similibus extraordinarijs casibus infantes illos salvare possit, si velit, sed hoc non erit ex lege, sed ex mera gratia: cum autem hoc nobis non constet absque revelatione Dei, dici non possunt absolutè salvati. Respondeo 2. neg. conseq. Ratio desumitur ex institutione & voluntate Dei, qui absque Baptismo juxta dicta superius neminem voluit salvati posse. Et ideò

Idem etiam tam facile remedium instituit, quod est aqua, quæ ubique facile inveniri potest.

Nec ex hoc deterioris est conditionis lex nova lege veteri, etsi in ea quædam sint difficiliora, quæ non erant in illa; ut Confessio, continentia, Matrimonij inseparabilitas &c. Tandem etiam quot filij ex infidelibus procreati non salvantur sine Baptismo? sicut ergo hi regno Dei privantur, ita etiam de filiis Christianorum discurrendum est ob culpam nempe originalem. Sed dices cum Calvino, Zvinglio & Beza, quomodo ergo 1. Cor. 7. v. 14. filij procreati ex parentibus fidelibus vocantur sancti & *nunc autem sancti sunt*: Respondeo, Apostolum ibi loqui de Sanctitate quadam morali, extrinseca seu denominativa, & non propria & intrinseca, qualis per Baptismum datur, sed de tali qualis est illa viri infidelis conjugati cum muliere fidei, quæ sola utique talem salvare non potest: non obstante illa sanctitate, qua sanctificatus dicitur.

Obijciunt 3. Videtur obstare divinæ misericordiæ, tot parvulos sine culpa perpetuo carere debere visione Dei. Respondeo, in his puniri culpam primorum suorum parentum, quod utique ex Justitia procedit. Vide dicta Quæst. XXI. de Gratia sufficiente object. 4. Quæ duæ Objectiones sunt contra primam conclusionem.

Ad tertiam partem à quibusnam Baptismus administrari possit, respondeo, Quod tempore extremæ necessitatis quoque licitum sit laicis imò & fæminis baptizare, prout constat ex perpetua praxi Ecclesiæ, quam referunt antiqui PP. Tertullianus lib. de Bapt. c. 16. ubi dicit *Laicis esse jus baptizandi in casu necessitatis.* Idem quoque affirmat S. Hieron. dialogo contra Lucifer: in usu fuisse tempore suo. Et ratio est: quia cùm Baptismus sit Sacramentum absolute necessarium, & ideo etiam institutum in elemento communissimo, hoc autem solum non sufficiat, nisi adsit, qui baptizet, meritò conferri debuit æquè omnibus tam Clericis, quàm Laicis, tam viris, quàm fæminis talis potestas pro solo casu extremæ necessitatis. Quam facultatem absolute negat Calvinus dari posse fæminis. Et ideo lib 4. Inst. c. 15. n. 22. mirè debachatur in Sephoram, uxorem Moyfis, quam; quia filium suum circumcidit Exod. 4. v. 25. tractat ut stultam; frementem, obmurmuratricem, indignabundam, & convitiantem, sed impudentia illa meritò reiicienda est; cùm nihil simile de fæmina illa ob hanc actionem legitur in loco adducto. Imò juxtà multos SS. PP. B. V. Maria etiam filium suum circumcidit. Legimus pariter in act. Apost. c. 9. v. 10. Paulum fuisse baptizatum ab Anania, qui juxtà quosdam SS. PP. creditur fuisse laicus.

Restat nunc ultima particula decidenda, scilicet de Cæremonijs Baptismi quid sentiendum sit.

Di-

Dico, Cæremonias, quæ in administrati-  
one Baptismi adhibentur, minimè esse impro-  
bandas; maximè cum earum usus jam in pri-  
mitiva Ecclesia vigeat: prout ipsemet fatetur  
Calvinus.

Probatur ex SS. PP. S. Aug. lib. 2. de Symb.  
c. 1. *Parvuli exsufflantur, & exorcizantur,*  
*& peccata ab eis rutilica diaboli potestas. S.*  
*Joan. Chryl. Hom. de Adam & Eva. Quod cum*  
*ad regenerationis veniunt Sacramentum, non*  
*prius fonseni, nisi ingrediuntur, quam exor-*  
*cismis, & insufflationibus Clericorum spiri-*  
*tus ab eis immundus abigatur. S. Ambr. de*  
*Sacram. lib. 1. c. 1. Ideò Sacerdos tibi aures*  
*tenuit dicens, Epheta, ut aperirentur aures*  
*teæ ad sermonem Sacerdotis. Nec obstat,*  
*quod hos Exorcismos, & cæremonias non ha-*  
*beamus expressè in Scriptura; sufficit eas habe-*  
*re ab Ecclesia, quæ eas pro bonis & sanctis huc-*  
*usque adhibet. Dicat quæso Calvinus, ubinam*  
*scriptæ sint ipsius cæremonia, quas cum suis Cal-*  
*vinistis adhibet in Baptismo, & pauculis illis suis*  
*functionibus Ecelesiasticis?*

Instant tamen, inutilem planè esse exor-  
cismum; cum dæmon ab infante non expellatur  
per illum, sed per Baptismum. Respondeo:  
dæmonem expelli per Baptismum ab anima, per  
exorcismum à corpore & à sensibus. Expellitur  
itaque dæmon ab anima per Baptismum, dum li-  
beratur à peccato scilicet originali. A corpore  
per exorcismum, ne illi noceat, & à sensibus ne

terreatur, vel decipiatur infans, cum adoleverit, vel etiam ne impediatur à susceptione Baptismi. Ita SS. Doctore Orthodoxi. Plura hæc de re vide *Quaest. XXXVII.* ubi de Exorcismis aliqua tractabimus.

## QUÆSTIO XXVII.

*An confirmatio sit Sacramentum, & Minister eius ordinarius solus Episcopus.*

**H**orrendum in modum contra hoc Sacramentum agit Calvinus lib. 4. Inst. c. 19. n. 8. dum oleum sacrum, quod in eo adhibetur, vocat: *Oleum diaboli mendacio pollutum, quod velut offusis tenebris simplicium mentes fallit.* Et paulò antè: *Insignem esse Baptismi contumeliam, qua usum ipseus obscurat, imò abolet.* Cæteros quoque numeros tot mendacijs & convitijs implet, ut quasi sine numeris esse videantur. In antiodò Conc. Trident. sess. 7. c. 3. Patres sacro sancti hujus Concilij nominat, *afinos & suos, Sanctissimumque Papam & Martyrem Christi Melchiadem os sacrilegum;* quia Confirmationem pro Sacramento agnoscunt. Cujus aures non tinniant ad verba tam sacrilega? Nos Catholici, quid de Confirmatione censendum sit, videamus. Quare

Dico: Confirmationem esse verum Sacramentum.

Probatur 1. ex S. Scriptura Act. 8. v. 17. *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant*

*Sunt Spiritum Sanctum. & c. 19. v. 6. Cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos. 2. Cor. 21. & seq. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo. & qui unxit nos Deus, qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.*

Probatur 2. ex SS. PP. Clem. Rom. lib. 3. Const. Dionys. Aneop. c. 4. de Eccl. Hierarchia. *Illi qui divina regeneratione Sacramento initiatus est, divini Spiritus adventum largitur, unguenti consumatrix unctio.* Et alibi illud vocat. *Divinum & deificum unguentum.* S. Cyr. epist. 70. & 72. *Post Baptismum, & ut essent plene sanctificati, & essent filij Dei, & nascerentur utroque Sacramento Baptismi viderunt, & manus impositionis, id est confirmationis.* S. Aug. lib. 2. contra lit. Petil. c. 104. *Sacramentum Chrismatis est Sacrosanctum in genere signorum visibilibus, sicut & Baptismus.* S. Greg. M. in c. 1. Cant. *In Engaddi balsamum gignitur, quod cum oleo, Pontificati benedictione, chrisma efficitur, quo dona Sancti Spiritus exprimitur.* Ita & ceteri varij Summi Pontifices Clemens, Fabianus, Melchiades, variaque Concilia & Patres.

3. Probatur 3. rationibus. 1. *Ecclesia est columna, & firmamentum veritatis.* Sed hæc docet, Confirmationem esse Sacramentum, ergo &c. 2. *Illud est verum Sacramentum, quod requisita ad Sacramentum habet,*

sed Confirmatio hæc habet, ergo &c. Minor probatur. Adest enim in illa signum sensibile rei Sacrae, scilicet unctio Chrismatis, fit collatio gratiæ per impositionem manuum; accedit & mandatum Christi, quod colligitur ex eo, quod Spiritus S. ad impositionem manuum Apostolorum descendebat, quod utique non fecisset, si Confirmatio simplex fuisset cæremonia. Et ideo Act. 1. Christus Apostolis post resurrectionem suam præcepit: *Ne ab Hierosolymis discederent, sed expectarent promissionem Patris, quia (inquit) vos baptizabimini Spiritu S. id est confirmabimini, quia baptizati jam erant.*

*Evocantur argumenta adversariorum.*

Obijciunt 1. Primi Christiani ab Apostolis confirmabantur nonnisi manuum impositione, prout in Act. Apostolorum legitur, in quibus nihil de Chrismate dicitur, ergo &c. Respondeo, Apostolos dupliciter imposuisse manus baptizatis, uno modo, quando eisdem conferebantur dona gratis data à Spiritu S. visibiliter descendente, & tunc non erat illa impositio manuum Sacramentum, vel si juxta alios erat Sacramentum, tunc Deus immediatè per se effectum Sacramenti produxit; cum non sit ligatus signis. Alio modo, quando adjuncta impositione manuum simul etiam signabant Chri-

ma-



mate frontem, & visibiliter non descendebat Spiritus S. Et hoc patet ex SS. PP. qui Sacramentum hoc vocabant Sacramentum unguenti & Chriftiſmatis, uti vidimus.

Objiciunt 2. Si Confirmatio eſſet Sacramentum, deberet conferre gratiam juſtificantem, ſed talis per impositionem manuum non conferebatur, ſed tantum gratiæ gratis datæ, ſcilicet donum linguarum &c. ergo non eſt Sacramentum. Reſpondeo. Falfum eſſe: confirmatos non accepiffe gratiam juſtificantem; cum eis conferebatur Spiritus Sanctus, qui utique per gratiam juſtificantem adest. Act. 2. Gratiæ autem gratis datæ non dabantur omnibus: alioquin contra dictum D. Pauli 1. Cor. 12. omnes confirmati habuiſſent donum linguarum, & gratiam curationum. *Nunquid omnes habent gratiam curationum, nunquid omnes linguis loquuntur?*

Objiciunt 3. Si Confirmatio eſſet Sacramentum, deberet producere eodem effectus, quos produxit tempore Apoſtolorum, ſed talis hodie non producit, ergo &c. Minor patet: Quia noſtri confirmati nec gratiam juſtificantem, nec gratias gratis datas accipiunt, quas Apoſtoli conferebant. Reſpondeo, Tria in Confirmatione conferri. 1. Gratiam interio-rem juſtificantem. 2. Characterem. 3. Grati-  
as gratis datas. Duo priora per Confirmationem hodie confirmati accipiunt: de primo dicit S. Melchiades Papa: *Spiritus Sanctus in*

*Fonte Baptismo plenitudinem (scilicet gratiae) tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum tribuit ad robur & gratiam, quae datur non solum ad remissionem culpa, sed & ad augmentum, & firmitatem iustitia. Et constat etiam ex Act. Apost. c. 2. ut immediate ante. De secundo res constat, eo quod Confirmati non possint denuo confirmari; confirmantur autem Christiani tanquam veri milites Christi, ut fortes & constantes in propugnanda fide evadant, de quibus 1. Joan. 2. v. 14. Scribo vobis juvenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum. Et S. Cyrill. catechesi. 3. ad Catechum: Spiritus Sanctus obsignabit animas vestras: diligendi estis in militiam magno Regi. Tertium autem Confirmati non amplius recipiunt: scilicet Gratias gratis datas, & hoc ideo, quia ut scribit S. Aug. lib. 3. de Baptismo. c. 10. gratiae illae gratis datae initio nascentis Ecclesiae ad fidem confirmandam necessariae erant; ea autem hodie jam bene stabilita cessat necessitas illa: quod ipsum pulchra similitudine S. Gregorius M. hom. 29. confirmat: Ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda: quia & nos cum arbuta plantamus, tandem eis aquam infundimus, quousque ea in terra jam coaluisse videamus, & si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit.*

**Ex**

Ex dictis ergo contra Calvium colligitur, ut præscindam à confutatione suorum mendaciorum & convictiorum; ut dum non verecundatur in cit. libro scribere: nos pluris æstimare hoc Sacramentum, quàm ipsam Baptistum, neminem esse perfectum Christianum, qui eo insignitus non sit; injuriam fieri Baptismo, quasi verò per ipsum solum veri non efficerentur Christiani &c. Ad quid ergo Coena Domini? Nonne per Sacratum illum panem simul etiam confortamur, verique agnoscimur Christiani (ut ipse fatetur) quæ injuria itaque, quæ sit Baptismo? Seupidum ergo argumentum. Restat quoque, quàm falsa sint, opus haud est adhibere Doctores; eum pueri nostri vix captis primis doctrinæ Christianæ rudimentis insolentissimum hunc hominem de aperto mendacio convincerent, colligitur (inquam) falsam quoque esse ipsius expositionem, impositionem manuum simplicem fuisse caeremoniam, qua Apostoli Deo commendatos & velut oblatos significare volebant, quibus manus imponebant. Si ita, cur caeremoniam istam non adhibebant apud omnes? Deinde Apostolos manuum impositione semper dedisse simul etiam dona gratis data &c. An autem citati SS. Patres, nostrique Doctores, qui hucusque per tot sæcula Confirmationem pro vero Sacramento venerati sunt, modòque usurpato ab Apostolis Episcopi administrant, vocandi sint *nebulones, hebriones & similes*. Nullus erit, qui execrandas

has

has contumelias & blasphemias approbaturus sit, nisi depositis pietatis, reverentiae, imò omnisque humanitatis alter Lucianus videri velit, qualis reverè per anagramma est Calvinus. Eadem impudentià excandescit contra alteram *Questionis partem*, non solis nimirum convenire Episcopis, ut hoc Sacramentum administrent; qua rejecta

Dico, solum Episcopum esse Ministrum Ordinarium hujus Sacramenti.

Probatur 1. ex S. Scriptura Act. 8. v. 14. Audientes Apostoli Samariam recepisse Verbum Dei, illuc primarij Apostoli Petrus & Joannes properantes, postquam jam à Philippo Diacono baptizati erant, illis manus imponebant, quod utique non fecissent, si à quolibet simplice Sacerdote impositio illa fieri potuisset. Ex quo factò Innocentius I. Epist. 29. ad Deventium deducit, non ab alio, quàm ab Episcopo Confirmationis Sacramentum conferendum esse: cui & alij Summi Pontifices, Sanctique Patres adherent; Ex quibus, proinde uti S. Dionysius; de Eccl. Hier. c. 4. dicente unguentum illud per Summum Pontificem consecrari debere. Conc. Rom. sub S. Sylvestro Papa. c. 5. Concil. Florent. Brachar. 2. c. 4. & ultimè Conc. Trident. sess. 11. Conclusio probatur, 2.

Probatur 3. Ratione quadam congruenti ex S. Bonav. quia Episcopus in Ecclesia est veluti Dux in exercitu: sicut ergo hujus est consignare suos milites, ita etiam ad Episcopum spe-

ſpectat conſignare Chriſtianos; qui tanquam milites ſub vexillo Crucis Chriſti militant. Tum etiam, quia illud non adminiſtrabatur niſi ab iſtis Apoſtoliſ; ita etiam adminiſtrari non debet, qui non ſint eorum ſucceſſores, ſed tales ſunt ſoli Epiſcopi, ergo &c.

Obijcit Calvinus Act. 9. v. 17. Legitur Ananiam impoſuiſſe manus Paulo, cumq; Spiritu S. replēſſe, ac baptizāſſe, qui tamen Apoſtolus non erat, ſed ſimplex Presbyter ad ſummum; ergo falſum eſt ad ſolos ſpectare Epiſcopos confirmare fideles. Reſpondeo, hanc impoſitionem manuum Ananiae non fuiſſe collationem Sacramenti Confirmationis, ſed ſimplicem caeremoniam, qua uti ſolebant Apoſtoli in curationibus infirmorum, uti conſtat ex cap. ult. Marci. *ſuper agros manus imponent, & bene habebunt*; fuit itaque miſſus à Deo Ananias ad Saulum, ut ei ſanitatem conferret, & baptizaret. quod utrumque præſtitit, & quia Baptiſmus janua eſt reliquorum Sacramentorum, eo nondum recepto, utique impoſitio illa manuum Confirmatio eſſe non poterat.

Dictum ſuit autem notanter, Ordinarium Miniſtrum eſſe Epiſcopum: ex commiſſione enim Summi Pontificis ſimplex Sacerdos poteſt adminiſtrare hoc Sacramentum, non tamen conſecrare S. Chryſma. Ita diſpenſarunt aliqui Summi Pontifices cum quibusdam; qua diſpenſatione etiamnum gaudent PP. Guardiani noſtri Jeruſolymitani. Per quod ruit argumentum

tum Calvini, arguendo: Summum Pontificem Gregorium, dum facultatem administrandi hoc Sacramentum concessit plebeis presbyteris, quod juxta nos nullius est administrare, quam solorum Episcoporum: Ruit inquam ipsius argumentum; quia aliud est administrare aliquod Sacramentum simpliciter, & simul conficere materiam Sacramenti, vel ipsum Sacramentum, quod ipse malitiose confundit. Primum concesserunt Summi quidam Pontifices, alterum nunquam; sicut Diaconis antiquitus concedebatur administratio sanguinis Christi in locis, ubi sub utraque specie communicabatur, non obstante quod hoc proprium sit Sacerdotum; confectio autem nunquam, cujus utique incapaces erant ob carentiam Sacerdotij: ita etiam discurrendum est de Chrismate materia essentiali Sacramenti Confirmationis, cujus confectio nulli unquam alteri, quam soli Episcopo concessa fuit, bene autem simplex administratio in certis quibusdam casibus ex speciali privilegio.

## QUÆSTIO XXVIII.

### *De Sacramento Eucharistia, ejusque adoratione.*

**N**Ota, varias esse circa hoc Sacramentum sententias. Nos Catholici unanimiter fatemur facta Consecratione verè & realiter panem &

Et vinum immediate converti in Corpus & Sanguinem Christi, & tam diu sub speciebus panis & vini remanere, usque dum consumptæ fuerint. Lutherus cum suis docet quidem verè & realiter præsens esse Corpus Christi post prolata verba, *Hoc est Corpus meum* : attamen remanere simul panem & vinum unà cum Corpore Christi, & quidem in actuali usu & sumptione ejusdem. Calvinus autem cum suis absolute negat realitatem præsentia Corporis Christi : dum panem & vinum ait : solummodò figuram & signum esse ejusdem, repræsentans Corpus & Sanguinem Christi, ejusque consequenter manducationem non nisi spirituales esse, & bibitionem. Ita in suis Instit. lib. 4. c. 17. in quo per longum & latum ad nauseam usque materiam hanc tractat adeò confusè & erroneè, ut pressus apertissimis SS. Patrum ipsiusque S. Scripturæ argumentis sine manifestis contradictionibus eam finire nequeat. Quid etenim lucidius pro reali præsentia Corporis Christi profitenda dici potest, quàm quod n. 10. habet? *Summa fit, non aliter animas nostras carne & Sanguine Christi nasci, quàm panis & vinum corporalem vitam sumentur & sustinent. Neque enim aliter quadraret analogia signi, nisi alimentum suum anima in Christo reperirent : quod fieri non potest nisi nobiscum Christus verè in unum coalescat, nosque reficiat carnis sua est & sanguinis potu. Esti autem incredibile videtur, in tanta locorum distantia penetrare*

*trare ad nos Christi carnem, ut nobis sit in cibum, n. em. merimus quantum supra sensus omnes nostros eminent arcana Spiritus Sancti virtus, & quam stultum sit eius immensitatem modo nostro velle metiri &c. His prenotatis*

**Dico.** in Sacramento Eucharistiae verè & realiter continentur Corpus & Sanguis Christi

**Probatur 1. ex S. Scriptura.** Matt. 26. v. 26. *Hoc est Corpus meum.* v. 28. *Hic est Sanguis meus.* Marc. 14. v. 22. *Et manducantibus illis, accepit Jesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: sumite hoc est Corpus meum &c.* Et infra v. 24. *Hic est sanguis meus, novi Testamenti.* Lucæ 22. v. 19. *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur.* v. 20. *Hic est calix novum testamentum in sanguine meo.* Joan. 6. v. 56. *Caro enim mea verè est cibus: & Sanguis meus verè est potus.* 1. Cor. 11. v. 23. *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis* --- v. 24. & 25. *Accipite & manducate hoc est Corpus meum* --- *Similiter & calicem,* --- *Hic calix novum testamentum est in meo sanguine.* 1. Cor. 10. v. 16. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini est.*

**Probatur 2. ex SS. PP.** Ambros. lib. 4. de Sacram. c. 5. *Antequam consecratur, panis est, ubi autem verba Christi accesserunt, Corpus Christi est. Et ante verba Christi calix est:*



*est: ubi autem verba Christi operata fuerint, efficitur sanguis Christi. S. Cyprian. Serm. de Coena Domini. Panis iste, quem Dominus discipulis suis porrigebat non effigie, sed naturam mutatus est, omnipotentia verbi factus est caro. S. Aug. in Psal. 98. Nemo carnem Christi manducat, quin prius adoret. S. Greg. Hom. 14. in Evang. loquens de Christo: Bonus pastor pro ovibus suis animam suam posuit, ut in Sacramento nostro Corpus suum, & sanguinem verteret, & oves, quas redemerat, carnis sua alimento satiare. Ita & ceteri SS. PP. omnes.*

Probatur 3. rationibus Ex institutione Sacramenti habemus realem, & non figuralem praesentiam Corporis Christi, verum etenim corpus fuit traditum, verus sanguis effusus, de quibus Christus in Coena illa loquitur. Ex contraria sententia sequeretur, Ecclesiam per tot Saecula semper realem & veram praesentiam Christi credentem, deceptam fuisse, quod implicat. Tum si juxta adversarios Scriptura ita intelligibilis est in essentialibus fidei rebus, ut explicatione non indigeat, cur sententiam tam claram: *Hoc est Corpus meum*: explicant figuratim, vel significat? Confirmatur etiam realis praesentia Corporis Christi ex innumeris miraculis, quae à diversis SS. PP. & veridicis authoribus narrantur, & etiamnum videntur varijs in locis.

Q

Est

*Examinantur argumenta adversariorum.*

Obijciunt 1. Joan. 6. v. 64. *Spiritus est, qui vivificat: caro autem non prodest quidquam.* Si ergo non prodest, ad quid eam prætendimus in Eucharistia? Respondeo 1. Christum ibi non dicere, carnem suam non prodesse, non enim ait: *Caro mea*: Tum si non prodesset, ad quid Verbum caro factum esset? Respondeo 2. cum S. August. Tract. 27. in Joannem Christum ibi reprehendisse Capharnaitas, qui credebant ita materialiter manducandam esse carnem ipsius; prout in macello venditur, & dilaniatur. Et tali modo: certo minime prodesset, nec sumi posset, sed modo quodam spirituali accommodato, nempe quo totum vivum, & illiusum corpus meum sub speciebus panis & vini invisibiliter, attamen realiter, & substantialiter præsens sumetur per modum Sacramenti, quo res invisibilis signis visibilibus testata recipitur. Verba S. Doctoris sunt hæc: *Caro non prodest quidquam: sed quomodo illi (subaudi Capharnaitæ) intellexerunt carnem, quippe sic intellexerunt, quomodo in cadavere dilaniatur, aut in macello venditur.*

Obijciunt 2. S. August. lib. contra Adimant. c. 12. *Non dubitavit Christus dicere. Hoc est Corpus meum, dum signum daret Corporis sui.* Si ergo signum, quomodo verè & realiter corpus ipsius? Item Tract. 25, in Joan.

*ut quid parca ventrem, & dentes? crede & manducasti*, ita & alij quidam SS. PP. Ex quibus ergo patet non ore, sed fide recipi debere Corpus Christi, & proinde non verè & realiter in Eucharistia contineri. Respondeo 1. Sicque malè inferretur, substantiam Patris æterni non esse in Filio: quia 1. Hebr. 3. à D. Paulo Filius vocatur. *Figura substantia Patris*, ita etiam à pari malè inferretur in Sacramento non esse verè & realiter Corpus Christi: quia vocatur lignum Corporis ipsius, vocatur autem hoc modo, quia invisibiliter sub signis visibilibus panis & vini existit: non excludendo realitatem Corporis Christi. Respondeo 2. S. Aug. & alios SS. PP. intelligi debere de spiritali & metaphorica quadam manducatione, quæ fit per fidem, dum homo nimirum in panem illum, qui de celo descendit, credit, verè & realiter ibi latere, illumque devotè sumit: ad quam spirituales manducationem Sanctus ille Doctor cum alijs fideles exhortatur, ut deinde fructuosa sit.

Obijciunt 3. Joan. 15. v. 1. *Ego sum vitis vera: Ego sum esium* Joan. 10. v. 9. *Pater autem semper erat Christus*. 1. Cor. 10. v. 4. Sed hi Textus etiam juxta nos intelliguntur *figurative*. Et verbum substantivum *Est*, hæc idem valet, quod *significat*: ergo etiam à pari in Textu: *Hoc est Corpus meum*, id est *significat*, vel *figuratur*. Respondeo 1. juxta regulas S. Aug. lib. 3. de doctr. Christ. c. 1. superius. *Quæst.*

XIII. in declaratione proprietatum lingue Hebraicæ & Græcæ datas: Scripturæ verba sumi debere propriè, & non figuratè, nisi aliunde id constet: sed hæc nihil simile nobis constat; imò nec potior ratio est, cur Christus non possit se collocare realiter, quàm figurativè. Respondeo 2. Particula *Est*, sumitur pro *Significat*, in parabolis, quæ faciliè cognosci possunt applicandò antecedentia cum subsequētib; ita Textu autem: *hoc est Corpus meum*, nulla talia verba sunt, quæ nos cogunt ad figuratam explicationem. Et si hæc extorsio valeret, etiã unitatem Christi cum Patre, vel ejus Filiationem in dubium, vertere possemus. Joan. 10. v. 30. *Ego & Pater unum sumus*, scilicet unitate quadam metaphorica. *Hic est Filius meus dilectus*, non propriè, sed apparenter.

Obijciunt 3. Non est possibile Christum simul & semel esse in cœlo, in tot tantisque particulis. Indecens est, eum dentibus conteri, manibus tangi, imò & à bestijs posse devorari, comburi, pedibus calcari &c. Respondeo 1. ex Concilio Tridentino sess. 13. cap. 1. postquam definiuit, quòd Christus verè contineatur in Eucharistia; addit hæc verba: nec enim hæc inser se pugnant, ut Ipse Salvator noster semper ad dexteram Patris in cœlis assideat juxta modum existendi naturalem, & ut multis nihominus alijs in locis Sacramentaliter præsens sua substantiã nobis adsit. Quæ verba manifestè declarant, quod sit possibile, Christum existere

Sa-

Sacramentaliter in Eucharistia, cum modo extendi naturali in caelis. Respondeo 2. cum S. Augustino, sicut non implicat, unam eandemque animam in pluribus esse locis, manibus, pedibus & corde, ita etiam nec alterum implicabit. Nonne Christus est in caelo, & tamen apparuit Paulo. Act. 9. *Saule Saule quid me persequeris?* imo Ipsos sanctos non raro simul existisse in pluribus locis, habetur ex historijs authenticis. Nec implicat idem corpus per Dei potentiam absolutam simul existere in pluribus locis: ergo. Ad 2. sicut nec solis radius inficitur ex coeno, in quod illabitur, nec ex speculo vel chrystalli ab eo illustrati fractione violatur, ita nec Corpus Christi. Nonne ab ipsomet diabolo supra pinnaculum templi delatus fuit, nonne à lictoribus tentus, ligatus, tandemque inter duos latrones cruci affixus fuit? Et quis hoc indecens fuisse Deo audebit dicere, nisi qui charitatem ejusdem erga nos carpere vellet? A bestijs non corpora Christi, sed tantum species devorari possunt, non enim illis, sed hominibus se in cibum dedit. Argumenta autem talia depromere ex inconvenientijs & indecentijs est imitari Nestorianos & Arianos, ut divinitatem in Filio negarent, similibus usi sunt: Uti & Averroes Philosophiae lumen Arabicum depositis Idololatriâ examinans reliquas tres Religiones, id est, Maurorum, Judaeorum & Christianorum, hanc de illis sententiam protulit: *Lex Maurorum, lex persorum, lex Hebraeorum,*

Q. 3

626

*lex puerorum : Placet mihi lex Christianorum, sed quia Deum, quem adorant, derogans, moriatur anima mea cum animabus Philosopherum.* Et licet haec & similia intellectui nostro difficilia videantur; attamen prout & in alijs Mysterijs in obsequium fidei eundem captivare debemus, ita & quam maximè in hoc, submittendo iudicium nostrum universalis Ecclesiae, & SS. PP. sensui. Id quod aliqui urgeat videntur, uti Calvinus, non esse perceptibile, ut ad imperium Sacerdotis ad altare descendere deberet Christus, & quod non videatur &c. puerilia planè sunt haec argumenta & Cur quaeso credendum est, ut probatis verbis Baptismi adsit Spiritus Sanctus gratia sua? Quis tamen non videtur. Nonne fides iam non esset, si quae credenda sunt, oculis corporeis cerni deberent? cum iuxta Apostolum fides definiatur esse rerum non apparentium argumentum. 11. Hebr. 1. Et nonne ad verba B. V. M. *Eccè ancilla Domini* &c. Luc. 1. v. 38. Spiritus Sanctus supervenit in eam, verbumque caro factum fuit?

Obijciunt f. Propositiones Sacramentales debent Sacramentaliter exponi; sed haec *Hoc est Corpus meum*, est talis, ergo debet exponi Sacramentaliter seu significantè. Respondeo: Triplici modo propositionem aliquam dici Sacramentalem. Primò, quia Sacramentum, seu significationem explicat. Secundo dicitur Sacramentalis propositio, quia per illam

iam Sacramentum fit & constituitur, qualis est  
*hec: Hec est Corpus meum. Ego te baptizo.*  
Tertiò dicitur Sacramentalis, quia continet &  
significat aliquod reconditum mysterium seu  
Sacramentum, ut v. g. *Verbum caro factum*  
*est.* Primi modi propositio itaque semper est  
figurata: reliquæ duæ autem, licet sint Sacra-  
mentales, non sunt tales imo modo, sed pro-  
priè continentes realitatem.

Lutheri fundamentum de sua impanatio-  
ne est: Quia 1. Cor. 11. v. 26. *Quotiescum-*  
*que enim manducabitis panem hunc &c.* &  
passim alibi corpus Christi vocatur panis, ergo  
etiam simul cum pane remanet Corpus Christi,  
alioquin falsò vocaretur panis. Respondeo  
Corpus Christi tripliciter vocari panem, *tran-*  
*sitive, extrinsecè, & analogicè.* Transitive,  
quia erat panis. *Extrinsecè* ob accidentia pa-  
nis. *Analogicè*, quia sicut panis nutrit Corpus,  
ita Eucharistia animam. Nec etiam in solo  
usu consistere patet: quia idèò jubemur corpus  
sumere, & sanguinem bibere, quia Corpus &  
Sanguis Christi sub speciebus sunt, & immedia-  
tè post verba consecrationis prolata adest Cor-  
pus & Sanguis ipsius. Quod ipsum etiam magis  
confirmabitur ex immediatè dicendis: quare  
quò ad alteram Quæstionis partem

Dico, Venerabile Eucharistiæ Sacramen-  
tum adorari & circumferri debere & posse.  
Adorationem ipsius Sancti PP. Christi que fide-  
les fieri debere approbant omnes contra Secta-

rios, qui cultum illum idololatricum esse blasphemant. S. Ambr. lib. 5. c. 12. de Spiritu Sancto: *Per scabellum, inquit terra intelligitur, per terram autem Caro Christi, quam hodie quoque in mysterijs adoramus, & quam Apostoli in Domino Jesu adorarunt.* S. Aug. Enar. in Psal. 21. *Manducaverunt corpus humilitatis Domini sui divites terra, nec sicut pauperes saturati sunt usque ad imitationem, sed tamen adoraverunt.* S. Joan. Chrysost. Hom. 83. in Matt. *fideles id faciunt, quod Propheta subjungit: adorant in conspectu ejus. Manducant & adorant.* Et ne longior sim in citandis SS. PP. Ipsa verba Apostoli adorationem illam manifeste declarant I. Cor. 11. *Judicium sibi quosdam manducare, non dijudicantes Corpus Domini: scilicet illi, qui sine debita reverentia accedere praesumunt, quae reverentia ut varia requirit, sic quam maximè adorationem illam externam ob praesentiam divinae Majestatis.*

Solemne circumportationem Venerabilis hujus Sacramenti sanctam & laudabilem esse comprobamus ex ipsa deportatione arcae foederis factae tempore Regis David, in qua manna re conditum erat; cum autem manna illud figura fuerit panis illius caelestis; prout ipsemet Christus illud apud Joannem c. 6. declarat, eumque nos in capsulis vel pyxide adoramus, merito idem in eisdem debito honore circumferri poterit, prout arcam foederis magno jubis



hilo deferri curavit memoratus Rex David 2. Reg. 6. qui & totis viribus ante Dominum stabat, Micholque filia Regis Saul, quia eum deridebat, sterilitate punita fuit. Tum etiam, si antiquitus, uti tractando de veneratione Sacrarum Reliquiarum videbimus, usus erat magna veneratione eas circumferre, cur illicitum sit id facere cum Sanctissimo Sacramento? Nec obstat, quod dicunt, id esse contra institutionem Christi, qui præcipit, ut id fiat in sui commemorationem Lucæ 22. v. 19. circumferendo autem hoc Sacramentum, nihil simile fieri, ergo &c. Respondeo: licet Christus ibi proprie locutus fuerit de sumptione & consecratione Sacratissimi sui Corporis, suique commemoratione facienda; non tamen inde sequi, quin etiam alio modo sanctè ejus memoria celebrari poterit, uti fit in circumgestatione illa, in qua utique populus excitatur ad majorem devotionem, reverentiam, & recordationem immensæ amoris Christi erga nos, dum se in cibum nobis dare voluit, tandemque pretiosum suum Sanguinem fundere. &c. Nonne etiam per Baptismum & prædicationem memoria passionis & mortis Christi fit, & annunciatur? Minus urget quod objicit Sectarius Petrus Martyr. Act. 17. v. 24. *Deum non habitare in manufactis templis.* Ergo neque in tabernaculis vel pyxide. Respondeo, S. Paulum dicere, Deum ob suam divinitatem & immensitatem, qua omnia continet, non contineri loco, vel concludi,

Q

aut

aut indigere palatijs ad Regum instar. Huc quoque deservire poterunt dicenda in subsequenti Quaestione.

## QUÆSTIO XXIX.

*An quilibet sub utraque specie communicare debeat.*

**C**alvinus lib. 4. Instit. c. 17. n. 47. & sequentibus debuisse prius probasse, Evcharistiam non nisi in figura, signo, & spiritali manducatione Corporis Christi consistere, antequam Catholicos PP. & DD. tanquam transgressores legis divinæ argueret, & *Satana ministros* vocaret; docentes non esse præceptum à Christo, ut semper & ab omnibus Corpus ipsius sub utraque specie sumatur. Ad quid ergo ita contendit de simplici signo, de simplici-figura, quibus suos contentos esse vult, & contra expressa & clarissima verba Salvatoris ejus reali & vero Corpore privat, dum eos nec Corpore nec Sanguine, sed simplici pascit signo? Proinde contra ipsum, & Lutherum, eorumque affectus.

Dico, nullum esse præceptum divinum, ut laici sub utraque specie communicent.

Probatur 1. ex S. Scriptura Joan. 6. v. 51. *Ego sum panis vivus, qui de celo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est præmundi vita.* Hic nihil memoratur de sanguine.

quinc. Lucæ 24. Euntibus discipulis in Emaus  
dedit sub solis speciebus panis. Christus corpus  
suum, uti testantur SS. PP. & colligitur ex ipso  
Evangelista v. 35. *Cognoverunt eum in fractione  
panis.* Act. 2. v. 42. *Erant autem perseveran-  
tantes in doctrina Apostolorum, & communia-  
tione fractionis panis, & orationibus.* Act  
20. v. 7. *Una autem Sabbati, cum convenisset  
meus ad frangendum panem,* qui passi non in-  
telliguntur de profano pane, (sed Evcharistico),  
uti id demonstrant circumstantiæ annexæ. 1.  
Cor. 10. v. 17. *Quoniam unus panis, unum  
corpus multi sumus, omnes qui de uno pane  
participamus.* Probatur ulterius ex usu S.  
Scripturæ, quæ esum & potum non raro pro  
uno eodemque sumit, ut 1. Cor. 3. v. 2. *Lac  
vobis potum dedi.* Et 1. Cor. 9. v. 7. *Quis pas-  
cis gregem, & de lacte gregis non manducat?*  
Psal. 68. v. 22. *Et dederunt in escam meam  
fel.* Matth. 27. v. 34. *Et dederunt ei vinum  
bibere cum felle mixtum.*

Probatur 2. ex SS. PP. Cyprian. de lapsis.  
Basil. epist. ad Cæsar. Patr. Aug. epist. 85. Hie-  
ron. in apol. ad Pammach. Chrysoft. Hom. 41.  
operis imperf. in Matth. quos citatos videre  
poseris in Catechismo ad Parochos edito ex  
Concilij Tridentini decreto.

Probatur 3. rationibus desumptis ex dicto  
Catechismo 1. ob periculum irreverentiæ,  
quod facile contingere potest in tanta multitu-  
dine communicantium, ut sanguis Domini in  
ter-

terram funderetur. 2. Cum S. Eucharistia regis  
 totis præsto esse debeat, magnopere timen-  
 dum erat, ne vini species, si diutius asservaretur,  
 coalesceret. 3. Sunt permulti abstemij,  
 qui vini saporem, ne quidem odorem perferre  
 possunt. 4. Ne quod spiritualis salutis causâ dan-  
 dum est, corporis valetudini noceret. 5. Vi-  
 num in multis locis haberi non potest, præser-  
 tim in tanta copia, ut multa millia hominum  
 communicare possint. 6. tandem ratio, quæ  
 omnium maxima est. Convertenda erat hæ-  
 resis eorum, qui negabant sub utraque specie  
 totum Christum esse, id est sub specie panis so-  
 lum Corpus exanguæ, & sub specie vini solum  
 sanguinem; ut igitur huic errori obviaretur,  
 sapientissimo consilio Ecclesia sub specie panis  
 communionem introduxit. Tum similimodo  
 communicanti nulla fit injuria; cum non minus  
 sub una, quam sub utraque specie totus con-  
 sineatur Christus, & sic idem accipit, quod il-  
 le, qui sub utraque specie communicat: cum  
 una species easdem producat gratias, quas ut-  
 raque simul.

Confirmatur Conclusio ulterius ex anti-  
 quo ritu communicandi infantes, quibus ob te-  
 peram ætatem in os aliquid sanguinis stillaba-  
 tur; cum panem recipere nequibant. Tum ex  
 præxi antiquissima Christianorum, relata à PP.  
 Clemente, Tertuliano, Basilio &c. qui domi,  
 maximè tempore persecutionis sacras hostias  
 conservabant, & communicabant, easque ad  
 infir-

infirmos deferabant. Tum tandem etiam ex neo-converſis multi erant Nazaræi, quibus vini uſus prohibitus erat Num. 6. quam legem tamen ſemper obſervabant, ergo ſub una ſola ſpecie communicabant. Ex quibus ergo patet, minimè præceptum eſſe, ut Laici ſub utraque ſpecie communicent.

### *Exploduntur argumenta adverſariorum.*

Obijciunt 1. Joân. 6. v. 54. *Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* ergo ex verbis Chriſti conſtat, unum & alterum ſumi debere. Reſpondeo 1. Aliud ibi Chriſtum nobis non præcipere, quàm ut ſumamus ſanguinem ejus, ſed verè eum ſumit, qui ſub ſpecie panis Corpus Chriſti ſumit, in quo continetur ſanguis, cùm non contineatur ibi corpus mortuum. Reſpondeo 2. Particulam Et ſæpius in Scriptura ſumi pro Vel. ut Act. 3. v. 6. *Argentum & aurum non eſt mihi:* id eſt argentum vel aurum non eſt mihi. Item Lev. 20. v. 9. *Patri, matrique, qui maledixerit, ſanguis ſuper eum.* Ideſt Patri, vel matri qui maledixerit. Reſpondeo 3. Textum illum intelligendum eſſe in ſenſu diſtributivo; id eſt, ſi nec manducaveritis carnem filij hominis; nec biberitis ejus ſanguinem.

Obijciunt 2. cum Calvino lib. 4. Inſt. c. 17. *Edictum æterni Dei eſt, ut omnes bibant.*  
Matt.

Matt. 26. v. 27. *Bibite ex hoc omnes*, ergo &c.  
 Respondeo: Christum locutum fuisse solis Apo-  
 stolis, ut patet ex Marc. 14. v. 23. *Ei biberunt*  
*ex illo omnes*: & Luc. 22. v. 17. *Dividite un-*  
*ter vos, scilicet calicem, panem et ceterum ipse*  
*met Christus fragerat & dederat Apostolis.*

Ociocient 3. Lucæ 22. v. 19. *Hoc est Cor-*  
*pus meum, quod pro vobis datur: hoc facite*  
*in meam commemorationem*: Cum ergo Chri-  
 stus utramque speciem consecraverit, ac distri-  
 buerit, & simul dixerit: *Hoc facite in meam*  
*commemorationem*, bene inde infertur, utram-  
 que speciem porrigi debere. Respondeo: Chri-  
 stum Dominum dedisse Corpus suum & sangui-  
 nem sub bina specie? verum esse: sed quibus?  
 nonne Apostolis solis, quibus etiam dixit: *hoc*  
*facite*, quod solum Sacerdotum est: confi-  
 cere scilicet corpus & Sanguinem Christi. Sed  
 contra hanc explicationem instat Calvinus: in-  
 terrogando lib. cit. c. 17. n. 48. *quo miracu-*  
*lo illam solutionem habeamus? & cur melior*  
*re illo saculo ab Apostolis ad mille usque annos*  
*postea sine exceptione omnes fiebant utriusque*  
*symboli participes? ignorabantne vetus Ecclē-*  
*sia, quos Christus convivas ad carnem suam*  
*admisisset?* Respondeo, oraculo Spiritus sancti,  
 quo Ecclesia Sacramenta pro rerum, tempo-  
 rum ac locorum varietate dispensat, ac iudicat  
 venerationi & utilitati suscipientium expedien-  
 tius, salva tamen semper eorum substantia. In  
 seculis illis prioribus utpote melioribus fiebat  
 com:

*ut utraque specie communicari debeat.* 255

communio sub utraque specie, in subsequenti-  
bus sub una, in quibus charitas & veneratio fe-  
rum divinarum refrixit: variæque rationes oc-  
currerunt, uti vidimus antecedenter. Nec  
verum est, quod Calvinus supponit pro certo:  
semper sub utraque specie factam fuisse com-  
munionem; sæculis illis prioribus; ex varijs  
enim historijs constat contrarium: uti ex ipsa  
S. Scriptura & infra dicendis. Nec obstat,  
etiam, quod urgent ex D. Paulo I. Cor. 11. v. 23.  
*Hoc facite, quotiescunque bibetis in meam  
commemorationem.* Loquitur enim Apostolus  
conditionatè: Si nimirum calicem bibere veli-  
mus, mortem Domini annuntiemus; non au-  
tem absolute, ac si utriusque sumptio necessa-  
ria esset in laicis: bene quidem in Sacerdotibus  
sacrificantibus.

Obijciunt 4. Eucharistia est commemoratio  
mortis Christi ex Apostolo cit. *Hoc facite in  
meam commemorationem*: sed mors Christi nequit  
integre representari per unam speciem; ergo ut  
integra fiat commemoratio, opus est bina specie.  
Respondeo, distinguendû esse inter commemo-  
rationem & representationem mortis Christi.  
Prima fieri potest sub una specie, perfecta signi-  
ficatio & representatio fit sub utraque specie.  
Apostolus itaque agit de commemoratione,  
non autem de representatione, quæ non nisi in  
Sacrificio Missæ contingit, unâ cum commemo-  
ratione mortis Christi, & hæc etiam sub una spe-  
cie facta à Laicis æquè contingit.

Ob-

Obijciunt 5. Gelasius Papa can. compertimus de consecr. dist. 2. prohibuit laicis, ne sub una tantum specie Eucharistiam sumant. Respondeo, id factum fuisse, ut Manichæi hæretici eo facilius detegerentur, qui vinum tantquam à diabolo creatum sumere volebant, & sic cum Catholicis sub specie panis tantum communicabant. Ex quo manifestè patet, jam antiquitus in Ecclesia usum viguisse, quod laici sub una communicabant specie, minimeque præceptum fuisse, ut sub bina specie semper fieret communio.

Obijciunt 6. Christus instituit Communionem sub utraque specie, ergo etiam tali modo, & non sub una tantum specie sumi debet. Respondeo, aliud esse institutionem: aliud esse præceptum. Multa Christus instituit, non tamen omnibus præcepta sunt. Sic instituit Matrimonium, instituit Baptismum &c. & tamen non omnes obligantur ad matrimonium, nec omnes obligantur ad baptizandum &c. Cur ergo ipsi adversarij non adhibent omnia, quæ Christus fecit in institutione hujus Sacramenti, ut lotionem pedum, sumptionem cœnæ &c. In institutione ergo Sacramentorû duo spectanda sunt, ipsa substantia & essentia, & Symbolum externum. Si quis ergo uti velit aliquo Sacramento, nihil omittere debet, quod ad substantiam & essentiam spectat: ut v. g. in Baptismo, ut aqua naturalis adhibeatur & forma: an autem aqua sit ex fluvio, vel fonte, una vel tri-



trina, vel nulla fiat immersio, nihil ad substantiam sunt illa. Sic in Eucharistiae Sacramento, an sub uno, vel altero fiat Symbolo, non mutat substantiam: cum ea sola & unica consistat insumptione Corporis Christi, ut dictum fuit superius. Et per hoc simul refutatur insolens Senatoriorum appellatio, qua nos ad Tribunal Christi citant tanquam falsificatores Testamenti ipsius, dum laicis non nisi unam speciem porrigimus. Sed quis quæso major falsificator, quam ipse Calvinus, qui suis non nisi rudam panis & vini substantiam tradit? Nos verò reale & verum Corpus & Sanguinem Christi continemus sub una specie.

## QUÆSTIO XXX.

### *An Missa sit verum Sacrificium.*

**C**ontra Sacrosanctum, ac tremendum Missæ Sacrificium, tanquam rem detestabilem, Sacrilegum & abominabilem Lutherus & Calvinus cum suis, non obstante omnium tam veterum, quam recentiorum SS. PP. & Apostolorum unanimi consensu & auctoritate magnæ impudentiæ & malitiæ blasphemum stringunt calamum. Usus antiquissimus uterque concedit hujus Sacrificij: sic enim Lutherus in libro de abroganda Missa scribit: *Profiteor imprimis adversus eos, qui clamaturi sunt, quod contra Sententiam Patrum docuerimus, nihil*

&

ba

horum in audisurum. Et rationem lib. de  
 Missa privata, addit: *Scimus etiam ipsos Pro-*  
*phetas lapsos esse, adeoque Apostolos.* Calvi-  
 nus lib. 4. Instit. c. 18. n. 12. *Non est cur ulla*  
*hominum auctoritate, vel annorum prescri-*  
*psione patiatur nos moveri.* Quis homines  
 illos delirare non judicet, dum plus se, quam  
 omnes SS. PP. estimant? Audiamus tamen  
 eos ulterius, quid de hoc Sacrificio sentent.  
 Lutherus de capt. Babyl. scribit. *Impiissimatis*  
*usus est in Ecclesia persuaderi, Missam esse opus*  
*bonum, & Sacrificium.* Nullum est in novo  
 Testamento Sacerdotium, nisi quod est humani  
 mendacis à Sathan creatum. Calvin. lib.  
 & cap. cit. n. 1. Eidem Sathanæ id ipsum adscri-  
 bit, dum ait: *Pestilentissimo errore totum pe-*  
*ne orbem occaecavit, ut crederet Missam, Sac-*  
*rificium.* Et n. 18. *Missam (inquit) in sele-*  
*ctissima sua, & qua maxime ventitari potest*  
*integritate conceptam sine suis appendicibus &*  
*radice ad fastidium omni genere impietatis,*  
*Blasphemie, idololatrie, sacrilegij, fœneris.*  
 Contra quos

Dico, Missam esse verum & Sacrosanctum  
 Sacrificium in novo Testamento.

Probatur 1. ex Testamento antiquo, in  
 quo juxta SS. PP. Sacrificium Melchisedech  
 panis & vini figurabat Sacrificium incrementum  
 Christi in cena factum. *Melchisedech Rex Sa-*  
*lon profereus panem & vinum, erat enim Sa-*  
*cerdos Altissimi.* Gen. 14. v. 18. Quia ipsius  
 pro

per veto Sacendote Paulus Hebr. 7. v. 1. agno-  
 scit. Et David Psal. 109. v. 4. Christum fate-  
 tur esse Sacerdotem secundum ordinem Mel-  
 chisedech. *Tu es Sacerdos in aeternum &c.* uti  
 citat Doctor Gentium ad Hebr. 6. v. 20. *Ubi  
 prorsus pro nobis introiit Jesus secundum  
 ordinem Melchisedech Pontifex factus in  
 aeternum.* Malach. 1. v. 11. *Et in omni loco  
 sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio  
 impuda:* Lucæ 22. v. 19. *Hoc facite in mem-  
 orationem.* Per facere autem hinc in-  
 telligitur *Sacrificare*, ut Lev. 15. v. 14. *Si  
 aper duos turturas, aut duos pullos columba-  
 rum dabisque eos Sacerdoti, qui faciet unum pro  
 peccato, & alterum in holocaustum.* Act. 13.  
 v. 2. *Ministrantibus autem illis Domino.* Tex-  
 tus Græcus habet *Sacrificantibus: cum autem  
 illis Sacrificarent*, uti etiam exponit Erasmus  
 Roterodamus.

Probatum a. ex SS. PP. Aug. in c. 5. ad  
 Hebr. *Tu es Sacerdos, id est sacra dans per se  
 & per tuos in aeternum, id est, quamdiu du-  
 rabit seculum, quia non transibit Sacerdo-  
 tium Christi, ut aliud succedat, sicut transi-  
 vit Leviticum.* Et lib. 4. de Trin. c. 14. *Quid  
 gratius offerri, aut suscipi potest, quam cum  
 eo sacrificii nostri, corpus effectum Sacerdotis  
 nostri? Ambrosi. c. 1. in Luc. Cum Sacrifican-  
 tem Christus adest, Christus immolatur.* Hier.  
 c. 1. epist. ad Tit. *Quotidie Episcopus pro suis,  
 populisque, peccatis illibat. Leo offert victi-*

miss. Iren. lib. 4. c. 32. *Christus dicendo hoc est Corpus meum, docuit novam novi Testamenti oblationem.* Joan. Chrysof. Hom. de prod. Jhd. *Verbum Domini: hoc est Corpus meum usque ad mundi consummationem prestat sacrificio firmitatem.* Cyprian. serm. de coena Domni. *Existit medicamentum simul & holocaustum.* Ita &c. SS. PP. & Conc.

Probatur 3. rationibus varijs. 1. Vera Ecclesia nunquam fuit sine aliquo Sacrificio: nam in statu naturæ legis Abel, Noe, Abraham &c. Sacrificia Deo obtulerunt. In lege Moysayca plurima Sacrificia instituta fuerunt, ut videre licet Levit. 4. 5. 9. & 14. ergo etiam nunc Ecclesia illis non debet destitui; cum Ecclesia Christiana non sit ignobilior Synagoga & Sacrificium nullam includat imperfectionem, non quidem eruentum, quod ablatum est; sed incruentum, uti nostrum est. 2. Matt. 26. v. 28. *Christus seipsum obtulit Patri in institutione ultimæ Coenæ, & id ipsum præcepit fieri ab Apostolis; & eorum successoribus usque ad finem seculorum, sed hoc est Sacrificium verè & propriè dictum obtulisse, & offerendum instituisse, ergo celebratio Missæ est verum Sacrificium.* Major probatur. Quia in Coenâ Corpus Christi, & Sanguis sumuntur tanquam victimæ pro nobis oblatae: ergo necesse est, ut prius offerantur, & immolentur Deo, quam sumantur. 3. Ubi est vera oblatio; consecratio & sumptio, ibi verum est Sacrificium, sed hæc omnia hæ-

ventur in Missa, ergo illa est verum Sacrificium. Major constat ex definitione Sacrificij, quod est oblatio externa sibi Deo facta, qua ad cognitionem humana infirmitatis, & professionem divinae Majestatis, à legitimo ministro res aliqua sensibilis, & permanens ritu mystico consecratur, & transmutatur. Minor etiam est certa: quia in Missa Christus immolatur Deo Patri, & consumitur, & minister confert, dum verba pronunciat: *Hoc est Corpus meum* &c. 4. Altaria, calices, & Sacerdotes ordinantur ad Sacrificia, sed in Ecclesia vera talia & tales semper fuerunt, ergo & fuerunt Sacrificia, sed non alia, quam Missae Sacrificia, de quibus D. Paulus Hebr. 13. v. 10. *Habentis altare, de quo edere potestatem non habent, qui tabernaculo deserviunt.* 1. Cor. 10. v. 21. *Non potestis mensa Domini esse participes, & mensa demoniorum.* Et S. Andreas Apost. *Ego omnipotenti Deo immolo quotidie, non tauro-rum carnes; nec hircorum sanguinem, sed immaculatum Agnum in altari.*

Confirmatur conclusio ulterius ex solutione argumentorum adversariorum, & ex perpetuo, & nunquam interrupto usu, & sensu totius Ecclesiae Catholicae, tot tantorumque Sanctorum Patrum, Summorum Pontificum, Martyrum & Confessorum, qui Missam celebrant, quos omnes errasse, aut Idololatriam per tot secula exercuisse. Quis prudens hoc dicere audebit? Et qui hoc audet, merito sibi

applicare poterit verba S. Aug. epist. 118: *Dispensare de eo, quod uniuersa Ecclesia sensit, insolentissima dementia est.*

### Discutiuntur argumenta aduersariorum.

Obijciunt 1. & maxime Calvinus in suis Inst. lib. cit. ubi contra torrentem omnium SS. PP. negat Melchisedech in oblatione panis & vini verum Sacrificium Deo obtulisse; imò nec Sacerdotem fuisse, consequenter minime oblationem illam fuisse figuram Sacrificij Missæ. Dicit ergo panem & vinum obtulisse & dedisse Abrahæ, ejusque comitibus, *ut lassos ex itinere reficeret*, non quòd sacrificasset, vel quòd Sacerdos esset, sed humanitatis causâ, & ut Princeps memoratis panem & vinum obtulit. Quòd autem utrumque falsum sit, patet, spolijs etenim onustis, ac devicto hoste, quis dicit, cibum deesse potuisse? *Panem & vinum ergo protulit Melchisedech, quia erat Sacerdos altissimi* in usum Sacrificij, & gratiarum actionem ob obtentam victoriam, non ut Rex aut Princeps, sed ut Sacerdos, & idè etiam subditur; & benedixit ei: & ut talis ab Abrahamo decimas quoque ratione sacri sui ministerij, quò publicè fungebatur, accepit. Distribuit itaque Melchisedech panem & vinum inter milites prius Deo in Sacrificium oblatum, non ut famem & sitim sedarent, sed ut pro patta victoria

can-

sequitur pro gratiarum actione Sacrificij ipsius  
 participes essent. Nec obstat, quod D. Pau-  
 lus ad Hebr. 7. nihil meminerit de oblatione  
 panis & vini, dum Christum Sacerdotem vocat  
 secundum ordinem Melchisedech; finis etenim  
 Apostoli principalis erat, ut ostenderet Hebrais  
 Sacerdotium Christi longè præstantius esse Sa-  
 cerdotiò Aaronicò vel Moysaicò, quod apud  
 eos in maxima erat æstimatione. Si itaque usus  
 fuisset similitudine panis & vini facile effugium  
 habere potuissent; allegando Sacrificia Moysai-  
 ca non minoris, imò majoris excellentiæ fuisse;  
 cum in illis offerebantur animalia varij generis  
 non sine magnis expensis, in Sacrificio autem  
 Melchisedech non nisi panis & vinum, & sic  
 non minoris fuisse excellentiæ Aaronem, quàm  
 Melchisedech: Apostolus ergo, cum & alia ar-  
 gumenta quæ præstantia haberet ad demon-  
 strandam excellentiam Sacerdotij Christi, illud  
 prætermisit, & alijs utebatur, ut quia Melch-  
 sedech benedixit Abrahamæ, & consequenter  
 Aaroni, qui erat in lumbis Abrahamæ, quia acce-  
 pit decimas ab Abrahamo, & consequenter ab  
 Aarone; quia non legitur initium habuisse die-  
 rum, aut finem. Sicut ergo Melchisedech fuit  
 excellentior Aarone, ita etiam Christus, qui  
 est Sacerdos secundum ordinem Melchisedechi,  
 & consequenter ipsius Sacerdotium etiam ex-  
 cellentius debet esse Sacerdotiò Aaronicò. Ex  
 quibus rationibus Apostoli, iterum & confuta-  
 tur alius error Calvinij; dum dicit, Apostolum

totam suam vim & rationem posuisse in oblatione Melchisedech.

Obijciunt 2. contra alteram figuram Malachiz : dicendo per *oblationem mundam* non intelligi debere Missam ; sed fidem , spem , charitatem , bona opera , orationes , elemosynas & similia. Sed huic obstat : quod Propheta ibi loquatur de novo quodam Sacrificio Judæis incognito , quod Moysaico succedere debebat orationes autem , aliaque opera bona nec nova , neque ignota erant Judæis ; cum illa à multis exercebantur. Et si ex Calvino & Lutero juxta Quæst. XX. Omnia opera bona sunt *Sordes , macula & inquinamenta* , quomodo poterunt esse *oblatio munda* ? Minus intelligi potest oblatio illa munda prædicatio Evangelij , ut alii volunt ; nulla etenim est connexio prædicationis Evangelij cum Sacrificijs , ut patet. Sacerdotes Moysaici mihi offerunt panes pollutos , & animalia vitiosa : at Christiani prædicabunt Evangelium. Quæ quæso comparatio , aut consequentia hæc elijci potest pro prædicatione Evangelij , ut hæc sit oblatio illa munda , quæ Sacrificijs antiquis succedere debeat tanquam Sacrificium novum. Longè alia itaque inferri debet , & quidem hæc. Sacerdotes Moysaici mihi offerunt victimas pollutas : at Christiani offerent sanctam & impollutam hostiam in Sacrificio Missæ scilicet , & hæc est vera & genuina ac legitima illatio , & comparatio inter pollutum & non pollutum , prout ita intelligunt



gunt SS. PP. & DD. quorum doctrinae & interpretationi, utique major fides praestanda est, quam dubbis Sacrilegis Apostatis, qui venenosam illam doctrinam contrariam hauserunt ex antiquis Hæresiarchis Valentino, Marco & Apelle &c. confutatis jam olim à S. Ireneo lib. 4. antiquissimo S. Patre.

Objiciunt 3. Christus instituendo ultimam Coenam non dixit: *Sacrificare, offerre*: sed dixit: *Accipite & manducate*: ergo ex institutione Christi Eucharistia non est Sacrificium, sed tantum Sacramentum. Respondeo, 1. Verum esse, non esse scriptum expressè sub his verbis, sed non sequitur, ergo non est, vel non potest esse: quia est scriptum æquivalentibus verbis. *Hoc facite in meam commemorationem*, quod idem sonat: posthac celebrato Eucharistiam, quam nunc à me institutam videtis pro gratiarum actione, & memoria mortis meæ, in quo verbo Christus Apostolos Sacerdotes instituit, quorum est Sacrificare, & offerre ad exemplar Institutoris, qui in ara Crucis se Patri æterno ad Hebr. 9. & 10. per modum veri & cruenti Sacrificij obrulit, illud autem alio modo præstari non potest, quam incuruento Sacrificio Missæ? Respondeo 2. Christus dicendo Apostolis: *Baptizate*: non dixit: ut pronuncient: *Ego te baptizo in Nomine Patris &c.* non dixit: ut infanti nomen imponatur, ut baptismus in lingua vulgari conferatur

R 1. &c.

Et. ergo non potest, vel non debet conferri tali modo, quod utique malè inferretur.

Neque dicas Christus solus est Sacerdos in æternum, ergo nullos alios habet successores, aut vicarios, seu Sacerdotes, & Sacrificia, quæ ab ipsis offerri possunt. Et confirmatur ex epist. Hebr. 7. ubi Apostolus dicit in veteri lege plures fuisse Sacerdotes, quia mortales erant, ita ut mortuo uno, alter succederet, quod non currit in Christo, qui jam non moritur, & immortalis est. Respondeo: aliud esse successorem, aliud esse vicarium: successor enim eadem gaudet authoritate & potestate, quæ illi, cujus est successor, non autem Vicarius. Item successor non nisi causâ mortis vel depositionis jus acquirit, vicarius autem constitui solet vivente adhuc illo, cujus est vicarius: uti patet v. g. in Rege: quamdiu enim hic vivit, & in officio manet parem non habet in potestate, bene tamen vicarios habere potest, qui ipsi subserviunt; Christus ergo non habet successores cum pari potestate, quia semper vivit, habet tamen vicarios, qui illi subserviunt in munere sacerdotali, & in ejus virtute sacrificium illud offerunt. Neque hoc ipsius unitati, & Sacerdotij æternitati obstat. Nomen ipsemet Christus de se Matt. 23. v. 10. dicit: *Magister vester unus est Christus*, & tamen sub ipso alij quoque sunt doctores & magistri. Sic se vocat Paulus Magistrum Gentium 2. Tim. 1. v. 7. *Ego prædicator & Apostolus: & doctor Gentium*. Imò quod

- **quod plus est**, ipsemet Calvinus non timet in  
 - prologo Institutionum suarum se vobare *de  
 - re Ecclesie.*  
 - **Obijciunt 4.** Sacrificium Crucis est infi-  
 - nitæ virtutis ad remissionem peccatorum, &  
 - sanctificationem animarum, prout Apostolus  
 - testatur Hebr. 10. v. 10. *Sanctificati sumus  
 - oblatione unius Corporis Christi semel.* Et v. 14.  
 - *His oblatione consummavit in sempiternum  
 - sanctificatos,* ergo ad quid servit nostrum Mis-  
 - se Sacrificium, & quidem toties replicatum?  
 - cum per sacrificium mortis Christi sufficienter,  
 - imò & abundanter tota habeatur remissio &  
 - sanctificatio. **Respondeo 1.** retorquendo ar-  
 - gumentum in ipsos adversarios, Ad quid ergo  
 - -serviunt replicatæ Coenæ, & prædicatio Verbi  
 - -Dei? **Respondeo 2.** Ibi Apostolum aliud non  
 - intelligere, nisi non amplius opus esse, ut vel  
 - -Christus denuò moriatur, vel alius loco ipsius;  
 - -cum totam nostram salutem ipse jam sufficien-  
 - -ter operatus fuerit, ut autem tam fructuosi  
 - -Sacrificij participes fiamus, necesse est, ut me-  
 - -diantibus Missis tanquam rememorativis Sacri-  
 - -ficijs cruenti illius Sacrificij nos participes effi-  
 - -ciamus ejusdem: alioquin nobis contingeret, si-  
 - -cut illi, cui cista plena aure ostenditur, usus au-  
 - -tèm & proprietas non conceditur, quia vel ci-  
 - -sta aperire non vult, vel media necessaria ap-  
 - -plicare. Et si instas demò. Ad quid servit ista  
 - -applicatio fructus Sacrificij crucis mediantibus  
 - -Missis; cum sufficientes fructus ille haberi pos-  
 - -sit

si per Baptismum, fidem, Eucharistiam, & alia  
 opera? sed reciprocè & ego dico, ad quid ser-  
 vit Baptismus & Coena? si per fidem fructus  
 Crucis applicari possit? sic placuit illi, qui rem  
 ista ordinavit, ut memoria ipsius cruenti Sacri-  
 ficij hac celebratione Missarum jugiter in Ec-  
 clesia sua tenetur, & representetur.

Obijciunt 5. Missa juxta nos est etiam  
 Sacrificium propitiatorium, sed tale non potest  
 esse absque effusione sanguinis ad Hebr. 9. v. 21.  
 ubi Apostolus expresse dicit: *Sine sanguinis  
 effusione, quòd non sit remissio*: cum ergo illa  
 effusione careat Missa nostra, non potest esse  
 verum Sacrificium. Respondent r. Sectarij,  
 quomodo ergo per fidem se justificari dicere  
 possunt? aut peccatorum remissionem obti-  
 nent, dum credunt verè sibi remitti? dum nul-  
 la intervenit Sanguinis effusio? Respondeo,  
 ergo ad argumentum: Apostolum ibi loqui de  
 Sacrificijs Moysaïcis, quæ pro remissione pec-  
 catorum non fiebant absque effusione sanguinis  
 hircorum aliorumque animalium. Sed quid  
 hoc ad Sacrificium Missæ? Sanguinis ergo effu-  
 sio in incruento nostro Sacrificio fit, dum pre-  
 tium Sanguinis Christi in eo nobis applicatur,  
 ac simul sumitur.

Obijciunt 6. In Sacrificio res, quæ offer-  
 tur, vel sacrificatur, debet destrui, sed Chri-  
 stus non destruitur; cum non moriatur amplius,  
 ergo &c. Respondeo l. Panem & vinum Sa-  
 crificij esse terminum à quo, & rem oblata

minus principalem, & Corpus Christi terminum ad quem, & rem oblatam principalem, & sic per consecrationem panis & vinum destruuntur, quod ad rationem Sacrificij sufficit. Respondeo 2. Corpus Christi destruitur in hoc sacrificio, non secundum suum esse naturale, sed secundum esse Sacramentale, ut dum species consumptæ, vel corruptæ sunt, etiam tunc Corpus & Sanguis Christi desinunt esse Sacramentaliter.

Obijciunt tandem varia scemmata, quæ in nostris Missis fieri ajunt, ut quod cum ijs nominationes exercentur, dum pretium pro ijs accipitur & petitur &c. quæ omnia aut falsa sunt, vel si qui excessus fiant, viderint illi, qui eos committunt. Pretium autem pro re sacra non accipitur, sed pro labore, vel etiam expensis, quæ in illis fiunt. Forsan qui altari servit, de altari vivere non potest? Cur & ipsi pro suis Concionibus, Baptismis, copulationibus & sepulturis pretia non modica exigunt, eaque quod pinguiora eò gratiora habent? Arguunt etiam, quod Missam non vulgari idiomate celebrant, hoc autem ideo fit, quia Missa non est instituta ad docendum populum, & inter nostros licet multi linguam latinam non intelligant, intelligunt tamen quam optimè, quid sit Missa, quid per eam representetur, & quos effectus producat, quod sufficit, &c.

QUE

## QUÆSTIO XXXI.

*An Pœnitentia seu Confessio auricularis sit de præcepto divino & quid de Satisfactione sit sentiendum.*

**I**N confesso est apud omnes Catholicos Confessionem esse Sacramentum institutum. & præceptum à Christo Redemptore, necessarium ad obtinendam remissionem peccatorum post Baptisma commissorum, & non *inventionem, vel fictionem humanam*, prout vult Lutherus de 10. lepros. scribens: & in Postilla Dominicæ Reminiscere. *Nolo (inquit) confiteri ob id solum, quia Papa præcepit, & fieri vult. Qui fortiter & firmiter credit, quod sibi dimissa sint peccata, is potest confessionem hanc dimittere, & sibi soli confiteri: licet eam astruat conc. de confessione. Non est condemnanda confessio auricularis propter absolutionem, & Evangelij verbum, quod ex sacerdote audis. Quam etiam ex Lutheranis quidam admittunt & exercent. Calvinus lib. 3. Inst. c. 4. n. 24. in Summam reducens disputationem de hoc Sacramento, eam pariter vocat non solum *ficticiam*, sed *legem esse tyrannicam, & cum Dei injuria latam, sacrilegam, pestiferam, miseris animas in desperationem præcipitantem.**

Contra quos

Dico: Confessionem esse de præcepto divino

vino

visio à Christo institutam, & necessariam ad remissionem peccatorum post Baptisma commissorum.

Probatur 1. ex S. Scriptura. Matt. 16. v. 19. *Tibi dabo claves regni caelorum, & quodcumque ligaveris super terram, eris ligatus & in caelis, & quodcumque solveris super terram erit solutum & in caelis.* Joan. 20. v. 23. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Act. 19. v. 18. & 19. *Multaque credentium veniebant confitentés, & annunciantes actus suos. Multi autem ex eis qui fuerant curiosi sectati, contulerunt libros, & combusserunt totam divitiarum. 1. Joan. 1. v. 9. Si confitemur peccata nostra, fidelis est, & justus, ut remissionem habet peccatorum nostrorum. Jacob. 5. v. 16. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra. 2. Cor. 5. v. 18. & seq. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis, & posuit in vobis verba reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Dea exhortantes per nos.*

Probatur 2. ex SS. PP. Cyprian. serm. de lapsis. *Apud Sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitentes exomologesin conscientiae faciunt, numeri sui pondus exponunt, salutarem medelam parvis licet & modicis vulneribus exquirunt.* Hieron. adversus Luciferus: Sa-

cordes imponit manuum subiecto, reditum facti  
 Et Spiritus. Orig. cum non erubescis (id est  
 poenitens) Sacerdoti Domini aperire peccatum  
 suum, & querere medicinum. Basil. Mag.  
 in reg. breviora n. 288. Necessario eis peccata  
 aperiri debent, quibus credita est dispensatio  
 mysteriorum Dei. Aug. lib. 2. de vit. infirm.  
 c. 4. Sunt quidam, qui sibi sufficere existi-  
 mant, si soli Deo, cui nihil occultum est -- &  
 sua crimina confiteantur: valent enim aut  
 erubescunt, seu dedignantur ostendere se Sa-  
 cerdotibus, quos tamen inter lepram, & le-  
 pram discernere Dominus constituit, sed nota  
 ut decipiaris opinione, quatenus confundaris  
 confiteri. Ebristi Vicario, ergo ad te rogas ve-  
 nire Sacerdotem, & fac ipsum conscientia-  
 rum tuarum participem, erroneam autem  
 esse persuasionem contrariam. Et in lib. de  
 penit. Nemo dicat sibi, occulte ago, apud  
 Deum ago. Novit Deus, qui tibi ignoscas,  
 quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est.  
 Qua solveritis in terra, soluta erunt & in  
 caelo. Ergo sine causa claves datae sunt Eccle-  
 siae Dei? Frustramus Evangelium Dei? Fru-  
 stramus verbum Christi? si promittimus,  
 quod ille negavit? Et alibi, Medicum quis vi-  
 det curantem vulnere, quae sibi non ostenduntur?  
 Et lib. de 10. chordis. Melior est modici  
 amaritudo in faucibus, quam aeternae cruci-  
 atio in visceribus. S. Maximus hom. 5. in  
 nat. SS. Petri & Pauli, Clarus dicenda est, quae  
 ad



ad istam poenitentiam corda referantur, men-  
tibus secreta pandantur. Clavis inquam,  
que & conscientiam ad confessionem aperit,  
& gratiam ad assernitatem mysterij salu-  
tis includit. S. Petrus Damian. lib. 7. epist. 5.  
narrando confessionem Imperatoris Agnetis  
Henric. II. apud ipsum ad S. Petrum factam  
subjungit: Ad quod mihi visum est, nihil  
aliud confitenti penitentiæ potestatem inungere  
nisi: ut illud divina legationis elogium itera-  
reus: Age, quod agis, operare, quod operas  
ris, &c.

Probatur 3. rationibus desumptis ex Textu  
scripturæ. 1. ex potestate clauium  
ratione quarum Christus Apostolis, eorumque  
successoribus autoritatem dedit aperiendi &  
claudendi, sed non dicitur, quod clauis & aperi-  
ri debeat, inutilis esset earum potestas, uti  
patet, ergo &c. 2. Rex constituendo aliquem  
iudicem censetur ei conferre penes omnia spe-  
ctantia ad tale officium, sed inter ea quam ma-  
ximè est id, quod possit convocare testes, &  
si nolint venire, etiam compellere: Cum ergo  
Deus & natura nihil frustra faciant: sequitur  
quod Christus, qui est verus Deus dando disci-  
pulis potestatem absolvendi eos, quos iudica-  
rint absolvendos, dedit mandatum peccatori-  
bus constituendi; alioquin eorum potestas esset  
nulla. 3. In iudicio seculari non est idem ju-  
dex reus & actor: ergo peccator, qui est reus,  
non debet esse sui ipsius iudex, sed debet ab alio  
ju

judicari. Accedit & perpetuus jam à tempore Apostolorum, & nunquam interruptus usus Christianorum non simplicium tantum, verum etiam Summorum Pontificum, omnium Ecclesiasticorum, Imperatorum, & Principum, & alterius quoque sexus, ex quibus tot sancti, totque Doctores fuerunt, & sunt, qui certe opus tam grave non suscepissent, nisi confessionem, ut mandatum Christi agnovissent. Confirmatur tandem etiam ex mirabili effectu, quem hoc Sacramentum in peccatoribus producit, dum eos post confessionem tranquillos, plenosque interna spirituali consolatione relinquit; abstemios autem non nisi turbatos & desperatos.

*Refutantur argumenta adversariorum.*

Præter innumera convitia & mendacia, que in toto illo citato capite Calvinus congerit, ut dum ait: *ex contritione nostra nullum esse, qui non ad desperationem adactus sit*; Tractat ut impudentes SS. PP. & Theologos, qui ad probandam confessionem utuntur allegorijs, ut de leprosis missis ad Sacerdotes, de Lazaro resuscitato &c. Sed nonne hoc est taxare etiam Doctorem Gentium: qui sæpius in epistolis suis tractans de circumcissione, de vocatione, de Baptismo, de Coena &c. utitur allegorijs, isque argumenta sua probat; imò & ipse.

femet quandoque Salvator noster. Cur quæso ipse pro sua figurali coena eas adducit? SS. ergo PP. & DD. non solum ex ijs sua argumenta dogmatica depromunt, sed & alijs etiam Textibus, uti vidimus. Blasphematur præterea Confessionem numericam & specificam esse impossibilem, legemque esse talem, *qua non nisi perdas, damnes, confundas, & in desperationem conicere potest peccatores, imò hypocritas & Dei, ac sui ipsorum ignorantes facit.* Sed quæ lex ad impossibile obligat? Quis Catholicorum unquam ob examen, & confessionem numericam peccatorum suorum in desperationem coniectus fuit? cum nullus præsumat, ac credat, se perfectam omnino eorum habere cognitionem, & non ab ipso Deo veniam suorum peccatorum speret mediante ipsius ministro, dum moralem diligentiam in enarrandis & cognoscendis peccatis adhibuit. *Delicta enim quis intelligit? Psal. 19. v. 13. Et ab occultis meis lava me Domine Psal. 18. v. 13.* Adjungit occasione confessionis peccatores fieri audaciores ad peccandum, *dum in reliquum anni tempus de confessione securi nunquam ad Deum suspirant, nunquam ad se redeunt, sed peccata peccatis accumulavit, donec omnia, ut opinantur simul evomant.* Si tales ergo apud nos, uti Calvinus dicit, confessio nostra conjuncta cum tanta erubescencia & difficultate producit effectus, vellem ab eo scire, cur non eosdem, & quidem facilius producere

potest apud suos simplex apud Deum confessio, & veniæ peccatorum petitio, quem absque confessione jam sciunt esse cognitorem delictorum suorum? Deinde quomodo ergo confessio lex est tyrannica, quomodo in desperationem conijcit, quomodo impossibilis si peccatores tam facile eâ uti possunt? Sed relictis hisce mendacijs, & convitijs, alijsque quæ passim hinc inde spargit, convertamus nos ad ipsius & suorum argumenta.

*Eliminantur argumenta adversariorum.*

Obijcit ergo 1. Calvinus cum suis. Si confessio esset præceptum divinum, Nectarius *vir & sanctitate & eruditione clarus*, Episcopus Constantinopolitanus illam non prohibuisset, & abrogasset, uti testantur Socrates lib. 5. c. 19. Sozomenus lib. 7. c. 10. *Hic aures asini isti* (subaudi nostros Theologos) *arrigant*, impudenter exclamat. Cui reclamare possem. *Hic asinus Calvinus aures suas arrigat*, imo cogor. dum ut *Doct̃or Ecclesiæ* nescit Nectarium abrogasse in sua Diocesi Constantinopolitana confessionem publicam, non privatam, ob scandalum, quod successit, dum nobilis quædam femina accusando se, accusavit Diaconum, cum quo tem̃ habuit, ex qua confessione, quia magnum scandalum oriebatur, ideo prudenter ab eo publica confessio sublata fuit. Sed quid hoc

hoc ad Confessionem privatam occultorum peccatorum? Tum etiam Nectarius prohibuit confessionem in sua Diocesi, ergo tota Ecclesia ab ea libera remansit? Quæ consequentia?

Et de hac publica Confessione quoque loquitur S. Joannes Chrysostomus, quem pro fecit Sectarius ille n. 8. prout manifestè patet ex ipsius Hom. 3. in epist. ad Hebr. *Non dico tibi, ut te prodas in publicum, neque apud alias te accuses.* Secretam enim Hom. 85. in Joan. expressè astruit: *Cæterùm (loquens de Apostolis) facendum est tunc eos potestatem, & gratiam spiritualem accepisse, non tantùm ut mortuos suscitarent, & virtutes ostenderent, sed ut peccatores dimitterent.* Et lib. 3. de Sacerdotib. *Nostris Sacerdotibus non corporis lopræm, verùm anima sordes, non dico purgare probare, sed purgare prorsus concessum est.* Quam confessionem publicam etiam S. Leo Papa epist. 80. ad Episcopos Campaniæ scribens improbat: *Quia reatum conscientiarum sufficit solis Sacerdotibus confessione secreta indicari.* Quòd autem Calvinus tantum elogium Nectario deferat, videtur multum se conformare Hæreticis Novatianis Socrati & Sozomeno, quibus plus quàm oportebat Nectarius etiam in rebus fidei deferebat; unde tantum elogium meritò ab alijs ipsi denegatur. Sit tamen quomodocunq̃ue ex factò ipsius aliud probati nequit, quàm abrogatio Confessionis

publicæ, ut dictum est, ad quam utique pro delictis occultis non tenemur.

Obijciunt 2. cum eodem. Usus Confessionis fuisse liberum per 1200. annos usque ad tempora Innocentij III. qui illam instituit & præcepit, ergo non est præceptum divinum. Respondeo, falsum esse, Innocentium III. in celeberrimo illo Lateranensi Concilio 1285. instituisse confessionis usum, uti manifestè patet ex Patribus citatis longè antiquioribus Concilio illò, & Textibus S. Scripturæ. Pontifex ergo Innocentius, non nisi fidelibus utriusque Sexûs ordinavit, ut saltem semel in anno, & hoc circa Pascha ob Communionem percipiendam eam peragant. Verecundor exscribere ex Calvino, quomodo SS. PP. tractet, & quæ de hoc termino *utriusque Sexûs juxta cujusdam scurra senevile dictum scribit*. Deinde nonnè si Confessio præcisè humanum esset præceptum, utique in aliquo Concilio hoc inveniretur? nec etiã SS. PP. illi antiquè ita liberè, & sub exterminatione scripsissent.

Obijciunt 3. Nec adulteræ, nec Magdalene &c. Christus dixit: *Confitere Sacerdoti: sed vade nobis amplius peccare*. ergo &c. Respondeo: Verum esse, id fecisse Christum, & potuisse fecisse propria sua potestate minimè Sacramentis alligata; at non sequitur etiã ita fieri posse à nobis. Necdum etiã tunc temporis instituta fuit confessio: cum Christus adhuc non-

honendum miserit Spiritum Sanctum super Apo-  
stolos. Et ideo nec mirum.

Obijciunt 4. Jacobi 5. v. 16. Non dicitur:  
*Confiteamini Sacerdoti*, sed *alterutrum*: quæ  
verba non ad Confessionem Sacramentalem  
aliquam referri debent, sed ad fraternam, qua  
unus alteri necessitatem suam detegit, vel ad  
obtinendam veniam, si quæ offensa intervenit,  
vel ad consilia vel levamina & solamina perci-  
pienda, & hoc quam maximè etiam apud Mini-  
stros Ecclesiæ, quibus incumbit vî officiorum  
suorum publicè & privatim populum suum do-  
ctrinâ Evangelicâ solari. &c. Respondeo 1. Si  
hæc verba Apostoli ad solam fraternam confes-  
sionem trahenda sunt, ad quid præmittit Præs-  
byteros adducendos primùm? Si apud vel inter  
fratres, cur non potius apud Sacerdotes, quo-  
rum est ligare & solvere, & non tantùm solari  
doctrinâ Evangelicâ? Respondeo 2. Per *alter-  
utrum* non quemcumque intelligi, sed Sacer-  
dotem: sicuti si dicimus: docete invicem, cu-  
rate invicem, sacrificate pro invicem: centè  
intelligimus: Doctores nimirum docete, Me-  
dici curate, Sacerdotes sacrificate & absolvite:  
quia autem absolutio fieri nequit sine cognitio-  
ne causæ, sequitur necessariò eam fieri debere.  
Et hanc esse genuinam explicationem constat  
ex varijs SS. PP. imò & ex contextu: *Orate  
pro invicem*, quod utique remedium est gene-  
ralissimum, & omnibus obvium ad distinctio-  
nem alterius positum.

Obijciunt 7. S6. Aug. & Ambros. (ad S. Joan. Chrystomum superius respondi) dicunt : ergo DD. illos aduersari expresse auriculari confessioni. libro enim 10. confess. c. 3. Aug. hæc habet : *Quid mihi est cum hominibus, ut audiant confessiones meas, quasi ipsi beneficiarii sint omnium languoribus meos? Cur inquam genus ad cognoscendam alienam vitam, infusus sum ad corrigendam suam.* Et Ambros. in Lucæ c. 22. in v. 62. *Petrus exiuit, & flevit amarè* : ita scribit : *Non inuenio quid dixerit ; inuenio quod fleuit ; lacrymas ejus lego, satisfactionem non lego.* Et infra : *lagent lacryma melictum, quod voce pudor est confiteri.* Respondedo ad primum : Augustinum ibi loqui de peccatis ante Baptismum commissis, eorumque confessione, que in libris illis Deo & mundo impandit ; non autem de confessione sacramentali privata, quam varijs in locis summopere extollit, uti in probatione conclusionis vidimus. Ad alterum S. Patrem respondeo quod ad primum, Petrum non fuisse usum Sacramento illo, quia tunc temporis non erat adhuc institutum. Quod ad alteram Textus partem respondeo, Ambrosium non excludere Confessionem sacramentalem, sed solum velle, satis esse deferre culpam admissam jam notam Sacerdoti ob penitentem convictum de ea ; privatas enim Confessiones sanctum illum Patrem audisse, constat ex ipso via à Paulino conscripta.



Instant adhuc, absolutionem peccatorum non nisi consistere in prædicatione, annunciatione & declaratione Sacerdotis, qua peccatoribus impenitentibus damnationem, poenitentibus vero remissionem peccatorum, salutem ac celestem gloriam annunciat & prædicat. Ita Calvinus & sui sequaces. Sed quæso à quo interprete Novatores isti hunc sensum verborum *clavium* vel absolutionis didicerunt? Quis unquam docuit idem esse remittere, solvere, ligare & retinere, quod annunciare prædicare, & declarare, vel non potius exercere actum solutionis vel ligationis? Quis vim clavium in eo consistere dicet, quod sint signum januæ aperte vel clausæ, & non potius ijs aperiri vel claudæ? Si remissio & ligatio consistant in annunciatione & declaratione, nonne eandem etiam familia adhibitis quoque citatis Sacræ Scripturæ sententijs peccatoribus æquè annunciare poterit? ad quid ergo opus est recurrere ad Prædicantem vel Ministrum? si obijcit suum ministerium, probet prius à quonam illud sibi ut legitimo ministro collatum fuerit. Deinde sequetur, omnes eorum conciones continuas esse peccatorum absolutiones, quia in ijs peccatoribus poenitentibus veniam, obstinatis vero poenam annunciant. Quid tepidius? Est autem doctrina ista resuscitata hæresis Novatiani, qui remissionem peccatorum in foro interiori negat. Nec vera, sed adultera altera quoque clavium interpretatio est, qua eorum potestatem ob-

peccata publica ad excommunicationem externæ disciplinæ causâ extendit. Sed cur non etiam cum consensu omnium SS. PP. ad absoluti-  
onem peccatorum non tantum publicorum, sed & occultorum? Alij ad Baptismum retorquent, ut dum peccator recordatur se sanguine Christi emundari, cujus lavacri symbolum & testi-  
monium est Baptismus. Sed respondeant, cur S. Petrus Simonem Magum jam baptizatum Act. 8. v. 13. & 22. hortatus est ad peniten-  
tiam, & non ad Baptismi memoriam? Cur D. Paulus 1. Cor. 5. de incestuoso agens pariter nihil meminit de Baptismo? Falsæ itaque & adul-  
terinæ ac insulsæ sunt omnes hæc interpretatio-  
nes. Nunc videndum, quid sentiendum de al-  
tera Quæstionis parte, scilicet de *Satisfactio-  
ne*: de qua.

Prænotandum cum S. Bernardo ceteris-  
que SS. PP. & DD. duo in peccato reperiri, ma-  
culam animæ, & plagam, seu clarius culpam  
& poenam, reatum scilicet culpæ, id est digni-  
tatem poenæ, & ipsam poenam. Calvinus id af-  
ferit esse expressè contra S. Scripturam lib. & c.  
cit. n. 29. & 30. *alioquin. Quid quæso (ait)  
nobis prestitisset Christus, si adhuc pro pecca-  
tis poena exigatur?* Contra quem ojusque  
assecelas

Dico remissâ culpâ mortali à Deo, cui rea-  
tus poenæ æternæ correspondet, etiam hunc re-  
mitteri, ita ut peccator liber existat à poena æter-  
na; cum implicet hominem obtinuisse gratiam

Deo, & ſimul eſſe inimicum ipſius, & dignum damnatione, non autem ſemper à poena temporali, & hoc non tantum ad cautelam & emendationem, ut vult Calvinus, ſed in vindictam peccati præteriti ad ſatisfaciendum aliquo modo juſtitie divinæ, ad quam poenam temporalem igitur homo obligatus remanet, & poenitentia ſatisfacere debet.

Probatur 1. ex S. Scriptura, quod Deus remiſſa culpa & poenâ æternâ temporaliter in vindictam peccatorum peccatores puniat. Non obſtante abſolutione à peccato primi noſtri Parentis Sap. 10. v. 2. *Eduxit illum à delicto ſua:* tamen ipſum Deus ad poenam temporalem condemnavit. Gen. 3. v. 17. *In ſudore vultûs tui veſceſis panem. In dolore parietis filios.* Sed hæc & cæteræ poenæ adhuc in nobis remanent in vindictam peccati Originalis, prout ipſemet Calvinus lib. 2. Inſt. c. 1. n. 4. fateetur, dam poenam illam vocat *horribilem Dei vindictam:* licet poſtmodum ſibi contradicat lib. 3. Inſt. c. 11. Et hoc etiam non obſtante, quod per Baptiſmum à culpa Originali liberati ſimus. Numeri 12. Remiſſo peccatò Mariæ Sororis Moyſis, eaque ſanata, tamen juſſa fuit in poenam peccati ſeparari extrâ caſtra. *ſeparetur ſeptem diebus extrâ caſtra* v. 14. De fratribus ipſius Num. 20. v. 12. *Dixit Dominus ad Moyſem & Aaron, quia non credidiſtis mihi, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Et Deut. 32. v. 48. *Locutus eſt Dominus*  
ad

(ad Moysen dicens) ascende ad montem istum, & morere, sicut mortuus est Aaron frater tuus, quia praevaricati estis contra me in medio filiorum Israel. Sed cur hoc? nisi quia peccaverunt. Exod. 32. Deus decrevit ob adorationem vitulum delere totum populum, placatus autem precibus Moysis, tamen ad viginti tria millia populi ob hoc peccatum perierunt. Iterum Moyses orante pro superstito populo dicente: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Deus peccatum dimisit, & tamen adiecit: *Ego autem in die ultionis visitabo hoc peccatum eorum.* 2. Reg. 12. v. 13. Cum David adulterium & homicidium commisisset, & ad eum Nathan Propheta missus fuisset, sensentiamque mortis eidem annuntiasset: dixit David: *Peccavi:* cui Propheta: *Dominus quoque transulit peccatum tuum: non morieris.* Ecce remissio culpa. Et immediate adjungitur poena satisfactionis: *Verumtamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur.* Nec hac poena contentus Deus, alias adjungit: *e. 16. v. 23. Ego fuscis abo super te malum ac demo vasa, & solam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo.* 2. Reg. 24. v. 10. Postea David punitus fuit ob elationem suam in enumerando populo. Ex quibus textibus lucide patet: Deum saepius punire temporali poena, quibus ignovit poenam aeternam ob contractam culpam mort-

telem; pro qua remittenda opus itaque est, ut peccator poenitentiam agat, ut iegerunt Primi nostri Parentes, citatque antiqui PP.

In novo Testamento Joannes Baptista, Matt. 3. v. 8, adhortatur ad se venientes. *Facite ergo dignum fructum poenitentiae.* Qui non in sola legis observatione consistis, sed & in alijs operibus poenalibus, ut jeunijs, elemosynis, orationibus, humiliationibus &c. 1. Petr. 2. v. 21. *In hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* Lucae 9. v. 23. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quodidie, & sequatur me.* Non dicit *Christum Crucem meam*, sed *suam*, id est satisfactionis poenam, ut sicut ipse satisfecit pro peccatis totius mundi, ita etiam nos satisfaciamus pro nostris; crux etenim vel satisfactio Christi nobis non potest applicari, nisi nos faciamus conformes per crucem nostram, uti testatur Apostolus Rom. 8. v. 17. *Coheredes autem Christi, si tamen communitur.* 2. Cor. 4. v. 10. *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferemus, ut & visa Jesu manifestar, in corporibus nostris.* Exhibeamus nosmetipsas, sicuti Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in vigilijs, in jeunijs &c. 2. Cor. 6. v. 5.

Probatur. 2. ex SS. PP. Ambrosij lib. 2. de Elia & jeunio c. 22. *Nos habere plura sub*  
*idia*

fidia, quibus peccata redimamus: pecuniam habes, redime peccatum tuum. Aug. Hom. 4. de poenit: Non sufficit mores in melius commutare, & à praeceis malis recedere (quod dicitur nova vita) nisi etiam de his, quae jam facta sunt, satisfiat Domino per penitentiae dolorem, & humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus jeunijs & elemosinis. Joan. Chryl. in Hom. de poenit. Penitentiam exhibuit David, ita dicens: lavabo per singulas noctes lectum meum. Cyr. serm. 5. de lapsi. Agite penitentiam plenam doloribus, & lamentis animi. Gregor. M. l. 1. Hom. 19. in Evang. Debemus omnipotenti Deo gratias agere, quia qui ex carnis blandimentis peccavimus, ex carnis afflictione purgatur.

Probatur 3. rationibus. Peccator Deum offendendo eidem subtrahit debitum honorem & obedientiam, ergo tenetur ad aliquam compensationem, mediante qua restituuntur ipsi aliquo modo sublatus honor, & reverentia, sed hoc fieri potest aliquo modo (perfectam enim & adaequatam quis facere poterit?) per opera poenitentiae, ut sunt jejunium, orationes &c. utpote grata Deo, ergo ad ea tenetur. Pater v. g. vel Rex filio, vel subdito culpam contractam saepius remittit, ita tamen, ut pro compensatione injuriae factae poenam aliquam subbeat: Et cur hoc negandum sit Deo, non video.

Enchiridion

## *Enervantur argumenta adversa- riorum.*

Obijciunt 1. Coloss. 2. v. 13. & 14. *Et vos cum mortui essetis in delictis, & praputia carnis vestra, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta delens...* chyrographum decreti. Ezech. 18. v. 21. *Si impius egerit penitentiam omnium iniquitatum eius non recordabor.* Sed si poena remissa culpam (ut dicimus) remaneret, jam non fuissent delicta donata, nec chyrographum peccati deletum, nec Deus oblitus fuisset peccati, quod dici nequit, ergo &c. Respondeo, Passos allatos aliud non probare, nisi quod Christus revera deleverit chyrographum decreti, id est obligationem ad mortem & poenam aeternam juxta Decretum Dei, & sententiam damnationis in peccatores latam, cui sententiae primum subscripsimus omnes in Adamo, & postmodum personaliter, ut dum peccamus; hanc ergo obligationem Christus utique sustulit per mortem suam, eamque cruci affixit. Et quod Deus, poenitentiam peccatore agente, non amplius recordetur peccatorum suorum, quod ad poenam aeternam, quam contraxit, non autem quod ad poenam temporalem; alioquin omnia Scripturae loca superius allata evincerentur, in quibus manifeste conspeximus non obstante remissione & condonatione peccatorum Davi-

dem,

dem, Moysen populūque Israeliticum &c. poenā temporali fuisse punitos.

Non tamen negatur, quin Deus ob perfectam contritionem peccatoris utramque poenā remittere possit, multisque remiserit: veram attenta nostra fragilitate & negligentia, quia raro talis contritio contingit, merito Deus à peccatore quandam satisfactionem exigit; & hoc ob triplicem rationem. 1. in poenam tepidæ conversionis. 2. ne peccator adeptā misericordiā remissior fiat. 3. Et quidem potissimum, ut ei assimilēmur.

*Obijciunt 2. Rom. 3. v. 24. Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu.* Si ergo remissio peccatorum est gratuita, quomodo ergo requiritur compensatio nostra ex parte? Respondeo, remissionem peccatorum esse omnino gratuitam quò ad culpam, & reatum poenæ æternæ: quia Deus gratis justificat peccatorem contritum, ut amicus ipsius fiat, non tamen condonat ei semper poenam temporalem, uti vidimus. Deinde nonne ipsi adversarij fatentur se justè pro peccatis affligi, sed quomodo hæc afflictio subsistere potest, dum tenent se à peccatis esse solutos, dumodò fidem habeant, & veniam de ijs petant? Vel ergo fateri coguntur, Deum non absolute omnem poenam suorū peccatorum remisisse, dum adhuc castigat, vel eorum peccata non obstante eorum fide, & veniæ petitione non esse remissa. Si primam con-



veniunt nobiscum; Deum non semper condonare poenam temporalem. Si secundum regulam fundamentum de justificatione, ejusque consuetudine. Sive ergo à Deo pro peccatis affligimur, sive nos ipsi nos affligamus, semper remanet pro illis non obstante remissione culpæ & poenæ æternæ aliquo modo, ut satisfaciamus.

Objiciunt 3. Christus abundantissime pro peccatis nostris satisfecit passione & morte sua, ut dicitur 1. Joan. 2. v. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed pro totius mundi*; ergo opus non est alia satisfactione. Respondeo, id verissimum esse; Christum passione & morte sua abundantissime satisfecisse, ut tamen si nobis non applicetur ista satisfactio; non prodest; applicatur autem nobis per media à Deo ordinata, ut sunt Sacramenta, aliæque opera bona, & pro æterna poena temporali satisfactio: actus enim activorum non applicantur nisi in subjectis dispositis, & secundum dispositionem illorum; quæ dispositio fit mediante nostra cooperatione, & si desit, licet Christus satisfecerit, non prodest, ut patet in damnatis, quibus passio Christi applicari non potest, licet pro ipsis satisfecerit.

Nec per hoc injuria passioni Christi inferatur, si nos personalibus operibus pro nostris peccatis queramus satisfacere: cum ex illa tanquam ex fonte, si quid boni est, totum emanare

T

CO-

cognoscamus, & mediante tali satisfactione Apostoli monitum exequi contendamus. Rom. 6. v. 12. *Sicut enim exhibuistis membra vestra in servitute immunditie ita nunc exhibete membra vestra in servitute iustitie in sanctificationis signum.* Ac etiam cum eodem adimplere passionibus nostris, quæ defunt passionum Christi. Colof. 1. v. 24. *Qui nunc gaudeo in passionibus vestris, quæ adimplentur, quæ defuerunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia.* Vide objectionem 3. de bonis operibus. *Quest. XX.*

Obijciunt 4. Damnatio consistit in duabus, scilicet culpa & poena, sed his, qui sunt in Christo JESU, nihil est damnationis, id est culpæ & poenæ, prout testatur Apostolus Rom. 8. v. 1. *Nihil ergo est damnationis istis, qui sunt in Christo JESU, qui non secundum carnem ambulant, ergo &c.* Respondeo, locum adductum minime esse contra nos: id ipsum cum Apostolo fatemur, nihil damnationis esse istis, qui non secundum carnem ambulant, & qui sufficienter dispositi sunt, & quibus totaliter virtus passionis applicatur, ut fit in Baptismo Rom. 6. in quo Christi morti perfecte conformamur, tanquam consopuli cum illo. In peccatoribus autem post Baptismum peccantibus manet plerumque restus poenæ temporalis, pro qua satisfaciendum est, quapropter opera poenalia merito peragenda sunt, etque in poenitentiam iunguntur.

**QUE**

# QUÆSTIO XXXII.

## De Extrema Unctione sit Sacramentum.

**Q**uammodò modestiàs de Extrema Unctione scripserit, an Lutherus, vel Calvinus, non facile dixerim. Lutherus de capt. Babil. de hoc Sacramento, ita scribit: *Si usquequàm antea deliratus es, in Extrema Unctione nunc prorsus cupò deliratus es.* Calvinus lib. 4. Inst. c. 19. n. 18. vocat eam *scissimum Sacramentum.* At non contentus hæc blasphemia, alias graviores subnectit. n. 20. *Ceremonia usurpata venditur, nisi ab ijs, qui carationem gratiæ præditi fuerant: non ab istis carnificibus (nostris scilicet sacerdotibus) qui plus malè faciendò & cruciando valent, quàm faciendò.* n. 21. *Nominat oleum baltham (ab Episcopo) calcistratum, multo murmure innotatum. Abominabilem Unctionem, impèque nos mentiri: dum peccata remitti per ea dicitur.* Relinquamus viperas istas, que non nisi in omnibus suis scriptis venenum, & contumelia evomunt, & videamus rei veritatem. Quare

Dico, Extremam Unctionem esse verum Sacramentum.

Probat. I. ex S. Scriptura Jacob. 5. v. 14. *Infirmus quis ex vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, & oret super eum, ungentes eum oleo in Nomine Domini, & oratio fides salvabit.*

*bis infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.*

Probatur 2. ex SS. PP. & diversis Concilijs. Conc. Nicteno L. c. 69. *Transactio annus debet Sacerdos benedicere aquam, & oleum infirmorum.* Conc. Gabilon. celeb. tempore Caroli M. sub Leone III. circa ann. 813. c. 48. *Infirmos secundum beati Jacobi documentum oleo, quod ab Episcopo benedicitur, debere a Presbyteris ungi.* Ita & alia Concilia, & novissimè Trid. Sess. 14. c. 1. De Extrema Unctione. Aug. Serm. 219. de Tempore. *Quoties aliquis infirmus aperiuerit corpus & Sanguinem Christi, ille qui agrosat, accipiat, ac deinde corpusculum suum ungas, ut illud quod ferri pram est, implentur in eo: infirmatur aliquis? inducat presbyteros, & orens super eum, ungetos eum oleo.* Similia habet lib. 2. de visit. infirm. c. 4. & alijs in locis. S. Joan. Chrysoft. lib. 5. de Sacerdotio. *Sacerdotes non modo, carnos regenerant, sed etiam eum infirmos oleo unguunt, indulgere peccata.* Beda lib. 2. in Marco. *Unde patet ab ipsis Apostolis hunc sanctum Ecclesiae morem esse traditum, ut energumini, vel alij quilibet agrosi ungeretur oleo Pontificali benedictione consecrato.* Ita & alij PP. antiquiores Dyonis. Areop. c. de Ecclesiast. Hierarch. in fine. S. Ephrem lib. de vita Spirituali. c. 75. Orig. Hom. 2. in Levit.

Probatur 3. ratione. Illud est verum Sacramentum novae legis, quod confert gratiam.

led

sed talem confert Extrema Unctio: *& si in peccatis fueris, dimittentur ei; ergo &c.* Adest & signum sensibile, scilicet oleum, & figuratum in eo Marci 6. v. 13. *Et ungebant oleo multos egros, & sanabant.* Confirmatur conclusio ratione quadam congruentiali ex Scoto: Deus fidelibus suis non minus providit in minori, quam maxima necessitate, maxima autem est necessitas Sacramenti alicujus in mortis articulo, in quo moribundus homo telis inimici magis exponitur, &c. ergo sicut in initio vitæ providit de Baptismo, in medio vitæ de Pœnitentia, sic in fine vitæ de Sacramento Extremæ Unctionis. Accedit & perpetuus hucusque nunquam interruptus usus & sensus Ecclesiæ non tam modernæ, quam primitivæ, quam tot sæculis in errore usque ad Lutheri & Calvini tempora fuisse, quis dicere audebit, nisi qui plus sapere, quam oporteat, vel planè cum Hæresiarchois illis delirare velit?

### *Expediuntur argumenta adversariorum.*

Quæ Summarie in his consistunt, negando nimirum epistolam S. Jacobi non esse Canonicam, uti faciunt Lutherani. Sed de hoc vide Quæst. XV. de libris Canoncis.

Calvinus lib. cit. Instit. arguit hoc modo: Si Extrema Unctio esset Sacramentum, prout dicimus, deberet producere effectum suum, qui est

est sanatio infirmi, sed talem non producit cum infirmi nostri plerumque moriantur, imo tractat nos ut *carnisifices*, ergo &c. Respondeo, in hoc Sacramento duplicem esse effectum, corporalem & spirituales, remissionem nempe peccatorum, qui effectus semper producit. Si obex non ponatur. Alter verò scilicet curatio, vel sanatio corporis non semper, sed prout expedit saluti animæ, ut docent omnes SS. PP. cum Sacramenta primariò instituta sint pro salute animæ, & non corporis. Alioquin nullus unquam infirmus esse posset, quod ridiculum utique est dicere. Nec etiam S. Marcus dicit *omnes egros oleo unctos curatos fuisse*; sed dicit: *Et ungebant multos egros, & sanabant.* Et quot non etiam oleo hoc sacro uncti sanitatem corporis obtinuerunt? Cur Calvinus non omittit ergo suam prædicationem? cum non sit talis, qualis erat Apostolorum; hæc etenim erat miraculis confirmata Marc. 16. v. 20. *Illi autem prædicaverunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.* Si donum miraculorù in Ecclesia cessavit, ut dicit: cur ergo tanta præsumptione ea facere voluit resuscitando notum illum fictò mortuum? Ut tamen proprijs suis armis eum confodiamus: dicat quæso Calvinus; cur nostram unctionem velit sanitatem infirmo semper largiri; cum oleo Apostolorum talem virtutem non tribuerit? lib. cit. n. 18. *Fateor; sed tamen ut effectus extrahens organum* (loquens

quod de oleo, quo Apostoli utebantur, sed  
 Symbolum duntaxat, quo imperatoris rudi-  
 az admoneretur, unde dicitur viri prode-  
 re scilicet eius laudem Apostolis tribuerent.  
 Oleum autem significari Spiritum Sanctum,  
 etiamque donum, vulgare ac tritum est. Cate-  
 chismum evangetis gratia illa curationum. Si evan-  
 gelicis, ad quid ergo eam a nobis pretendit? Et  
 maxime cum SS. PP. & Concilia effectum illud  
 salutatis corporalis nunquam infallibilem &  
 certum doceant, vel docuerint: sed prout est  
 peria: ut dictum est. Sufficit ergo, quod effe-  
 ctus principalis huius Sacramenti, qui est salus  
 anime, habeatur. Et si non semper etiam per-  
 fecta corporis sanitas habeatur, habetur tamen  
 sublevamen & confortatio quedam ejusdem.

-13- Nec ut ~~enudat~~ tractandi sumus, dum dif-  
 ferimus hoc Sacramentum ad extremam infir-  
 mitatem, quia infirmi prius alijs etiam Sacra-  
 menti confortantur, ut Poenitentia, Evchari-  
 stia, postinde vocatur extremum Sacramentum  
 tanquam ultimum confortativum. Minus  
 Apostolus dicit in quacunque infirmitate opus  
 esse huc unctione. Ad quid ergo Sectaris ille  
 arguit universalis Ecclesie usum & consuetudi-  
 nem administrandi hoc Sacramentum non nisi  
 graviter decumbentibus? Forfan majori Spiri-  
 tus Sancti gratia & illuminatione prae datus est,  
 quam omnes isti sancti Patres & DD. credat,  
 qui velint. Imo ex ipso contextu Apostoli rem-  
 optime posse doceri mihi videtur, cum intelli-

gendum esse de gravi infirmitate: *Inducet*,  
vel ut vult Erasmus *accerfas*, *Presbyteros Ec-*  
*clesia*. Cur inductio, cur accersio Presbytero-  
rum? Cur ipse infirmus eos non accedit, si gra-  
viter non decumbit?

Per *Presbyteros*, quos Apostolus induci  
jubet intelligit Calvinus *Seniores Ecclesiae*, non  
Sacerdotes, vel Episcopos, prout Catholici in-  
telligunt. Sed quam erroneè & falsè, patet ex  
epistola ad Titum c. 1. v. 5. & 7. Ubi Paulus  
præcepit Tito discipulo suo, ut constituat non  
*crustates presbyteros sicut & ego disposui tibi* &  
per quos presbyteros unanimiter SS. Exposito-  
res intelligunt Episcopos, seu Sacerdotes Pa-  
rochos, & non laicos curiæ vel communitatis  
seniores. Est autem vox *Presbyter*, vox Græ-  
ca significans senem maturum, qualis debet es-  
se Sacerdos, non quidem ætate semper, sed iudicio,  
& gravitate morum: alioquin nec S. Ti-  
motheus hoc vocis encomio insigniri poterit &  
scribit enim ad ipsum S. Paulus in epist. sua pri-  
ma. c. 4. v. 12. *Nemo adolescentium tuam*  
*consecravit.*

Falsum etiam est, quod dicit: Innocen-  
tium I. Papam in epist. 1. ad Decens. c. 9. indif-  
ferenter usum olei, seu extreme Unctionis  
etiam laicis permisisse. Verba enim epistolæ ip-  
sius sunt hæc. *Adjecit filius meus Carollinus in*  
*epistola sua, esse a sua dilectione positum illud,*  
*quod in B. Apostoli Jacobi epistola conscriptum*  
*est: Si infirmus aliquis in vobis est, vosq; Pres-*  
*by-*



*Interdicitur.* Quod non est dubium de fidelibus agrosantibus accipi, vel intelligi debere, qui sancto oleo chrysmatis perungi possunt, quo ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus utriusque Christianis licet, in sua, aut suorum necessitate ad unguendum. Caterum illud superfluum videmus adfectum, ut de Episcopo ambigatur, quod Presbyteris licere dubium non est. Nam idcirco de Presbyteris dictum est à Jacobo Apostolo, quia Episcopi alijs occupationibus impediti ad omnes languidos ire non possunt.

Tandem dicunt Sacramentum hoc fuisse institutum à S. Jacobo, & non à Christo, ergo &c. Respondeo, negando antecedens: D. enim Jacobus illud duntaxat promulgavit quò ad ipsius ritum & caeremonias.

## QUÆSTIO XXXIII.

### *An Ordo sit verum Sacramentum.*

**L**utherus ut verus Apostata, ne aliquid de vera & antiqua Ecclesiastica dignitate & officio retineat, de hoc Sacramento de capt. Babil. ita scribit: *Sacramentum Ordinis Ecclesie ignoras, inventumque est ab Ecclesia Papa.* Calvinus genuinus ejus assecla lib. 4. Instit. c. 19. n. 22. & sequentibus tractans de Ordinibus Ecclesiasticis, scandalosè, erroneè & ludibriosè pariter de ijs juxta solitum suum agit: maxime

de Sacerdotio, n. 28. dum ait: *nostrum Sacerdotium impium esse ac Sacrilegum; Certe nimis improbi sunt, dum Sacramenti titulo insignire audent.* Et immediatè post de verè Presbyterij munere fatetur contrarium; asserit siquidem cum D. Paulo illud *non esse carentiam inane, nec supervacuanam, sed fidei spiritualis gratiæ symbolum.* Et subiungit: *Quod autem verum (scilicet Sacramentum) in numerum non posui, eo factum est, quòd non ordinarium, nec commune est apud omnes fideles, sed ad certam functionem specialis ritus.* Tandem n. 31. *Superest impositio manuum, quam ut in veris legitimisque ordinationibus Sacramentum esse concedo, ita locum habere nego in hac fabula, in consecratione Catholica.* Sic ergo Psevdo-Apostolus ille pro libito suo sibi fingit, & tollit Sacramenta Ecclesiæ. *Monstrat quæritur ex S. Scriptura, quando hæc manuum impositio cessavit esse Sacramentum, dum ab Apostolis in consecratione Episcoporum, & horum Successoribus adhibita fuit? ut sit est, ubinam sit, si non in Ecclesia Romana?* Deinde si idem Ordo Sacramentum non est, et quòd non sit commune & ordinarium, sed specialis ritus, etiam hoc dici posset de ipsius Coena & Baptismo; horum etenim administratio nem, quia non nisi solis suis ministris admittitur, certè jam communis non est; & sic quòd ad hanc partem nec unum, nec alterum Sacramentum esse deberet. *Quis non videt servolum Calvinum*

ationem? Ideo Sacramentum non esse Ordinem; quia specialis est ritus, quia non est commune apud omnes fideles, quali verò Sacramenti essentia consisteret in hoc. Concedit esse fidele spiritualis gratia symbolum, & negat esse Sacramentum. Quare

Dico, Ordinem esse verum in Ecclesia Sacramentum.

Probatur 1. ex S. Scriptura 1. Tim. 4. v. 14. *Noli negligere gratiam, qua data est tibi sum impositione manuum presbyterij.* 2. Tim. 1. v. 6. *Resuscita gratiam, qua in te est per impositionem manuum mearum* Et epist. 1. c. 5. v. 22. *Manus me vixi citò imposueris.* Tit. 1. v. 5. *Huius rei gratiâ relinqui te Creta, ut ea qua donatus es, corrigas, & constituas per civitates presbyteros* Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* Act. 13. v. 2. *Segregate mihi Saulum & Barnabam.* Act. 20. v. 28. *Vos Spiritus sanctus posuit Episcopos.* Ephes. 4. v. 11. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios Pastores.*

Probatur 2. ex SS. PP. maximè S. Ignatio M. discipulo S. Joannis Evangelistæ in epist. 11. ad Antiochenos scribente, qui distinctim omnes Ordines nominat. *Salute sanctorum presbyterorum collegium, salute sacros Diaconos, hypodinaconos, lectores, Cantores, janitores, laborantes, exorcistas, Confessores, custodes sacrarum vestibulorum.* Et ad Smirn. epist. 10. *Layci si Diaconi subiciuntur, Diaconi presbyteris, presbyteri Episcopo, Episcopus Christo, ut ipse Pa-*

vi. S. Greg. Nazianz. Gregor. M. lib. 4. Reg. in  
 cap. 10. lib. 1. *Regum* (ait) *sacrorum Ordinum*  
*Sacramenta ab Ecclesia Doctoribus fors*  
*accipimus, sed Sacramentorum virtute ab*  
*Omnipotentis Deo interiorius roboramur.* Aug.  
 lib. 2. contra epist. Parmen. : c. 12. *Utrumque*  
*Sacramentum est* (loquens de Baptismo & Or-  
 dine) *& quidem consecratione, utrumque ho-*  
*mini datur.* Et infra. *Sed si nos* (Catholici)  
*mala facimus, ipsi* (adversarii) *explicent,*  
*quomodo Sacramentum baptisati non possit*  
*amitti, & Sacramentum Ordinis possit amitti?*  
 S. Ambros. lib. de dign. Sacerd. c. 9. *Quis*  
*dat Episcopalem gratiam: Deus: an homo?*  
*respondes sine dubio, Deus: sed per hominem*  
*dat Deus, homo imponit manus, Deus largi-*  
*tur gratiam.* S. Dion. Arcop. de Eccles. Hier-  
 arch. c. 3. distinctissimè pariter enumerat Or-  
 dines. Ita & varia Conc. &c. SS. PP.

Probatur 3. ratione. Illud verum est Sa-  
 cramentum, quod habet conditiones Sacra-  
 menti, sed has habet ordinatio, vel Ordo, er-  
 go &c. Minor constat ex Textibus Scripturæ  
 allatis, scilicet ritus & symbolum externum,  
 quod est manuum impositio, promissio & an-  
 nexio gratiæ: *Notè negligere gratiam.* 1. Tim.  
 4. v. 14. & tertia conditio, institutio Christi  
*Segregate mihi Santum & Barnabam in opus,*  
*ad quod assumpsit.* Act. 13. v. 2. Accedit & sen-  
 tus totius Ecclesiæ. Et cur Ecclesia Christi do-  
 terioris debet esse conditionis Synagogæ, qua  
 sacras habuit Sacerdotes? Læ

## Lustrantur argumenta adversa- riorum.

Omissis scomatibus mendacijs & cavillationibus, quas Calvinus & Novatores congerunt, videntur urgere 1. Si juxta nos omnes septem Ordines sunt Sacramenta, jam ergo plura erunt Sacramenta, quam septem. Respondeo: Omnes Ordines tanquam species infimæ contineri sub uno genere Ordine scilicet completo in Presbyteratu tanquam supremo. Deinde sunt unum genere subalterno, nam licet specie differant, conveniunt tamen in hoc, quod quilibet sit Ordo. Sicut partes v. g. numeri senarij, constituunt unum numerum senarium, licet quælibet pars sit numerus: sic Sacramentum Ordinis, licet septem sint, & Sacramentum Ordo quilibet dicatur, non tamen septem sunt Sacramenta Ordinis, sed unum Ordinis Sacramentum; sicut numerus senarius dicitur tantum unus, quamvis ex pluribus distinctis numeris sit confectus, ita etiam Ordo dicitur tantum unum Sacramentum Ordinis perfectum, licet ex pluribus Ordinibus sit completus. Cur Calvinus coenam suam non facit duo Sacramenta; cum & illa quoque ex duabus speciebus sit confecta?

Arguit 2. Sacrilegè & superbe Sacerdotes nostrj sibi titulum Sacerdotij arrogare; cum D. Petrus illum toti tribuat Ecclesie 1. Petri 2.

v. 9. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium.* Respondeo, nos minime negare, quin devoti fideles fidem & orationes suas Deo offerendo hoc modo spirituales & mysticos quodammodo esse Sacerdotes; aut non sequitur, ergo in Ecclesia nullos alios esse Sacerdotes, nullum debere esse Ordinem; alioquin quoniam fuisset distinctio inter Apostolos & Laicos? ad quid eorum segregatio? ad quid eorum impositio manuum? ad quid constitutio Presbyterorum? ad quid creatio Diaconorum? &c. Paulus vocat fideles 1. Cor. 3. v. 16. *Templum Dei; Vos estis Templum Dei.* ergo non opus est alijs materialibus templis, inepta utique sequela. Deinde si Apostoli fuerunt Sacerdotes & Episcopi, ejusque successores, ex quo si non ob Ordinem tales fuerunt? Ceteras ipsius sturrilitates, quas in hac materia adducit, maxime contra Ecclesiasticas Cereimonias, & Oleum sanctum, cujus in Ordinatione usus est in Ecclesia, refutare supersedeo: cum cuilibet legenti obvius sit Apostatae hujus malignus animus, quo fuscque deque omnia evertere conatur, & verè sine olei unctione se esse palam faciat, id est sine Spiritu Sancto, ejusque donis. *Oleum autem significari Spiritum sanctum, ejusque dona, vulgare ac tritum est: Ipsemet* explicat lib. 4. Instit. c. 19.

n. 18.

QUAE

## QUÆSTIO XXXIV.

### *An Matrimonium sit Sacramentum.*

**S**acrilegos suos concubitus plus arrisisse odio-  
tur Hæresiarchis Luthero & Calvino, quam  
ut Matrimonio honorem illum deferrent, quem  
eidem S. Pagina, Sanctique PP. deferunt, dum  
illud pro vero Sacramento tenent, ij verò ex  
numero Sacramentorum id expunxerunt. De  
eò enim Lutherus lib. de capt. Babyl. ita scribit:  
*Matrimonium non solum sine ulla Scriptura  
Sacramentum censetur, verum eisdem tra-  
ditionibus, quibus Sacramentum esse iactatur,  
merum ludibrium factum est.* Calvinus lib. 4.  
Inst. c. 19. n. 34. hæc habet. *Postremum est  
Matrimonium, quod ut a Deo institutum fa-  
teatur omnes, ita pro Sacramento datum,  
nemo usque ad Gregorij tempora viderat. Et  
cui unquam sobrio in mentem venisset? En so-  
lum sobrium Calvinum! contra, cuius sobriet-  
tatem sobrius cum Orthodoxis.*

**Dico, Matrimonium esse verum Sacra-  
mentum.**

**Probatur 1. ex S. Scriptura Ephes. 5. v.  
32. Sacramentum hoc Magnum est, ego au-  
tem dico in Christo, & in Ecclesia. Quod ergo  
Deus coniunxit, homo non separet. Match. 19  
6. 2. 1. Tim. 2. v. ult. Salvabitur autem pop-  
ulus gentium coniugium, si permanserit in fide**  
Pro-

Probatur 2. ex SS. PP. & quidem antiquioribus D. Gregorio ad detegendum Calvinii apertum mendacium, qui Matrimonium inter fideles contractum pro vero Sacramento semper tenuerunt. Clemens Alex. lib. 3. Strom. S. Ambros. lib. 1. de Abrah. c. 7. *Eum, qui conjugij thorum polluit, peccare in Deum, ejusque gratiam solvere, ac Sacramenti caelestis amittere consortium.* S. Aug. in pluribus locis. lib. de bono conjugij. c. 18. *In nostrorum quippe nuptiis plus valet Sanctitas Sacramenti, quam fecunditas uteri.* lib. 1. de nuptiis, & concupisc. c. 10. *Hujus Sacramenti res est veritas & fides connubio copulati, quamdiu vivunt, inseparabiliter perseverent.* Et in lib. de fide & operibus c. 7. *In Ecclesia Dei, nuptiarum non solum vinculum: verum etiam Sacramentum ita commendatur, ut non liceat viro uxorem suam alteri tradere.* Et lib. 9. de Genesi ad litt. c. 7. *In connubio tria bona sunt, proles, fides, & Sacramentum.* S. Cyrill. Alex. lib. 2. in Joan. c. 22. *Christus in nuptiis Galilea totam naturam hominis in melius condecoravit, nec solum benedixit jam natis hominibus, sed & sanctificavit conjugium. Et gratiam abscissuris preparavit.*

Probatur 3. rationibus. Ceremonia externa cum significatione rei sacrae, & annexione promissionis gratiae est Sacramentum; sed Matrimonium in lege nova est hujusmodi; est enim ceremonia externa, & signum sensibile in illo



illo contractus celebratio inter virum & fami-  
 nam: adest etiam rei Sacrae significatio, eaque  
 duplex, una est conjunctio Christi Sponsi cum  
 Ecclesia, altera viri cum femina per dilectio-  
 nem, & Christianam charitatem: quae utique  
 perfecte subsistere nequit sine gratia Dei. Qua-  
 re Apostolus 1. Tim. 2. v. ult. contra 4. mala,  
 quae in Matrimonio sine gratia Dei evitari non  
 possunt, quatuor gratias seu bona enumerat.  
*Salvabitur per filiorum generationem*, id est  
 in statu matrimoniali, ubi filij procreantur, *se*  
*permanerit in fide, in dilectione, in Sanctifi-*  
*catione, in sobrietate*, quibus tuti reddentur  
 a perfidia, odio, immunditia, & intemperantia.  
 Probatur 2. Christus Matt. 5. & 19. Matrimo-  
 nium ad primam originem reducens, id indif-  
 solubile effecit, permanere autem sub tali jugo  
 in nova lege etiam cum conjugate v. g. infirma,  
 sterili &c. esset res nimis intolerabilis, nisi Chri-  
 stus gratiae promissionem annexisset ad onera  
 matrimonij sustinenda. Et ideo optimè S. Aug.  
 scribens de bono conjugij. c. 24. & lib 9. super  
 Gen. c. 7. Tria bona, quae utique sine gratia  
 sanctificante non possunt subsistere, enumerat:  
*In fide attenditur, ne praeter virtutum con-*  
*jugale cum altero concumbatur; in prole, ut*  
*amanter suscipiatur, benigne nutriatur, re-*  
*ligiosè educatur: in Sacramento, ut conju-*  
*gium non separetur.*

U

Elu-

*Elucidantur argumenta adversariorum:*

Obijcit 1. Calvinus lib. & c. cit. *Unum Sacramentum in lege nova, non repugnat alteri; sed secundum nos Matrimonium repugnat Sacerdotio Sacramentali, cui annexus est Coelibatus, ergo Matrimonium non potest esse Sacramentum.* Respondeo, distinguendo minorem, repugnat, Jure Divino nego, Jure Ecclesiastico concedo. Est itaque ex se compatibile Matrimonium cum Sacerdotio, uti videmus etiamnum inter Orientales praticari, quod autem Ecclesia Latina ejus usum sustulerit, rationes ejusdem videbimus infra tractando de Coelibatu.

Obijciunt 2. In Matrimonio exercentur actus concupiscentiæ, quæ ex c. 1. v. 15. Jacobi *parit peccatum*, ergo implicat, ut Matrimonium possit esse Sacramentum. Respondeo, In Matrimonio exerceri actus concupiscentiæ licitos, secundum legem Dei & rectam rationem, quæ concupiscentia deinde non est illa, quam Jacobus dicit parere peccatum, sed illicita, & quæ contra legem est.

Coetera argumenta Sectariorum vel falsis innituntur fundamentis, vel dependent ab alijs materijs, ut de authoritate Ecclesiæ leges condendi, dum quasdam condidit, ut sunt impedimenta illa, quæ in Jure Canonico, & Theologia

gia

lia Morali tractantur, vel dependent ex coeli-  
 batur, quare eorum solutio ex illis sumenda est.  
 Mirè tamen videtur urgere Calvinus, quòd Ca-  
 tholici pro probatione hujus Sacramenti alle-  
 gent Textum Ephes. 5. v. 32. *Sacramentum*  
*hoc magnum est.* Idem quod *mysterium* à voce  
 Græca; prout etiam alij vertunt ex Textu Græ-  
 co. Reprehendit ergo PP. ut ignorantes Græ-  
 cæ linguæ: cum & in alijs locis, ut 1. Tim. 2. v.  
 9. *Habentes mysterium fidei in conscientia pu-  
 ra.* & v. 16. *Et manifestè magnum est pietatis*  
*Sacramentum*, habeatur passim & mixtim hæc  
 vox: Interpres locò *mysterij*, usus fuerit *Sacra-*  
*menti* voculâ. Ex quibus inferre vult, sicut  
 ergo in illis locis nihil de Sacramentis agitur, ita  
 etiam in memorato Textu. Sed non est par ra-  
 tio, sub hoc enim nomine sancta & universalis  
 Ecclesia, quæ *columna & firmamentum veri-*  
*tatis est* 1. Tim. 3. v. 15. in epist. cit. Ephes.  
 verum Sacramentum intellexit, & in alijs non;  
 non ex ignorantia linguæ, sed sic edocta à Spi-  
 ritu sancto: sive deinde transferre velit *myste-*  
*rium*, sive *Sacramentum*, nihil obstat. Lib.  
 4. Inst. c. 12. n. 28. Matrimonium vocat: *San-*  
*ctum conjugium*: Sed si ipsius Baptismus & Coe-  
 na sunt Sacramenta, quia Sancta sunt; cur non  
 etiam conjugium; quod juxta ipsum Sanctum  
 est, Sacramentum non est? Vel quomodo  
 sobrius, qui rem sanctam sanctè non  
 tractat?

## QUÆSTIO XXXV.

*An detur, & quid sit Purgatorium.*

**L**utherus in disput. Lypfica. cap. de Purgatorio. *Ego (ait) credo firmiter, imò ausim dicere, scio esse purgatorium, facile persuadeor in Scripturis de eo fieri mentionem. Negat autem illud in artic. ad Conc. Mantuanum. Purgatorium cum omni decore, cultu & caeremonijs pro mera diabolica fascinatione reputandum est. Et de abroganda Missa: Tutius est totum Purgatorium negare, quam Gregorio in Dialogis credere. Calvinus non simplici negatione contentus lib. 3. Inst. c. 5. n. 6. censet: Clamandum ergo, non modo vocis, sed gutturis ac laterū contentione: Purgatorium exitiale Satana esse commentum, quod Christi crucem evacuat, quod contumeliam Dei misericordia non ferendam irrogat, quod fidem nostram labefacit & evertit. Vox Vox, præterea nihil. Cedamus ergo pro interim clamorosè huic simul & blasphemæ voci, & videamus rei veritatem.*

Dico, dari Purgatorium, seu locum, in quo animæ justorum non satis in hac vita purgatæ, purgari debent.

Probat 1. ex S. Scriptura 2. Machab. 12. v. 43. & seq. *Judas facta collatione duodecim millia drachmas argenti misit Jeroso-*

lymam offerri pro peccatis mortuorum Sacrificium. . . Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. 1. Cor. 3. v. 12. & sequ. Si quis super aedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, stipulam, uniuscuiusq; opus manifestum erit. . . Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem salvus erit: sic tamen quasi per ignem. Matt. 5. v. 26. Amen dico tibi, non exies inde: donec reddas novissimum quadrantem. Matt. 12. v. 32. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro. Apoc. 21. v. 27. Non intrabit in eam (scilicet gloriam coelestem) aliquod coinquinatum.

Probatur 2. ex SS. PP. Qui Passos citatos de Purgatorio intelligunt, & alios quosdam. S. Aug. in Enchirid. c. 69. Post hanc vitam incredibile non est, nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis, minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius, citiusque salvari. Et in Psal. 80. Unde non frustra à illa tria distinxit Apostolus 1. Cor. 3. Lignum, fœnum, stipulam, quæ illi aedificant, qui etsi aliena non rapiunt, rebus tamen infirmitati concessis aliqua dilectione inhaerent. Qui secundum suas amandi modos, vel diutius ut lignum, vel minus ut fœnum, vel minimum ut stipula ignem sustinebunt.

Et alibi. S. Bernard. Hom. 66. in Cant. Purgatorium ex dicto Matt. 12. probat hoc modo: *Quarant* (inquit) *ab eo, qui dixit: quoddam peccatum esse; quod neque in hoc saculo, neque in futuro remittitur, cur hoc dixerit; si nulla manet in futuro remissione purgatione peccati?* S. Gregor. Dialo. lib. 4. c. 39. in eundem locum. *In qua sententia* (inquit) *datur intelligi, quasdam culpas in hoc saculo, quasdam in futuro laxari.* S. Gregor. Niff. orat. pro mortuis circa medium ita de justo ex hac vita decedente loquitur. *Quod non poteris à corpore egressus Divinitatis particeps fieri, nisi maculas animo immixtas Purgatorius ignis abstulerit.* S. Cyrill. Hierosol. Cath. 5. Mystag. *Pro omnibus* (ait) *oramus, qui inter nos vitam functi sunt, maximum credentes esse animarum iuvamen.* Ita & varia Concilia. S. Damascenus certè Apostolorum institutionem esse, ait, ut defunctorum memoriam habeamus, de qua re peculiarem tractatum scripsit. Unde in quodam sermone de suffragijs defunctorum hæc habet: *Ministeriorum conscij discipuli Salvatoris in tremendis vivificis mysterijs memoriam fieri eorum, qui fideliter dormierant, sanxerunt.* D. Dionys. Areop. recitat ritum Apostolorum in sepultura Christianorum, & asserit, Apostolos orasse pro defunctis, imò ab ipsis fuisse institutum, ut in qualibet Missa fieret commemoratio defunctorum. lib. de Eccles. Hierarch. c. 7. *Accedens deinde venerandus*

*duo Antistes, precem sacram super mortuum peragit &c.* Eusebius in vita Constantini M. lib. 4. c. 74. Testis de visu describit per longum exequias defuncto Imperatori factas, ac fusas orationes per plures dies à Sacerdotibus & populo pro ipsius anima. Quæ utique præsupponunt Purgatorium; pro damnatis enim non serviunt; nec sancti iis indigent, ergo debent esse aliæ animæ in tertio loco, quem nos vocamus Purgatorium, quæ iis juvari possunt.

Probatur 3. duabus efficacissimis rationibus. 1. Hominem etiam justum septies in die cadere, habemus ex S. Scriptura Proverb. 24. v. 16. id est committere quædam peccata venialia, qualia sunt v.g. mendacia jocola, actus quidam impatientiæ, vanæ gloriæ & his similia: Nunc interrogo, si talis subitanea morte abripiatur, quorsum veniat? certè ad infernum non; cum non habeat peccata mortalia, neque etiam ad cælum, cum sit coinquinatus, ergo necessariò debet dari aliquis locus tertius, in quo purgetur. 2. Homo gravibus irretitus culpis pœnitens ab iis, & à pœna æterna liberatur, non autem semper ab omni pœna temporali, uti Quæstione XXXI. tractantes de Satisfactione vidimus, sed potest contingere, ut pro illa in hac vita nondum plenè satisfecerit vel ob negligentiam, vel ob brevitatem temporis, taliter ergo occumbens, cum necdum satisfecerit, cælum introire non posse manifestum est, quia nondum perfectè satisfaciendo purga-

tus est, nec ad infernum damnari; cum à poena æterna liberatus esse supponitur, ergo debet admitti aliquis alius locus præter infernum, in quo purgetur. Sed dices: talem morte sua satisfacere poenæ temporali remanenti. Hoc non valet; mors enim non est poena peccatorum personalium & actualium, sed poena peccati Originalis Gen. 2. v. 17. Alioquin quomodo verificaretur; juxtà delicta esse mensuram plagarum, si unâ eadèmq; poenâ mortis castigatur & infans, & adultus peccator?

Confirmatur veritas Catholica ex antiquissimo usu & sensu Ecclesiæ orandi pro defunctis, ac ex tot factis apparitionibus, quas quidem scio juxtà solitum irridere adversarios, imitantes proinde Saducæos. Nonnè Judæ apparuerunt Onias & Jeremias? 2. Machab. 15. v. 12. & sequentibus. Christo transfigurato apparuerunt Apostolis Moyses & Elias, Matt. 17. v. 3. Discipuli Christo resurgente Luc. 24. v. 37. existimabant se Spiritum videre, quod utique non existimassent, nisi scivissent defunctorum Spiritus nonnunquam apparuisse. Tum ad quid Novatores isti suis defunctis benè precantur, ut v. g. Deus habeat animas eorum in Paradiso, in pace? &c. Si non datur locus purgatorius: aut enim sunt in Paradiso, aut in inferno, si in Paradiso, non indigent his precationibus, si in inferno, nihil eos juvant.

*Di-*



*Diluuntur argumenta aduersariorum.*

Calvinus lib. cit. n. 10. non negat, usum antiquissimum esse Ecclesiæ pro defunctis orare : sed quia clarè non habetur in Scripturis, ut pro mortuis oretur, idè negat orandum esse pro ijs. Sed reducendus est ad Ecclesiæ infallibilitatem, & ad Quæst. XII. partem secundam : An omnia scripta sint, quæ credenda. Dicit item preces illas & oblationes ab antiquis Christianis factas fuisse sublevaminis causâ in suis doloribus & mœroribus. Vel etiam ob humanitatem & civilitatem, ne inhumaniores ipsi infidelibus, qui varia officia pro suis mortuis præstare solebant, esse viderentur. Vel tandem commemorationem non nisi fuisse brevissimam. Sed quis non videt, quàm frivolæ sint rationes istæ, & quàm extorta ad negandum Purgatorium effugia ? Quasi verò Christiani illi, si ab Apostolis, eorúmque successoribus edocti non fuissent, licitum & proficuum esse pro defunctis orare, non nisi hoc remèdio pro sublevando eorum mœrore & dolore usi fuissent, & non potius amicorum, & consanguineorum consolatione, aliisque modis, uti apud Sectarios fit ?

Has tamen rationes non affert lib. 3. c. 25. n. 8. probando resurrectionem mortuorum : ubi ait : *Imò & Sanctos Patres sub lege, exterrinâ ceremoniâ Deus in hac fide exercuit. Quorum*

sum enim sepeliendi ritus, sicut ante visum est, nisi ut reconditis corporibus scirent paratam esse novam vitam? Huc aromataque quoque, aliâque immortalitatis symbola spectantur &c. Et immediatè. Nec morem illum peperit superstitio; quando videmus Spiritum sanctum in narrandis sepulturis non minus diligenter insistere, quam in precipuis fidei mysterijs. Et Christus officium hoc tanquam non vulgare commendat. Et probat ex varijs Scripturæ locis veteris & novi Testamenti. Cur ergo morem tam sanctum non imitatur, nostramque thurificationem ridet? Ad alterum de humanitate: dico, Calvinum ergo primorum Christianorum vel Magistros vel pares facere ipsos Gentiles & Paganos, dum oblationes aliâque opera pia faciunt, & pro defunctis orant; cur non fatetur potius hîc, uti supra in textu immediatè citato, laudabilem illum usum sumplisse ab antiquis SS. Davide 2. Reg. 1. qui pro Saule & Jonatha jejunavit. A Tobia Tob. 4. v. 18, qui panem super sepulturam poni jussit: *Panem tuum & vinum super sepulturam justi constitue*; ut scilicet pauperes inde refecti pro illo orent, eique benè precentur. A Machabæis 2. Mach. 12. v. 44. Qui sacrificia & orationes pro defunctis offerebant. Et in nova lege ab Apostolis, & cæteris SS. Viris? Nec ritus Gentilium ponendi cibum & potum supra sepulturam idem erat cum Hæbreis & Christianis, imò totaliter contrarius & alius; Gentiles

canta

enim superstitiosè credebant epulis illis animas suorum defunctorum indigere, & refici; prout testatur S. Aug. serm. 15. de sanctis his verbis: *Miror cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increverit, ut super tumulos defunctorum cibos & vina conferant, quasi egressa de corporibus anima carnales cibos requirant.* Qui usus & consuetudo epulas illas superponendi sepulchris successivè apud Christianos ob varia inconvenientia sublatus fuit. Commemorationes factas fuisse brevissimas falsum quoque est: cum & multoties multis durabant diebus. 1. Reg. 31. v. 3. & alibi, Exequiæ Constantini Imperatoris teste cit. Eusebio pluribus etiam durabant diebus.

Sanctum deinde Augustinum Doctorem Ecclesiæ tam magnum, quem passim alioquin in suis libris citat Calvinus contumeliosè tractat: corripiendo ipsius devotam memoriam, in suis mysterijs ad altare factam pro anima S. lutz Matris Monicæ, à qua rogatus fuerat, ut post mortem ipsius memor esse velit. Impudenter ergo lib. cit. Instit. n. 10. hæc scribit: *Anile scilicet votum, quod filius non exegit ad normam Scripturæ, sed pro natura affectu probari alijs voluit.* Et immediatè. *Liber autem de cura pro mortuis agenda, ab eo compositus totalitates continet, ut suo frigore merito debeat stulti zeli calorem extinguere.* Siccinè ergo maledice & superbe Hæresiarcha virum, in Sacris litteris adeò expertum tractas, quasi

con-

contra Scripturam egisset? Sed quis Calvinum  
 æqualem non dico doctiorem Augustino cen-  
 sebit, nisi ipse solus cum suis: *sed testimonium  
 suum non est verum.* Ad quid ergo interpre-  
 tatione hujus Doctoris toties in tuis Institutio-  
 nibus uteris? & utinam in sano sensu, si stultus  
 tibi videtur zelus viri istius, calorque ipsius fri-  
 gore extinguendus? Forſan Sanctus ille Doctor  
 ante mortem Matris suæ nunquam pro mortuis  
 oravit; librosque, quos hac de re conscripſit,  
 non examinavit? Uſum & ritum Universalis  
 Ecclesiæ pro defunctis orandi non cognovit?  
 &c. Quem tu ipse negare non potes, imò fate-  
 ris lib. 3. Instit. c. 5. n. 10. his verbis: *Cum mi-  
 hi obijciunt aduersarii ante mille & trecentos  
 annos usu hoc receptum fuisse, respondeo vete-  
 res illos hac in re & mandato Dei, & legitimo  
 exempla destitutos fuisse abreptos denique in  
 errorem, dum nimium publico mori, & vulgi  
 imperitia dederunt.* Quid audacius & impu-  
 dentius? Imò stultius: dum totum populum  
 Christianum per mille trecentos annos cum tot  
 sanctis Patribus in errore delituisse, se solo nunc  
 detegente errorem, blasphemare non horret:  
 Unde non mirum tantâ irreverentiâ tractare vi-  
 rum illum, qui nec Apostolis, nec torrenti SS.  
 PP. nec ipsi Christo parcat. Deinde quomodo  
 (quæso) Sanctissimæ illi sœminæ Matri Augu-  
 stini planè tunc in mentem venit in extremis  
 jam constitutæ, ut preces & suffragia post obi-  
 tum suum à filio efflagitaret, si prius jam non

vidisset à Christianis laudabiliter, sanctè & proficue praticari, ut pro defunctis exoretur Deus? Eat ergo Calvinus cum antiquissimo Hæresiarcha Aërio negante orationes & oblationes pro defunctis ad S. Epiphanium (cui honorem deferri cupit, imò exoptat, ut in Ecclesia Epiphaniij essent) & ab eo audiat, quomodo superbum illum similem sibi lib. 3. contra hæres: hæres. 75. confutârit, veritatèmq; Catholicam ex antiquissimis SS. PP. & universalis Ecclesiæ sensu probârit orationes pro mortuis fieri debere, purgatoriùmque consequenter existere: & se submittere Apostolicæ traditioni addiscat, calorèmq; superbi sui Zeli extinguere procuret humilitatis frigore.

### *Prosecutio aliorum argumentorum.*

Objicit 1. Calvin. lib. 3. Inst. c. 5. n. 8. Libros Machabæorum, ex quibus apertè Purgatorium probatur non esse Canonicos. Respondeo, id falsum esse: cujus rationem vide in solutione hujus objectionis Quæst. XV. Quinam libri sint Canonici. 2. Ad citatos SS. Hieronym. & Cyprian. quasi dictos libros pro Canonicis non tenuissent. Respondeo: minimè id verum esse. S. Hieronymus siquidem recitat solummodò eos apud Hebræos non fuisse positos inter Canonicos, non autem, quòd ille eos pro Canonicis non agnoscat: alioquin quomodò

Vc

verus Ecclesiæ filius esse potuisset, ut supra Quæst. XV. qui eidem obedire noluiſſet, à qua libri illi Canonici declarati fuere, eosque pro talibus coævus Augustinus censuit, & cum eo Cyprianus lib. 1. epist. 3. ad Corn. Et in lib. de exhortatione martyrij. Quos sequuntur S. Gregor. Nazianz. orat. 20. S. Ambros. lib. 2. de Job. c. 10. 11. 12. Tum & ipsa praxis Ecclesiæ, quæ librum hunc in Missa jam ab annis plus mille legit: Martyriumque sub 1. Augusti in officio divino celebrat, quæ certè non fierent, nisi libri illi Canonici essent. Quòd deinde dicti libri in Canone Hebræorum non sint, respondent DD. eos tempore Esdræ necdum fuisse conscriptos, & idè nihil mirum.

Obijcit 2. In Textu D. Pauli 1. Cor. 3. superius allato à multis intelligi per *ignem*, non Purgatorium, sed tribulationes. Transeat. Interim tamen à pluribus SS. PP. & DD. Ambrosio, August. Gregorio & alijs de Purgatorio intelligitur. Calvinus ut solus plus sapere videatur, nec illam quidem amplectitur interpretationem, quæ per ignem intelligit tribulationes, sed aliam insulsam planè excogitat: dum per ignem intelligit Spiritum S. ejusque examen, & diem Domini, eumque esse, à quo commentitiæ doctrinæ ligno, fœno, stipulæ comparatæ ad instar eorum comburuntur. *Quomodo autem (sunt verba ipsius) per ignem illum salvifunt, qui operis jacturam patiuntur? Id ipsum intelligere non erit difficile: si consideremus, de qua*

quo genere hominum loquatur. Siquidem eos Ecclesia architectos notas, qui retento legitimo fundamento, disparem materiam superpruunt: hoc est, qui non deflectentes à precipuis & necessarijs fidei capitibus, in minoribus, nec ita periculosis hallucinantur, commenta sua Dei verbo admittentes. Tales inquam, operis jacturam facere oportet, abolitis eorum commentis: ipsi autem salvi fiunt, sed quasi per ignem, hoc est, non quod eorum ignorantia & hallucinatio coram Domino sit probabilis: sed quia Spiritus sancti gratia & virtute ab illa purgantur. Hucusque expositor ille Oraculorum Spiritus sancti. In hac expositione quædam mihi captu difficilia occurrunt. Inprimis: Quando & quomodo hæc purgatio à Spiritu sancto fiat: utique dicet in hac vita; sed si repentina morte talis architectus obrutus tempus abolendi commenta sua non habuerit; cui loco adscribendus erit? non Paradiso, ut supponitur, quia indiget purgatorio Spiritus sancti. Non inferno, quia non nisi in minoribus fidei articulis hallucinatus est. Evadat purgatorium, si poterit. Deinde quænam sunt illa fidei commenta, minùs periculosa? quæ tam facili purgatione Spiritus sancti digna sunt; cum falsam doctrinam fidei nunquam liceat verbo Dei seu testimonio Spiritus sancti sine gravissima ipsius injuria & Sacrilegio confirmare, vide dicta Quæst. II. circa finem.

Item quomodo idem Spiritus sanctus sit ille ignis

com.

comburens, examen, & dies Domini? &c. Impropria imò erronea ergo est hæc sua expositio præfati Textûs D. Pauli.

Obijciunt 3. Achillem suum. Eccles. 11. v. 3. *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit*, ergo &c. Respondeo 1. id verum esse de corpore, quod utique manebit, usquedum resuscitatur à Deo. Respondeo 2. *Si ceciderit lignum ad Austrum*, id est, si homo moriens reperitur in statu gratiæ & salutis: aut *ad Aquilonem*, in statu peccati & damnationis, ibi erit in æternum, ergo nihil de Purgatorio, negatur consequentia; quia sub Austro æquè comprehenditur Purgatorium, ut olim Lymbus SS. PP. quicumque enim in hæc loca descendit, est in statu gratiæ. Reliqua argumenta facilis sunt solutionis: Textus enim, quos adversarij adducunt, vel sunt de statu extremi judicij, quo tempore utique Purgatorium non amplius erit. Vel sunt de Beatitudine, ad quam utique etiam non pertransito Purgatorio iusti, sed hi soli absque macula introibunt. Vel dependent ex solutione objectionum de satisfactione, quas Quæst. XXXI. videre poteris. Quòd si tandem Novatores istos nec authoritas Scripturæ, nec SS. PP. Doctrina, nec universalis Ecclesiæ sensus ad credendum Purgatorium inducere possunt, attendant sibi, ne tale experiri cogantur purgatorium, quo eorum contumacia nunquam sufficiens purgabitur.

QUÆ-



# QUÆSTIO XXXVI.

*An dentur in Ecclesia Indulgentia, & quid sint.*

**H**Æresum matrem fuisse superbiam & ambitionem præter alios SS. PP. testantur. S. Joannes Chrysostomus epist. Gal. 5. *Hæresum mater est superbia*, & D. Augustinus lib. ad postill. c. 8. *quod superbia omnes genuerit hæreses.* Quare si forsan ambitioso, ac superbo Luthero facultas promulgandi Indulgentias Bullæ Cruciatæ concessa fuisset, forsitan non ita contra eas exarsisset. Scribit enim de ijs de capt. Babil. in hunc modum: *Indulgentia nihil sunt, nisi Romani Pontificis impostura.* Ardentius Calvinus lib. 3. Inst. c. 5. n. 2. *Sunt autem illa (loquens de Indulgentiis) (ut genuinè describam) sanguinis Christi profanatio; Satanaque ludibrium, quo Christianum populum à Dei gratiâ, à vita, qua est in Christo abducant, & à verâ salutis viâ auertant.* Tot verba, tot blasphemie. Contra quos

Dicò, in Ecclesia esse Indulgentias, seu remissionem poenæ temporalis peccatorum extrâ Sacramentum per satisfactionem Christi, & Sanctorum meritorum applicationem.

Probat 1. ex S. Scriptura. Matt. 16. v. 19. *Tibi dabo claves Regni Cælorum. & c. 18. v. 8. Quaecumque solveritis super terram & c.*

X

Itent

Joan. 20. v. 23. *Quorum remisistis peccata.*  
 Item 21. v. 17. *Pasce oves meas.* 2. Cor. 2. v.  
 10. *Nam & ego, quod donavi, si quid donavi,*  
*propter vos in Persona Christi.* Ubi D. Paulus  
 indulgentiam concessit incoestuofo jam serio  
 poenitenti, uti explicant SS. PP. Chysoft. Am-  
 brosius & alij. Et hanc non in foro fori tantum,  
 sed in foro poli: dicit enim: in *Persona Christi,*  
 in cujus nomine eum prius Satanæ tradidit in  
 interitum carnis, ut Spiritus salvus fieret 1.  
 Cor. 5.

Probatur 2. ex iisdem cit. SS. PP. qui  
 Textus allatos de Indulgentijs intelligunt, uti  
 & S. Aug. & S. Gregorio M. qui varias Indul-  
 gentias concessit. S. Cyprian. M. epist. 11. &  
 46. Ita sentiunt & varia Concilia ut Concil.  
 Nicænum I. c. 11. Ancyranum. c. 4. Ex quibus  
 patet falsum esse, quod Kemnitius dicit, eas in-  
 choasse circa annum 1200.

Probatur 3. ratione desumpta ex autho-  
 ritate clavium D. Petro, ejusque successoribus  
 concessarum, uti ex infinito thesauro Passionis  
 Christi, & Sanctorum, qui nunquam exhauriri  
 sed semper applicari potest fidelibus in remissio-  
 nem temporalis poenæ.

### *Trutinantur argumenta adversa- riorum.*


Obijciunt 1. Si juxta nos etiam ex meri-  
 tis sanctorum desumuntur Indulgentiæ, ergo  
 etiam

etiam ipsi erunt nostri Redemptores. Respon-  
deo, negando consequentiam: sicut enim nos  
non dicimus simpliciter nostri redemptores, li-  
cèt proprijs nostris satisfactionibus fundatis in  
meritis Christi redimamus temporales pœnas,  
ita etiam nec sancti propriè nostri dicendi sunt  
Redemptores: quamvis sine ullo inconuenien-  
ti dici possent secundùm quid, uti alibi vide-  
bimus.

Obijciunt 2. Nullibi in S. Scriptura hoc  
nomen *Indulgentia* habetur, ergo &c. Re-  
spondeo negando antecedens: expressè enim il-  
lud habetur Isai. 61. v. 1. *Spiritus Domini su-  
per me, eò quòd unxerit Dominus me: ad an-  
nuntiandum mansuetis mihi me, ut mederer  
contritis corde, & predicarem captivis indul-  
gentiam.* Quòd autem Isaias in persona Christi  
ad intentionem Ecclesie scripserit, declarat  
Christus Lucæ 4. Ubi dicitur, eum die Sabba-  
thi intrasse Synagogam Nazareth, ac surrexisse  
ad legendum. *Et traditus est illi liber Isaiæ  
Propheta. Et ut revolvit librum, invenit loc-  
um, ubi scriptum erat: Spiritus Domini su-  
per me: propter quòd unxit me: evangeliz-  
are pauperibus mihi me, sanare contritos cor-  
de, predicare captivis remissionem &c.* Ecce  
quomodo Christus nomen Indulgentiæ inter-  
pretatus est remissionem? remissionem utique  
peccatorum, ob quæ indulgenda & remittenda  
missus est in mundum à Patre, & quia in peccatis  
X a sunt

sunt duo culpa & poena, remissio culpæ & poenæ proinde rectè nominatur Indulgentia.

Obijciunt 3. Passio Christi est infiniti valoris, ergo ipsi fit maxima injuria, dum nos eadem adjungimus merita sanctorum ad satisfactionem, tanquam non esset sufficiens Passio Christi. Respondeo, minimè ei fieri injuriam; cum merita & passiones sanctorum passioni Christi non adjungamus (prout mentitur Calvinus lib. 8. cap. cit.) tanquam illa esset insufficientis. Quis quippe Catholicorum tantam proferre auderet blasphemiam? sed adjungimus ea, ut sint Christi tanquam capitis chara membra, plurimæque in virtute ejusdem supererogatoria in hac vita egerunt, & ut se eidem conformarent, plurima passi fuerant: quod utique Passioni Christi minimè injuriosum esse potest. Ex quibus itaque copiosis meritis thesaurus ille in Ecclesia constituitur, & fidelibus in relaxationem poenæ temporalis cum certis pijs operibus ab ea applicatur, cui dispensatio Mysteriorum Dei concredita fuit. Vide *Quaest. XX. membrum secundum* de bonis operibus objectionem 3. ex qua, uti & antecedentibus facile solvere poteris alia argumenta, quæ adversarij contra opera supererogatoria facere solent.



QUÆ-

## Q U Æ S T I O XXXVII.

*Quid de Ecclesia Catholica Cæremonijs, Exorcismis, Benedictionibus, Aqua lustrali, Peregrinationibus, & Processionibus censendum sit.*

**U**T verus tam antiquæ & primitivæ, sed & modernæ Ecclesiæ deformator Calvinus, nihil de ea retinere volens, ipsas quoque Cæremonias, Exorcismos & hujusmodi sustulit, & mirum in modum in eas excandescit lib. 4. Inst. c. 10. n. 12. dum non verecundatur dicere, eas *nugas esse, quod nihil utilitatis habeant: deinde præstigas, quod spectantium oculos inani pompa deludant.* Et immediatè post, *De ijs Cæremonijs loquor, quibus subesse magna mysteria volunt Romanenses Magistri, nos nihil, quàm mera ludibria experimur.* Ne autem materiam aliquam sine quadam contradictione transire permittat, modestius n. 14, circa finem scribit: *Cæremonia ideo nobis divinitus pauca data sunt, & minimum laboriosa, quæ præsentem Christum demonstrant: Judæis plures data sunt, quod essent absentis imagines.* Et tales divinitus datas absque dubio credit esse suas, quas in libello de formulæ administrandorum Sacramentorum præscribit, vel in exequijs & Comæ adhibet. Sunt autem sequentes. 1. Ut infans in Ecclesia populo præsentè baptizetur y

& hoc vel Die Dominico, vel aliquo alio, quo populus ad Concionem convenire solet. 2. Ut illi, qui infantem afferunt, interrogentur, an spondeant se infantem, cum adoleverit in fide & moribus instructuros. 3. Ut nomen imponatur infanti. 4. Ut formula Baptismi proferatur in lingua vulgari. 5. Ut recitentur Symbolum, Oratio Dominica, & aliae preces. Si signum Crucis apposuisset, aliquid suaderet paucas has suas Cæremonias esse illas divinitus datas: cum autem illud per quod Christus significatur non adhibeat, eas pro talibus credere non valeo: minus eas, quibus in sua Coena utitur; cum Christum præsentem non demonstrant, imò excludant; quia in ea solam repræsentat figuram. In exequiis suis cur aromata *immortalitatis symbola* non adhibet, sed loco ipsorum chirotecas novas, Rosmarinum, delicatum saccharo confectum panem, vinumque vel alios dulces liquores, quibus refecti, quasi ad nuptias processuri pompaticè commodiores suos defunctos postmodum comitantur, non scio unde has Cæremonias acceperit, vel in quonam libro S. Scripturæ invenerit; quam tamen in omnibus suis actionibus unicam suam regulam esse vult, vel potius fingit; si autem illa destitutus est, qua auctoritate ergo cæremonias illas introducit? His præmissis.

Dico non tantum licita, sed sancta esse omnia in Quæstione proposita.

Pre-

Probatur 1, ex S. Scriptura. Et quidem ex ipso facto Salvatoris, Apostolorum, & SS. PP. qui variis usi fuerunt ceremonijs in Ecclesiasticis functionibus. Christus in suis actionibus quos ritus & Cereemonias non adhibuit? & quidem in resuscitatione Lazari Joan. 11. Quae utique aliquid insinuare voluerunt. Oraturus quandoque montem ascendit, quandoque in hortum ad Orientem situm perrexit, quandoque solus, quandoque cum Apostolis Deum oravit, quandoque postis genibus, quandoque pronus in terra. Benedicendo parvulos, manus eisdem imponebat. Discipulos ad sanandos infirmos cum oleo misit, quos utique sine illo sanare potuisset. Post Resurrectionem sanctum daturus Spiritum in discipulos suos sufflavit. Alias vide passim in Evangelijs. Apostoli Act. 13. v. 3. Saul & Barnaba in Apostolatam assumptis: *ieiunantes & orantes, imponentesque eis manus dimiserunt eos.* 1. Cor. 11. circa Evcharistiam Apostolus varias ordinavit cereemonias, & alia quoque praefens se ordinaturum promisit. *Cetera autem, cum venero disponam.* 1. Tim. 5. v. 22. Paulus praecipit Timotheo. *Manus cito seniorum imposueris.* Act. 15. Per manus Barnabae & Pauli, Judae & Silo epistolam Antiochiam, Syriam & Ciliciam miserunt, in qua varia novis Christianis ordinarunt.

Probatur 2. ex SS. PP. Dionys. Areop. D. Pauli discipulo recitante ritus & Cereemonias Christianorum, quibus utebantur in eorum

rum sepulturis: cit. *Quest. XXXV. de Purgatorio. S. Justin. M. Orat. ad Ant. Pium. Presbibus finitus mutui nos invicem osculo salutamus. Quod osculum Origenes, Tertullianus Chrysostomus, vocant signaculum Orationis. S. Aug. serm. 83. de divers. Post orationem Dominicam, quam accepistis & reddidistis, dicitur: Pax vobiscum, & osculantur se invicem Christiani in osculo Sancto. S. Hieron. epist. ad Vigil. Et quicumque accedant carceri securam fidem suam habet mercedem: dicens se Apostolo: Unusquisque in suo sensu abundat. Inter alias autem Ceremonias quam maxime in usu erat signaculum S. Crucis. Ita testatur antiquissimus Tertullianus de corona militis c. 3. Ad omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, & calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lacrima &c. frontem crucis signaculo tegimus. S. Hieron. ad Eustoch. de custodia virg. Ad omnem actum, ad omnem incessum manus pergit ad crucem- S. Cyrill. Hieros. cath. 12. & 13. Non pudeat nos crucifixum confiteri, sed in fronte confidenter signaculum Crucis digitis imprimatur, & in alijs omnibus crux fiet, & in partibus comedendis, & poculis bibendis, & in egressu, & in ingressu, ante somnum recumbendo, surgendo, eundo, & quiescendo. Ex paulò post. Signum est fidelium: & timor demonum, triumphavit enim de illis in hoc signo Christus; ostendit illud audacter: quando enim*

Ut



*viderint crucem, recordantur Crucifixi: mem-  
tant eum, qui contrivit capita draconis. Ita  
& alij SS. PP.*

Et hæ Cæremoniæ Ecclesiasticæ non solummodo apud Personas Ecclesiasticas in pretio & debita veneratione semper habitæ fuerunt, sed & apud Principes alioquin hæterodoxos: ut Imperatorem Valentem tempore S. Basilij, quam venerationem & terrorem apud eum S. Cæremoniæ effecerint, videre poteris in Baronio sub anno Christi 370. n. 44. Quid Sectarijs ab Imperatrice ad occidendum omnes Sacris officijs D. Ambrosij adstantes, missis contigerit; scribit sanctus ille seriori suæ epist. 33. quomodo scilicet observando cultum, modestiam, cæremonias ministrorum &c. lanceis depositis profusis lacrymis veniam & Baptismum petierint. Cui nota non est piissimi Imperatoris Caroli M. singularis affectus & devotio erga S. Ecclesiæ Cæremonias? Qui licet innumeris distractus curis, nihilominus eas & scire, & intelligere voluit, memoriæque retinere. Enim verò prout Cresolius S. J. in suo Mistagogo lib. 3. c. 20. doctissime scribit: *Si a Choro, a navigio, ab exercitu ordinem sustuleris, confusionem induxeris in amantiam, remque perdidideris; sic templorum sacra mysteria, nisi ordinem & disciplinam habuerint, nec decora esse possunt, nec utilia sacris & religiosa.* Sanctissime Conc. Trid. sess. 22. c. 5. *Cumque natura humana ea sit, ut non facile quæ sit admittentis*

*exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustollit, propterea pia Mater Ecclesia requirit quosdam, ut scilicet quadam submissa voce, alia verò elatiore in Missa pronuntientur instituit; caeremonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiama, vasa, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina, & traditione, quo & majestas tanti sacrificij commendaretur, & mentes fidelium per has visibilia religionis & pietatis signa ad rerum altissimarum, qua in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.*

Probatur 3. rationibus: quæ desumuntur ex præstantia Sacramentorum à Christo institutorum, quæ utique debito honore recipi & administrari debent; hoc autem fieri nequit sine quibusdam caeremonijs. Altera ratio desumitur ex rebus politicis: si etenim caeremoniæ ad honorandum Principem institutæ à nemine carpuntur, cur ergo ad honorandum Regem Regum ijs uti non licebit?

Quæ autem Calvinus contra Sacras Caeremonias corradit, vel sunt scommata, vel non sunt ad rem: cum Ecclesia suis caeremonijs nec judaizet, nec gentilizet, uti blaterat. Inprimis non judaizat; quia caeremoniarum veteris legis sunt institutæ in memoriam præteritorum per Christum & Apostolos gestorum, & sunt signa, eorum, quæ videbimus in Patria, ac ritus & actus reverentiæ erga Deum & veri cultus. Care-  
mo-

monie autem Judæorum non erant, nisi umbra  
eorum, quæ per Christum fieri debebant: *omnia enim illis in figura consingebant, dicit  
Apostolus. 1. Cor. 10. v. 11.* Nec gentilizat,  
quia multæ Cæremonie ab Ecclesia institutæ  
fuerunt ad tollendos Gentilium supersticiosos  
ritus; & si quid cum illis in quibusdam conve-  
nit, non est nisi materialis conventio; cum sig-  
nificatio formalis toto distet cælo. Et quid  
quæso inde sequitur. Gentiles in orationibus  
suis se prosternebant, thus offerebant, varias-  
que cæremonias adhibebant &c. Christiani  
quoque dum orant se prosternunt, thus adhi-  
bent, variisque ritibus utuntur, ergo gentili-  
zant. Hebræi in Synagogis suis erecti Psalmos  
decantant, præter S. Scripturam decem præ-  
cepta Decalogi separatim descripta tenent, &c.  
Calvinistæ in templis suis stantes decantant  
Psalmos, præter S. Scripturam separatim etiam  
Decalogi præcepta descripta tenent, ergo ju-  
daizant. Gentiles & Hebræi in sepulturis suo-  
rum varijs pompis, epitaphijs & cæremonijs usi  
fuerunt, id ipsum etiam hodie faciunt Calvini-  
stæ, ergo gentilizant & judaizant. Lepidæ utri-  
que sunt hæ & similes consequentiæ. Gentiles  
& Hebræi execrantur signum Crucis, Calvini-  
stæ id etiam execrantur, ergo gentilizant & ju-  
daizant. *Vetus,*

*Et*

**Examinantur omnia singillatim in Quæ-  
stione propoſita.**

De Exorcismis vide dicta Quæst. XXVI. ubi de Baptismo, ejusque Cæremonijs materiam hanc tractavimus : quibus pro majori confirmatione hæc adjungimus. Exorcismi potestatem Salvatorem nostrum Apostolis tradidisse, nemo ex Christianis est, qui id controvertat ; eam autem potestatem in Ecclesia etiamnum esse Galv. lib. 4. Inst. c. 19. n. 24. non tantum absolute negat, sed & maximâ impudentiâ sequentia maledica verba evomit : *Fingitur illis (loquens de nostris Exorcistis) potestas data imponendi manus super energumenas, & Cathecumenos & demoniacos, sed tali se potestate pre-ditos demonibus persuadere non possunt, non modo, quia eorum imperijs non cedunt demones, sed etiam, quia ipsis imperant. Vix enim detinere quemq; reperias, qui non malo spiritu agatur.* Totum ergo fundamentum ipsius consistit in maledicentijs. Sed non videt impudens ille, & sine humanitate homo, quomodo se ipsum jugulet ? Præsupponit ergo energumenos & demoniacos dari, aut negat in nostris esse potestatem demones expellendi ; cum nobis non obediant, utpotè malo spiritu actis. Si ita est, aut fateri debet in cathecumenis v. g. vel non esse, vel non fuisse demonem, vel eum expelli per exorcismum. Non primum hoc enim præsuppo-

ponit; cum nobis neget solam obedientiam. Non secundum: alias enim vanè, otiosè, imò & ridiculè jam à primitiva Ecclesia Exorcismus consuetus adhiberetur, vel adhibitus fuisset: uti Quæst. cit. de Baptismo vidimus: fateatur potius se malo spiritu agi, dum ita protervè hæc potestatem Ecclesiæ denegat, ac verum esse Pelagianum, imò pejorem, qui cereemoniam illam exorcizandi ab Augustino pro convincendo se allatam non negabat: uti ipse eam negat. Judæis vulgarem usum invocato nomine Domini fugandi dæmones concedit, Christianis minimè, quasi deterioris essent conditionis.

Ast ex ipsis discipulis Apostolorum ulterius rem probemus. D. Clemens lib. 3. Recognit. & in epist. 2. ad D. Jacobum fratrem Domitii exorcismi usum fatetur. D. Dionys. Areop. in Eccles. Hierarch. c. 2. *Baptizandus* (inquit) *prius ter abrenuntians dæmoni, & omnibus vespibus exutus sacro oleo tribus cruciformibus effusionibus ungitur à sacerdote, & chrysmate signatur, aquâ tandem sanctificatâ baptizatur.* Quæ omnia per Exorcismos fiunt. S. Ignat. M. ut supra eum citavimus Quæst. de Sacramento Ordinis. Sed quis tam horrendam blasphemiam proferre audebit: viros illos à Principibus Apostolorum Petro & Paulo didicisse incantationes, vel malignum spiritum non expelli? Certè nullus, nisi Calvinus. Orig. Tom. 3. hom. 5. *In Ecclesiasticis observationibus*  
 *sunt*

sunt nonnulla, quae omnibus quidem facere necesse est. Nec tamen eorum ratio omnibus patet. Et subiungit: Eorum quae in Baptismo geruntur, verborum, gestorum, atque ordinum, & interrogationum, responsum, quis explicet rationem? Et tamen hac opera & verba portamus super humeros nostros, cum ita impleamus ea, ut à magno Pontifice filiis suis tradita, & commendata suscepimus. Tertull. lib. 4. adv. Marcion. c. 5. In summa si constat id verius, quod prius, id prius, quod ab initio, id ab initio, quod ab Apostolis, pariter utique constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesias Apostolorum fuerit sacrosanctum. S. Coelestinus I. qui vixit Saeculo 400. ita scribit ad Venerium, Maurinum, Leontinum & ceteros Galliarum Episcopos. Illud quod circa baptizandos in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplanur intuitu; cum parvuli sive juvenes ad regenerationis venerunt Sacramentum. Non prius fontem vita adeunt, quam exorcismis & exsufflationibus Clericorum Spiritus ab eis immundus abigatur, ut tunc verè appareas, quomodo Princeps huius mundi mittatur foras. Quid clarius? Patet ergo Exorcismum immediate originem suam habere ab Apostolis. Quod si autem in quibusdam energumenis seu daemniacis maxime adultis Exorcista suis exorcismis quandoque demonem non expellat, id non provenit à defectu potestatis à Christo Ecclesiae

concessit, sed vel ex ipso patiente, vel Exorcista non debite officio suo fungente, vel ex alia occulta Dei causa & ordinatione. Nunquid non & ipsi Apostoli apud eorum Magistrum facti sunt, se non potuisse eijcere dæmonium à puero illo lunatico Matt. 17. v. 18. *Quare nos non potuimus eijcere illum?* Forfan non acceperunt potestatem eijciendi dæmones?

Non solummodò Ecclesia utitur exorcismis illis contra ipsos dæmones, sed etiam contra alias res animatas & inanimatas, imbres, tempestates, campanæ &c. de quibus meminit S. Cyprian. in epist. ad Demetrianum. *Pro arcedendis hostibus, & imbribus impetrandis, & vel auferendis, vel temperandis rogamus & preces fundimus.* S. Aug. lib. 10. de Civit. Dei. c. 22. *Vera pietate (inquit) homines Dei æream potestatem, inimicam, contrariamque pietati exorcizando eijciunt, non placando.* Campanæ exorcizantur & benedicuntur, ut ad eorum pulsum procul pellantur aeræ potestates, fulgura, tonitrua, grandines &c. & ut populus fidelis ad laudandum Deum conveniat: Si autem clangor tubarum Josue 6. in Nomine Domini excitatus tantam vim habuit, ut muros civitatis Hiericho deijceret, hostesque deterreret, cur pulsi campanarum benedictarum in Nomine Domini facti nihil simile quid concedendum erit?

De Benedictionibus tam privatis, quam publicis ab Apostolis, imò ipsauct Christo, qui pa-

panes ante multiplicationem benedixit Matt. 14. Lucæ 11. & alibi. In Ecclesiam derivatum fuisse ritum benedicendi, nullatenus dubitandum est. 1. Tim. 4. v. 4. & 5. *Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei; & orationem.* In quem locum S. Joan. Chrystost. Hom. 12: ita scribens duo colligit: *Unum quidem, quod nulla creatura communis (seu imunda sit) secundo, quod etsi communis sit, medicamentum in promptu est: signum Crucis illi subprime, gratias age, Deo gloriam refer, & protinus omnis immunditia abcessit.* De consecratione altarium S. Aug. serm. 235. de tempore. *Consecrationem altaris hodie celebramus; & iuste, ac merito gaudentes celebramus festivitatem, in qua benedictus, vel unctus est lapis; in quo à nobis divina sacrificia consecrantur.*

Aquæ lustralis seu benedictæ usum esse antiquissimum, & à temporibus Apostolorum suam in Ecclesia habere originem testantur SS. Dionys. Areop. de Eccles. Hierarch. c. 2. Basil. lib. de Spiritu S. c. 27. Quem usum deinde etiam ordinavit S. Alexander I. Papa, sextus post S. Petrum, ut etiam in domibus aqua benedicta conservetur, eaque infirmi aspergantur.

Peregrinationes devotè factas Deo gratas esse varia in S. Scriptura habemus testimonia



nia dum nimirum fiunt vel ex amore & charitate erga Deum & Sanctos, vel ob cultum & venerationem testandam, vel majorem fidei exertationem. Dent. 16. v. 16. *Tribus vicibus per annum apparebis omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit.* Lucæ 2. v. 41. & 42. *Et ibant parentes ejus (id est Jelu) per omnes annos in Jerusalem in die solemnæ Paschæ --- secundum consuetudinem diei festi.* Act. 20. v. 16. *Festinabat enim (scilicet Paulus) si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Hierosolymis.* S. Joan. Chryost. jam Patriarcha Constantinopolitanus, quid de Peregrinationibus senserit, audiamus. Hom. 8. in epist. ad Ephes. hæc habet. *Si liberum mihi fuisset per curas Ecclesiasticas, & corpus habuissem validum, nihil utique lausatus fuisset, quo minus tanta suscepta peregrinatione, catenas illas Pauli, & carcere, ubi ligatus fuit, viderem.* Similia etiam habet in Hom. 5. in Job. Hoc amore flagrabat Paula Romana Hierosolymam peregrinandi, uti testatur D. Hieron. cum innumeris alijs Sanctissimis viris & feminis, Regibus & Principibus, qui peregrinationis causâ vel Hierosolymam vel Romam, vel ad alia sacra loca magnis periculis & incommodis perrezerunt. Frequentem & antiquam Christianorum pietatem in visitandis sanctorum sepulchris, & templis ipsâque honorandis pariter refert citatus S. Joan. Chryost. Hom. 66, ad pop. Antioch. *U*

regias quidem aulas videret, (ait) nullus unquam peregrinatus fueris. Multi autem reges hujus spectaculi gratiâ sæpe peregrinati sunt. Futuri namque judicii signa & vestigia sanctorum ades exhibens, ubi demones flagellantur, homines constringuntur, & liberantur. S. Aug. quoque Enarr. in Psal. 86. id ipsum testatur de Roma. De S. Felice M. Nolæ in Campania. De peregrinatione factâ in sua Africa ad Reliquias S. Stephani &c. Ita etiam scribit contra Faustum lib. 20. c. 11. quomodo peregrinationes illæ institui possint ad excitationem fidei nostræ erga Deum, & sanctorum imitationem. *Ipsorum (inquit) locorum admonitione major affectus exurgit ad accendendam charitatem, & in sanctos, quos imitari possumus, & in Deum quo adjuvante possumus. Quos omnes enumerare longum esset, qui hoc præstiterunt. Et quot non hac occasione invicti pugiles, & gloriosi Martyres effecti fuerint?*

Processiones jam in antiquo Testamento viguisse patet ex Joële c. 2. v. 16. & 17. *Sanctificate jejunium, vocate cæsum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate parvulos . . . Parce Domine, parce populo tuo.* Et in primitiva Ecclesia constat ex varijs Summis Pontificibus, qui eas ordinârunt vel pro gratiarum actione, vel pro avertendis flagellis Dei pestis, famis, belli &c. Nec video, cur improbandæ; cum & ipsi adversarij populos ad eorum fana, quandoque pres-

pressi similibus malis convocent, Deumque uniti simul orent; si ergo hoc laudabiliter in templis fieri potest, cur non & simul uniti extra in plateis, foris & in itineribus eundem Deum rogare poterint? Quæ processiones etiam postmodum semper clauduntur imò & inchoantur in Templis Deo sacris.

Quibus non obstantibus omnia hæc vel negant, vel spernunt, vel lacerant, vel irrident Sectarij nostri; signanter autem horrendum in modum contra Benedictionem cereorum agnorum Dei præter Lutherum aliosque fulminat Vergerius Apostata discutiens versiculum memorantem virtutem horum agnorum: *Peccatum frangit, ut Christi sanguis & angit.* & ita Tom. 1. operum circa finem vociferatur. *Hic togis me zelus gloria Dei mei, & tanta indignitas, & enormitas rei, ut exclamem; Maledictus sit Papa, qui pronunciasceram cum agno impresso delere; aut destruere peccatum, ut sanguinem Christi.* Et proseguendo maledictionem suam Theologos vocat *Satellites Antichristi*, imò *ipso met diabolo*. Sed hæc est solita Sectariorum argumentatio omnia blasphemijs, mendacijs & convitijs replere. Quis unquam (mibi dicat impudens ille homo) Catholicorum etiam simplicissimorum tam crassæ ignorantis est; ut Sacramentalibus eandem virtutem attribuat, quam ipsis Sacramentis, cereis istis agnis, qualem ipsi Sanguinis Christi? si & ipse Summus Pontifex pro effecti-

bus impetrandis per virtutem ejusdem Christi instanter precetur: debent itaque verba versiculi illius intelligi cum quadam analogia, & minimè de omnimoda æqualitate. Nec mihi persuadere possum Sectarium in Papatu unquam hoc credidisse. Grunitus sunt itaque, quibus simplicem populum decipere student, & diuini sub talibus exaggerationibus in Summum Pontificem, & Prælatos Ecclesiæ concitent & foveant, ac omnem pietatem erga res sacras, antehac in Ecclesia in usu & veneratione habitas tollant & extirpent: Alij reprehendunt voculam *baptizare*, quasi verò non nisi in solo Baptismo hæc vox usui esse posset, suosque agnoscentes Summus Pontifex credat baptizare eo modo, quo parvuli baptizari solent, vel eisdem eandem conferre virtutem. Alij alia obijciunt; quia autem & illa contumelias in Viarium Christi non carent, diutius ijs inhærendum non est, ne piæ aures ultra modum offendantur.

## QUÆSTIO XXXVIII.

*De votis Religiosorum, eorumque statu.*

Votorum Sacrilegi transgressores Lutherus & Calvinus, quæ partim in emissa Monastica professione, ac Sacramento Ordinis Deo jurarunt & voverunt, jam ut *impia, superstitiosa, temeraria ac illicita* detestantur. Contra quos proinde

Di-

Dico, Vota Religiosorum & aliorum debite facta minime esse superstitiosa & impia, sed sancta, fundata in ipsa S. Scriptura. Ex qua  
 Probatur 1. Gen. 28. v. 20. *Vovisti* (subaudi Jacob) *etiam Votum*. Levit. 27. per totum tractatur de varijs votis. Num. 6. v. 21. *Ita est lex Nazaraei, cum voveris oblationem suam Domino tempore consecrationis sue* &c.  
 Deut. 23. v. 21. *Si nolueris polliceri, absque peccata eris, quod autem semel egressum est de labijs tuis, observabis & facies, sicut promissisti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es.* Psal. 75. v. 11. *Vovete & reddite Domino Deo nostro.* Eccles. 5. v. 3. *Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere.* Et quidem in specie licitum est & Sanctum vovere perpetuam paupertatem, Matt. 5. v. 3. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum calorum.* Matt. 19. v. 21. *Si vis perfectus esse, vade, vende qua habes, & da pauperibus &c.*  
 Quod ad castitatem. Sunt Eunuchi, qui seipso castraverunt propter regnum calorum. *Quis potest capere, capiat.* Matt. 19. v. 12. & 13. 1. Cor. 7. v. 7. *Volo omnes vos esse sicut me ipsura.* v. 38. *Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit, & qui non jungit melius facit.* v. 40. *Beator eris si sic permanserit.* Plura de hoc Quast. sequenti. De Obedientia idem et dicere: Matt. 16. v. 24. *Abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Luc. 10. v. 16. *Qui vos audit, me audit.* Prov. 51

342 *Quaest. XXXVIII. De votis religiosorum,*

v. 5. *Ne imitatis prudentia.* Heb. 13. v. 17.  
*Obedite praepositis vestris.*

Probatur 2. ex omnibus illis SS. PP. qui partim Religiones & Ordines instituerunt, vel in iis vota praescripta voverunt, ut sunt antiqui illi Monachi Antonius, Paulus, Arsenius, Pachomius, Benedictus, sanctique Doctores Basilii, Gregorius, Augustinus, & innumeri alij Religiosi, quorum mortem & vitam pretiosam in conspectu Dei fuisse testantur miracula ab ipsis edita, nec in controversia eorum sanctitas apud ipsos etiam adversarios est. Quapropter miros impudentiam Joannis Spanenbergij, qui in sua Postilla Germanica in epistolas & Evangelia omnium totius anni Dominicarum & celebriorum Festorum fol. 126. ut insanos sanctos quosdam tractat: dum sua reliquerunt: Ergone insani fuerunt Apostoli: Ecce *nos reliquimus omnia* Matt. 19. v. 27. fol. tamen 85. sibi contradicit fatendo: Relinquere parentes & bona sua esse opus Spiritus sancti. Vertigine revera laborant omnes Novatores isti.

Probatur 3. Ex ipsa ratione naturali, quae suadet adimplenda promissa, si homini, cur non & Deo? Imò multò magis. Tum etiam ex ipsa approbatione divina, quae vota sibi facta grata & accepta esse nobis manifestavit. Nonne Jacob benedicitur à Deo post votum factum? Gen. 28. v. ult. & c. 31. v. 13. Et David Psal. 13. v. 2. & 11. ubi reprehenditur, quòd Templum

plum Deo voverit? Anna 1. Reg. 1. v. ult. quod  
 filium suum voverit? Lucæ 2. v. 37. Nonne  
 Anna illa, quæ non discedebat de templo jeju-  
 nijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die  
 gratiam obtinuit Deum videndi? Joannes Ba-  
 ptista ob austeram vitam, ac vestitus asperita-  
 tem nonne ab ipso Christo deprædicatur, mayo-  
 rem eo non surrexisse inter natos mulierum?  
 Matt. 11. v. 11. An non Paulus præit exemplò  
 Iudæ? 1. Cor. 9. v. 29. *Castigo corpus meum,*  
*& in seruitutem redigo.* Sed dicant mihi qua-  
 so olores isti Sacrorum Ordinum, an bene, vel  
 malè egerint Sancti illi, etsi de his expressum à  
 Deo non habuerint mandatum? Certè malè  
 eos egisse utique dicere non possunt: Si ergo  
 bene, cur non & Religiosi, qui id ipsum faciunt,  
 vel alij, sive postmodum fiat accedente voto,  
 tanquam firmiori vinculo, sive sine illo. Ad-  
 verte autem falsum esse, quod docet Calvinus  
 lib. 4. Inst. c. 13. n. 12, juxta antiquos Patres;  
*nullam voculam emissam fuisse à Christo, cui*  
*non sit necessarium obtemperandum.* Sed non ad-  
 vertit, quomodo hac sua doctrina seipsum jugu-  
 let? Si omnia Christi dicta pro præceptis cen-  
 senda sint, necessariò se Christi verborum trans-  
 gressorem accusare debet; cum sua nec paupe-  
 ribus distribuerit, nec vendiderit, nec domum  
 vel uxorem dimiserit, sed ijs in vita bene usus  
 fuerit, & post mortem fratres affinesque suos  
 honorum suorum hæredes instituit, pauperibus  
 peregrinis non nisi relictis 10. scutatis aureis,

§ 44 *Quaest. XXXVIII. De votis Religiosorum,*  
uti ex illius testamento constat descripto à  
Theodoro Beza in ejus vita : ut taceam alia  
multa. Sed quid clarius 1. Cor. 9. toto capi-  
te fatetur Paulus se gratis evangelizando plus  
fecisse, quam fuisse præceptum. *Qui potest ca-  
pere capiat. Si vis perfectus esse &c.* Nonne  
hæc verba sunt suadentis?

Quæ de Monachismo, vel Ordinibus Re-  
ligiosis, maxime modernis Calvin. lib. 4. Inst.  
c. 13, cum suis corradit, non nisi consistunt in  
mendacijs, falsis suppositionibus, injurijs, de-  
tractionibus, ac observationibus defectuum  
quorundam, qui quandoque in particulari apud  
quosdam in Religionibus notantur, in quibus  
omnibus se prodit, non simplicem zoilum age-  
re, sed rabidum canem, cujus est omnia discer-  
pere & lacerare. Eum egregie imitatur excu-  
cullatus Monachus Erasmus Rotterodamus in  
suis colloquijs Londini impressis, in quibus plu-  
ribus in locis tantâ impudentiâ dicta & facta Re-  
ligiosorum, Ordinumque sacrorum instituta  
traducit & rodit, ut opusculum illud infame  
titulo *opus aureum* merito igne probationis di-  
gnum sit, vel murium cibus esse mereatur, quo-  
rum in rodendo quæque, etiam minutissima  
morem & naturam semper sectatus est in scri-  
ptis suis: ita ut optime ad nomē ipsius alludendū  
valeam dicere: Erasmus: seu semper Erasmus  
Erasmus scriptis omnia rodens. Pudoris causa  
abstineo exscribere tam sua, quam ea quæ Cal-  
vinus lib. cit. & maxime n. 15. scribit simili-  
lis



tis sibi effrons, superbus & maledicus scriptor:  
 cujus proinde audaciam & impudentiam brevi-  
 ter perstringemus, & quidem proprijs suis ver-  
 bis, quæ habet lib. 4. Inst. c. 1. n. 16. agens de  
 vera Ecclesia & citans S. Augustinum, ubi con-  
 tra obmurmuratores S. Ecclesiæ scandalosa  
 peccatores pulchra remedia & consilia præscri-  
 bit. *Ut (sunt verba ipsius) misericorditer cor-  
 ripiant quod possunt, quod non possunt, patient-  
 ter ferant, & cum dilectione gemant, atque  
 lugeant, donec aut emendet Deus, aut corri-  
 gat, aut in messe et adizer zizania & palea  
 veniat: His enim se præmunire p̄i omnes  
 studeant, ne dum strenui, & animosi iustitiæ  
 vindices sibi videntur, a regno cælorum (quod  
 est unicum iustitiæ regnum) descendant. Et sub-  
 jungit 1. Cogitent in magna multitudine com-  
 plures esse verè sanctos & innocentes coram  
 oculis Domini, qui aspectum suum fugiant. 2.  
 Cogitent & ex iis, qui morbidi videntur, multo-  
 sos esse, qui in vitis suis nequaquam sibi place-  
 rent, aut blandiantur, sed serio timore Do-  
 mini tentidem expergefatti ad integritatem  
 majorem aspirant. 3. Cogitent non ferendum  
 esse de homine iudicium ab uno facto: quando  
 sanctissimi interdum gravissimo casu exci-  
 dant. 4. Cogitent plus subesse ad colligendam  
 Ecclesiam momenti tum verbo ministerio, tum  
 sacrorum mysteriorum participationi, quam  
 det quorumdam impiorum culpa vis illa vota  
 evanescere queat. 5. Postremo repudent in  
 - (C)*

246 *Quest. XXXVIII. De votis Religiosorum;*  
*consensenda Ecclesia pluris esse divinum, quàm*  
*humanum iudicium.* Hucusque Calvinus, qui  
si cap. 13. deinde huius suæ doctrinæ memor  
extitisset, eaque usus fuisset, in censurandis &  
taxandis sacris Ordinibus nunquam ita excel-  
sisset.

Audiat, tamen & applicet sibi, quæ S. Augusti-  
nus Doctor & fundator Ordinis sui epistolâ 137.  
eruditè & fundatè ad propositum scribit: dum  
ex Ordine suo quidam Religiosus Bonifacius  
nomine gravi se crimine commaculavit, ob  
quod Hipponenses cives summoperè scandali-  
zati fuere, & ultra quod debuissent in Religio-  
sos omnes debachati fuerunt. Vos murmura-  
ris (ait) quòd unus ex meis culpabilis inventus  
fuerit. Sed ubi locus illè, ac societas tam sancta  
invenitur, in qua errores commissi non fue-  
runt? Et subjungit? „ Quantumlibet vigilet  
disciplina domus meæ; homo sum, & inter  
homines vivo, nec mihi arrogare audeo, ut  
domus meæ melior sit, quàm arca Noë, ubi  
tamen inter octo homines reprobus unus in-  
ventus est: aut melior sit, quàm domus Ab-  
rahæ, ubi dictum est, *eisce ancillam, &*  
*filium eius*: aut melior sit, quàm domus  
Isaac, cui de duobus geminis dictum est,  
*Jacob dilexi, Esau autem odio habui*: aut  
melior sit, quàm domus ipsius Jacob, ubi le-  
ctum Patris filius incestavit: aut melior  
sit, quàm domus ipsius David, cujus fi-  
lius cum sorore concubuit, cujus alter filius

con-

1 contra patris tam sanctam mansuetudinem  
 2 rebellavit: aut melior, quam cohabitatio  
 3 Pauli Apostoli, qui tamen si inter omnes bo-  
 4 nos habitaret, non diceret, quod superius  
 5 commemoravi, *foris pugna, intus timores?*  
 6 nec diceret, cum de sanctitate & fide Timo-  
 7 thei loqueretur, *neminem habeo, qui ger-  
 8 manè de vobis sollicitus sit. Omnes enim sua*  
 9 *quarunt, non qua sunt Jesu Christi:* aut me-  
 10 lior, quam cohabitatio ipsius Domini Jesu  
 11 Christi, in qua undecim boni perfidum & fu-  
 12 rem Judam toleraverunt: aut melior sit po-  
 13 stremo, quam Coelum, unde Angeli cecide-  
 14 runt. Simpliciter autem fateor charitati ve-  
 15 stræ, coram Domino Deo nostro, qui testis  
 16 est super animam meam, ex quo Deo servire  
 17 cepi, quomodo difficile sum expertus melio-  
 18 res, quam qui in monasterijs profecerunt: ita  
 19 non sum expertus pejores, quam qui in mo-  
 20 nasterijs ceciderunt. Ita ut hinc arbitretur in  
 21 Apocalypsi scriptum, *Iustus justior fiat,*  
 22 *& sordidus sordescat adhuc.* Quapropter  
 23 etsi contristamur de aliquibus purgamentis,  
 24 consolamur tamen etiam de pluribus orna-  
 25 mentis. Nolite ergo propter amurcam, qua  
 26 oculi vestri offenduntur, coreularia detestari,  
 27 unde apothecæ Dominicæ, fructu olei lumi-  
 28 nosiori implentur. Si itaque in Religiosis Or-  
 29 dinibus quidam quandoque mali, professionis-  
 30 que suæ immemores excussio Christi jugo latas  
 31 interitus caleant semitas, non illic omnes pari-  
 32 cen-

148 *Quaest. XXXVII. De vitijs Religiosorum,*  
censura stringendi sunt. : Forsitan non etiam  
inter conjugatos quandoque quidam impudici  
sunt, qui thorum conjugalem maculant? Nun-  
quid ergo omnes impudici, omnes adulteri?  
Nunquid non sunt & inter filios Nobilium quan-  
doque quidam, qui tam intra, quàm extra do-  
mum aliena surripiunt, ergone omnes fures?  
Nunquid & inter Cives non fuerunt quidam sedi-  
tiosi, ergone omnes rebelles suis Principibus?  
Non scio, an Calvinus de suis etiam verbi Mini-  
stris hoc iudicium æquum esse ferret, eò quòd  
quidam avari, lucris intendentes temporalibus,  
caruales, litigiosi, superbi, vaniloqui reperian-  
tur, omnes hac censura deinde plecti debere,  
vel non nisi decimum eorum excipiendum esse  
vellet, prout inverecundè de Religiosis id affir-  
mat. Et si ita cur ergo ad exemplum Abrahæ,  
Imò ipsemet Dei Gen. 18. v. 32. non eam mi-  
sericordiam & iudicium cum Religiosis exercet,  
qualem ipsi cum pessimis illis hominibus exer-  
cuerunt, cum ob solos decem justos eis parcen-  
dum censuerint; à quorum sceleribus non so-  
lùm longissimos esse, nemo uest qui dubitat, sed  
& insuper in omnibus eorum Institutis vix de-  
cimùm forsan defectuosum vel imperfectione  
quidam notatum videre licebit: non ut Calvi-  
nus hallucinatur vix decimùm bonum. Tum  
foran non & in primitiva Ecclesia, in qua fides  
quam maximè florebat, non erant adulteri, a va-  
ri, molles, fornicatores, aliisque irretiti vitijs?  
Quis autem exinde Christianæ fidei addictos  
om-

Omnes, vel non nisi paucissimis exceptis, ut adulteros, avaros &c. tractare audebit? *Quid enim si exciderunt à fide quidam illorum? numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuabit?* *Abps.* Scribit Apostolus. Rom. 3. v. 3. Unde præclare S. Aug. Tract. 3. in Joan: *Sicut in corpore sunt mali humores, non tamen illi religionem contaminant, nam ex nobiliori sui parte sancta est.* Huc quoque applicari poterunt dicta Quæst. I. Quænam sit vera Ecclesia: Ubi tractatum fuit de sanctitate Ecclesiæ Catholicæ & Sectariorum.

Est ergo Calvinus cum suis, & prius trabem ex oculo suo eijciat, antequam festucam ex alieno extrahere præsumat, prius vitia sua succidat, antequam falcem in messem alienam mittat, sibi que attendat, nè verba S. Joannis Chrysostomi Hom. 5. imperfect. oper. in eum quadrent. *Sicut difficile aliquem suspicatur malum, qui ipse est bonus: sic difficile aliquem suspicatur bonum, qui ipse est malus.* Et potius imitetur Imperatorem Constantinum M. qui dicere solebat. *Quia si vis dissem aliquem eorum, qui religioso circumamicti sunt habitu, turpitudinem ad quam operantem, clamydem meam deplevissem, nè videretur à quoquam.* Verba reverè digna tanto Imperatore!

Brevitatis causâ omitto aliam particularem defensionem, ac bona & emolumenta, quæ S. Ecclesiæ ex sacris Religioforum Institutis ab ori-

350 *Quest. XXXVII. De votis Religiosorum,*  
 origine eorum usque ad præsens obvenere  
 & obveniunt: & rem verbis Seraphici Doctoris  
 S. Bonaventuræ relatis in opusculo sex alarum  
 concludo: „ *In hoc differunt laudabiles Reli-*  
 „ *giones, & jam delapsa, non quod nullus pec-*  
 „ *caus in laudabilibus reperiatur, sed quod nul-*  
 „ *lus impune peccare sinatur, & peccandi ad-*  
 „ *tus studiosè præcludantur, & incorrigibiles,*  
 „ *& alios inficientes eliminantur, & boni fo-*  
 „ *veantur, & diligantur, ut perseverent, & in*  
 „ *melius semper proficiant. Nam cum in Con-*  
 „ *ventu Angelorum ante confirmationem, & in*  
 „ *ordine Apostolorum sub Magisterio Christi*  
 „ *reperta sit pravitas, quis ordo bonorum in*  
 „ *terra audeat sibi arrogare hæc prærogati-*  
 „ *vam, quod peccatum in eo non sit? quia et si*  
 „ *plurimi per gratiam Dei immunes ibi fuerint,*  
 „ *sed non omnes. Vos mundi estis sed non om-*  
 „ *nes. ait Dominus. Hucusque sanctus ille*  
 „ *Doctor. Jam*

### *Evertuntur argumenta adversario- rum contra Vota Monastica.*

Obijciunt 1. illud ex epist. Col. 2. v. 23.  
 & sequent. tanquam ea, quæ à Religiosis Ordini-  
 bus observantur, & præcipiuntur *sunt ratio-*  
*nem quidem habentia sapientia in superstitione,*  
*& humilitate, & non ad parcendum cor-*  
*pori non in honore aliquo ad saturitatem car-*  
*nis. Respondeo, Apostolum ibi loqui de vo-*  
*lunt-*

luctaria religione & superstitione, quam sibi quidam ex proprio cerebro confinxerunt, & minimè conformem voluntati Dei ejusque legi, quod non contingit in Religiosis Ordinibus, quorum præcepta & observationes fundatæ sunt supra ipsam legem, vel consilia Evangelica.

Obijciunt 2. Christus donavit libertatem, sed hæc per vota tollitur, ergo &c. Respondeo 1. Libertatem Evangelicam consistere in liberatione à peccato, & cæremonialibus Judaicis. Respondeo 2. Vota tollere libertatem mundanam, & nos mediantibus votis fieri servos Christi, quæ servitus est regnare, & esse liberum.

Obijciunt 3. Christus voluit consilia esse libera, & votarij faciunt ea præcepta. Respondeo, Consilia esse libera ex se, attamen accedente voto seu promissione fiunt obligatoria, sicut v. g. Matrimonium ante contractum fuit liberum, inito autem contractu jam non amplius est liberum, sed remanet firmum.

Obijciunt 4. Vota sunt adinventiones humane. Respondeo cum distinctione, sunt adinventiones simpliciter humane nego, fundatæ in S. Scriptura concedo.

Obijciunt 5. Baptismo fidelis est adstrictus ad Evangelicam regulam, ergo superfluum & præsumptuosum est se adstringere & obligare ad alias regulas. Respondeo, idè Religiosos se adstringere etiam ad alias regulas, ut quæ in Baptismo Deo promiserunt, commodius, securius,

264 *Quest. XXXIX. De Cœlibatu*

rius, certius & melius observare valeant: *Quis inficiabitur commodius avaritiam non effugere, illum, qui paupertatem observat, nihilque proprii possidet, prout Religiosi vovent, præ illo, qui lucris & pecunijs diu noctuque coacervandis attendit? Castiorem vivere, cui conversatio frequentior, vel suspecta prohibita est, quam qui liberè cum feminis conversatur? Qui carnem jejunijs, vigilijs & disciplinis macerat, quam qui eam delicate nutrit? Et sic de cœteris. Quapropter insigniter S. Bernardus Homilia simile est regnum Cœlorum homini negotiatori &c. de sacris Ordinibus hæc scribit. *Namque hæc est Religio Sancta, pura & immaculata, in qua homo vivet parvus, cadit rariùs, surgit velocius, incedit cautius, irrogatur frequentius, quiescit securius, moritur fiducia, purgatur citius, premiatur copiosius.**

## QUÆSTIO XXXIX.

### *De Cœlibatu Clericorum.*

**T**Ractaturi de virginitate & cœlibatu rem Sectarijs odibilem & impossibilem, utpotè carni deditis, proponimus: pauci siquidem ex omnibus Apostatis tam veteribus, quam recentioribus fuerunt, qui virginitatem & cœlibatum coluere, & non quantocyùs ad sacrilegas convolarunt nuptias. Observavit id Dux Saxonie Fridericus fautor & protector Lutheri,



Quam hæresi jam invalescente tot Sacerdotes & Religiosos Catholicos vidit exemplo antesignanorum Lutheri rejecto castitatis voto illicita sequi conjugia, ita ut per jocum eos interrogare solebat. Religio cujus generis? ijs respondentibus, generis feminini, subridendo dicebat: Propterea eam ita adamatis: intelligendo hoc eorum præcipuum motivum esse, Lutheranismum amplectendi, ut nuptias contrahere possint. Ex solutione argumentorum, & probationibus Questionis hujus veritas patebit. Unde

Dico, Coelibatum Clericorum minime esse damnandum, sed justum, & laudabilem esse.

Probatur 1. ex S. Scripturæ Textibus Questione antecedenti de voto castitatis agendo adductis. Exod. 19. v. 15. Moyses legem Dei recepturo populo præcepit dicens: *Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus vestris.* 1. Reg. 21. v. 5. & seq. Sacerdos Achimelech Davidi, ac pueris suis noluit dare panem sanctificatum, antequam exploratam habuerit eorum continentiam. *Non habeo* (inquit) *laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum, si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus.* 1. Cor. 7. v. 5. Paulus conjugatos admonet, ut se quandoque contineant ab opere conjugali, ut vacent orationi: Cum ergo Sacerdotes continuo debeant adstare altari, dignissimum est, ut perpetuo à conjugio abstineant.

Z

Pro-

Probatur 2. ex SS. PP. qui castitatem &
 coelibatū perpetuò observârunt. Tum ex Can.
 Apost. c. 17. *Si quis post Baptisma secundis
 fuerit nuptijs copulatus, aut concubinam ha-
 buerit, non potest esse Episcopus, non Presby-
 ter, aut Diaconus, aut prorsus ex numero eo-
 rum, qui ministerio sacro deserviunt.* Ex Conc.
 Carthag. II. Can. 2. *Ita placuit, & concedet
 sacrosanctos Antistetes, & Dei sacerdotes, nec
 non & Levitas, vel qui Sacramentis divinis
 inserviunt, constituentes esse in omnibus, quò
 possint simpliciter, quod à Deo postulant impe-
 trare, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa ser-
 vavit antiquitas, nos quoque custodiamus.*
*Ab universis Episcopis dictum est. Omnibus
 placet, ut Episcopi, Presbyteri & Diaconi, &
 qui Sacramenta contrahant, pudicitia custo-
 des etiam ab uxoribus se abstineant.* Probatur
 ulterius ex Decretis S. Calisti I. *Presbyteris,
 Diaconis & Subdiaconis & Monachis concu-
 binas habere, seu matrimonia contrahere pe-
 nitus interdiciamus.* Vixit autem S. ille Ponti-
 fex circa annum 219. Ex quo patet, & infra,
 falsum esse, quod Calvinus, Melancthon &
 Kemnitius asserunt, prohibitionem illam non
 nisi inchoasse circa annum 400. Confirmatur
 item ex varijs epistolis S. Ignatij Episcopi An-
 tiocheni & M. in quibus memorat jam tunc in
 usū fuisse perpetuam virginitatem. Epistola
 enim 8. ad Philippenses ita scribit. *Saluto colle-
 gium virginum, & satum viduarum.* Ad
 Smir.

Smirnenfes epist. 10. *Saluto & eas, quæ in perpetua degunt virginitate, & viduas.* Et epist.

13. Romam iturus ad Heronem Diaconum Antiochenum ei Ecclesiam recõmmendando hæc

scribit. *Virgines serva, ut pretiosa monilia.*

Et ad Tarsenses. *Quæ in virginitate degunt,*

*in pretio habere, velut Christi Sacerdotes: vi-*

*duas in pudicitia permanentes, ut altare Dei:*

Cùm itaque Virgines gloriosus ille sanctus cum

Sacerdotibus comparat, præsupponit eos uti-

que virgines; cùm servias altari Dei, censet, Sa-

cerdotem mundum esse debere, ut altare Dei.

S. Joan. Chrysof. Hom. 9. in epist. 1. Cor. c. 3.

*Quod si quispiam dicat: à muliere dantaxat*

*se continere non posse: seipsum decipit, & ab*

*his, qui sine muliere in continentia vivunt,*

*arguitur.*

Probarur 3. rationibus quibusdam con-

gruentialibus desumptis ex ipsa S. Pagina. Apo-

stolus enim 1. Cor. 7. v. 32. testatur: *Qui sine*

*uxore est, sollicitus est, quæ Domini sunt, quo-*

*modo placeat Deo: cùm ergo vita Clerici con-*

*sistere debeat, ut magis placere studeat Deo,*

*quàm uxori, ratio suadet ejus abstinentiam. In*

*statu matrimoniali, quot curæ & distractiones*

*non interveniunt in educandis, conservandis,*

*gubernandis, ditandis & elocandis prolibus &c.*

*quæ virum Deo dicatum non solummodò non*

*distrahere, sed & sæpiùs ab ejus obsequio debito*

*vix non avertere, quis inficiabitur? Nemo 2.*

*Tim. 2. v. 4. militans Deo implicat se negotijs*

secularibus. S. Hieron. contra Jovin. lib. I. c. 17. Si laicus & quicumque fidelis orare non potest, nisi careat officio conjugali, sequitur, quod Sacerdoti Evangelico, à quo semper pro populo offerenda sunt Sacrificia, semper orandum est, ergo semper carendum est matrimonio. Et S. Ambros. in c. 3. epist. I. ad Tim. Verberibus enim idcirco concessum est Levitis, aut Sacerdotibus uxores ad usum habere, quia multum temporis otio vacabant à ministerio, aut Sacerdotio. Multitudo enim erat Sacerdotum, & magna copia Levitarum, & unusquisque certo tempore serviebat divinis Ceremoniis secundum institutum David. At ubi autem tempus imminebat ministerii, purificationis aliquantulis diebus accedebant ad templum offerre Deo. Et immediatè subjungit loquens de Evangelicis ministris. Ac per hoc omnes à conventu femina abstinere debere, quia necesse est, eos quotidie praeesto esse in Ecclesia, nec habere dilationem, ut post convantum legitime purificentur, sicut veteres. Et concludit. Mundiores ergo esse debent. ceteris, quia actores Dei sunt. Cum ergo longè dignius sit officium Sacerdotum novae legis, quam veteris, utpote adumbratum, prout veritas antecellit figuram: meritò oportet eos in omnibus excellere.

Calvinus lib. 8. c. cit. n. 25. hanc SS. PP. rationem eludere tenens, inquit Sacerdotibus Leviticis abstinentiam ab uxoribus ideò præ-

præceptam fuisse; cùm tanquam peccatores typum Sanctitatis Christi exhibere non possent, quibusdam tamen lineamentis, ut adumbrarent, iussi sunt ultra humanum morem se purificare, dum ad Sanctuarium accederent: quia tunc scilicet proprie Christum figurant, quod veluti pacificatores ad reconciliandum Deo populum apparebant ad tabernaculum celestis tribunalis simulacrum. Et subjungit. Hanc personam, quia non sustinent Ecclesiastici Pastores, frustra cum illis comparantur. Sed quæ absurda non sequuntur ex his verbis! Æstimat ergo Calvinus præter unanimum sensum omnium SS. PP. pluris Sacerdotes veteris legis, quam novæ, cùm nec comparisonem fieri velit. Quis proprius Personam Christi repræsentat, qui offert sanguinem & carnem vituli, vel qui illum Immaculatum agnum, de quo Joannes. *Ecce Agnus Dei?* Quis Deum & peccatores magis reconciliare, & pacificatorem agere poterit, quam qui ipsum Filium Patri irato offerre poterit, sed nonne hoc solum est Sacerdotum novæ legis? Quæ temeritate ergo negat hanc personam non sustinere Ecclesiasticos Pastores: si hi non sustinent, quis ergo sustinet? Deinde nonne fateatur, veteres illos Sacerdotes per purificationem illam tanquam quibusdam lineamentis adumbrasse figuram Christi: Si ergo illis hanc prærogativam concedit ob continentiam illam, cur eam nobis denegat, qui id ipsum & quidem

majori perfectione facimus? Stat pro rationis voluntas.

Confirmatur ulterius conclusio. Necesso est honorem & reverentiam servari Sacerdotio, sed talis tam bene non servatur, si tam Sacerdotis, quam secularis eadem est ratio vivendi, uti videmus in conjugatis Græcis Sacerdotibus, qui apud suos in tanto non sunt honore, sicut illi, qui coelibes sunt. Tum oportet Episcopos & Sacerdotes esse hospitales, & misericordes in pauperes; hoc autem non ita convenienter fieri potest, dum liberi & uxor alendi sunt. Redditiu Ecclesiæ facile etiam in profanos usus in notabile ejusdem detrimentum expendi possent, vel etiam filijs ex naturali amore præ alijs officia & munia Ecclesiastica deferri possent &c.

*Annihilantur argumenta adversariorum.*

Obijciunt 1. Eccl. 1. v. 3. *Difficile est Deo stultis promissio*, sed talis est votum perpetuæ castitatis; cum non sit in nostra potestate eam servare: *nemo enim continens esse potest, nisi Deus dat.* Sap. 8. v. 21. & Matt. 19. v. 11. dicit Christus: *non omnes capiunt verbum hoc* (loquendo de perpetua virginitate) *sed quibus datum est: ergo &c.* Respondetur retorquendo & in ipsos Textus S. Scripturæ. *Qui potest capere capiat* Matt. 19. v. 12. 1. Cor. 7. v. 7.

*Volo omnes vos esse sicut meipsum v. 8. Bonum est, si sic permanens, sicut & ego. v. 38. Qui matrimonio jungit virginem suam bene facit, & qui non jungit, melius facit. v. 40. Beatior erit, si sic manserit.* Ex quibus Textibus clarè patet possibilem esse observantiam castitatis, etiam perpetuæ, licet difficilem, alioquin ad quid Christus ad eam nos invitaret, & Apostolus suaderet? Proinde minimè stulta hæc est promissio dicenda, quæ in ipsis verbis Christi & Apostoli, ejusque & innumerorum aliorum exemplo est fundata. Respondeo 2. *Monstrent adversarij ex Scriptura Deum non velle concedere hoc donum virginitatis petentibus, vel temerarium esse, qui hoc petat, si veliat ab Ecclesia, ut tollatur coelibatus.*

*Obijciunt 2. Melius est nubere, quam uri 1. Cor. 7. v. 9.* Respondeo 1. cum eodem Apostolo epist. & c. cit. v. 1. *Bonum est homini mulierem non tangere.* Respondeo 2. Apostolum non velle illum *uri*, qui à carne tentatur, sic etenim & ipse tentatus fuit, & tamen non nupsit: sed intelligit illum *uri*, qui libidine ardet, vel ardore libidinis flagrat, ac concupiscentiæ flammis succumbit & consentit. Sic dicitur uri ab igne eum, non qui calorem ejus sentit, sed qui verè & realiter ab eo læditur & aduritur. Et licet omnes tentemur à carne, & difficile sit continere: *ut regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matt. 23. v. 12.* Nonnè 1. Cor. 10. v. 13. *Fidelis est*

*Deus, qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere. Quod eo certius faciet, si nos media, illa adhibuerimus, quae pro conservanda castitate necessaria sunt, qualia sunt v. g. ut periculosa consortia, familiaria colloquia, tactus, aspectus vitemus, & turpibus cogitationibus locum non demus, easque quantoque expellamus, ut scrib. orationibus, jejunijs, vigilijs, aliisque corporis castigationibus, ac pijs lectionibus & occupationibus insistamus &c. sine Cerere & Bacco franget Venus, ait Terentius. Et S. Hieron. ad Rusticum Monachum, *Amo litterarum studia, & vitia carnis non amabis.**

Si deinde adversarijs ita arridet dictum, Apostoli 1. Cor. 7. v. 2. *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat*, ut per hoc celibatum explodere velint, cum tamen Apostolus ibi non nisi de conjugatis locutus fuerit, uti ex sequentibus patet, versu enim 8. incipit agere de non nuptis, cur ergo non omnes nubunt? vel si non nubunt, quomodo ergo castitatem servare possunt? Cuius ipse Calvinus defuncta sua Idellea aliam non duxit? Forsan jam fomes in eo extinctus erat? si non, quomodo ergo castus permanere potuit usque ad mortem? Tum quomodo tot matrimonio juncti accedente vel infirmitate conjugis, vel altero per annos plures quandoque absente, vel alio impedimento superveniente casti



si perseverant? Forsan non uruntur & tentantur? Omnes autem tales tractare ut adulteros, credo nec ipsos adversarios approbare, nec ego eos tales judico: prout ergo hi casti esse possunt, & ex necessitate virtutem facere, ita etiam & nostri Sacerdotes id præstare poterunt, & quidem eò facilius; cum id amore Dei faciunt.

Obijciunt 3. Gen. 1. v. 28. *Crescite & multiplicamini.* Respondeo, hoc præceptum à Deo datum fuisse hominibus tempore, quo terra replenda erat, quod nunc non currit; alioquin & male egissent & veteres illi Patriarchæ Elias, Joannes Baptista, Paulus & innumeri alij, qui conjugio abstinuerunt; imò & ipse Christus, cum virginitatem suaserit: *Qui potest capere capiat*: arguendus esset, quod utique esset blasphemiam dicere: Præceptum ergo illud datum est toti humano generi in communi, non in individuo. Imò hanc benedictionem sub iisdem verbis v. 22. etiam dedit alijs animantibus, & tamen absque scrupulo transgressionis præcepti illius capiuntur, clauduntur, & à generatione impediuntur. Unde obiectio illa non est ad rem.

Obijciunt 4. In antiquo Testamento Sacerdotes ducebant uxores, imò & in novo Testamento usque hodie Sacerdotes Græci habent uxores, cur ergo & nunc id fieri non potest? Respondeo Sacerdotes antiqui Testamenti uxores duxisse, verum est: quia autem

sola Tribus Levi ministrabat; ideo ut successione non careat, utique ad perpetuam castitatem obligari non poterat, dum tamen in actu ministerio erat, a copula abstinere debebat, quod non currit in praesentiarum. Graecos Sacerdotes quosdam habere uxores, id quoque non nega: attamen nullus Sacerdos apud Graecos ducit uxorem, bene quidem, qui duxit uxorem virginem in Sacerdotem ordinatur, qua mortua remanere debet viduus: Unde nunquam visum fuit, Sacerdotem duxisse uxorem, ut in verecunde Apostatae Lutherus & Calvinus fecerunt, aliique innumeri eorum affectu. Quod autem id Graecis in synodo Niczna in Oriente celebrata permissum fuit, ad persuasione Paphnutij, ratio imò & necessitas Patres ad id urgebat; cum non facile invenirentur in partibus illis sufficientes Coelibes, qui aut ordinari vellent, aut apti essent pro officijs & ministerijs Ecclesiasticis, ideo consulto hoc permisit, ut conjugati digni & idonei curae Ecclesiarum applicarentur: Quia autem in Ecclesia Occidentali & Latina difficultas illa non est, cum sufficientes Coelibes inveniantur, merito ob rationes dictas & partim dicendas introductus est Celibatus. Imò & apud Graecos jam Episcopus esse non potest nisi Coelebs.

Obijciunt s. Paulus praecipit 1. Tim. v. 6. ut eligat Episcopum *unius uxoris virum*. Respondeo, Paulum non praecipisse, ut Episcopus de-

debeat esse conjugatus; alias nec ipse, nec Titus, nec Timotheus, nec Joannes Evangelista & innumeri alij Episcopi fuissent, vel bene egissent; cum nullus eorum uxorem habuerit: noluit ergo Apostolus Episcopum esse bigamum; cum talis non significet perfectè unionem Christi cum Ecclesia. Ita hunc Textum explicant tam veteres, quàm recentiores Expositores, idque fatetur ipsemet Calvinus. lib. 4. Inst. c. 12. n. 24. *Atque. hanc interpretationem non esse novam concedo: sed falsam esse ex ipso contextu palam est: quia statim prescribit, quales Episcoporum & Diaconorum uxores esse oporteat.* Quòd autem vera & genuina sit hæc Catholicorum interpretatio patet ex c. 5. v. 9. Ubi simili phrasi utitur Apostolus. *Vidua eligatur, quæ fuerit unius viri uxor.* Jam autem constat nunquam in usu fuisse, ut una eademque plurium simul virorum esset uxor, ut ad hoc cavendum Paulus particulare quoddam præceptum dare debuisset; quare certum est, viduam esse non posse, quæ virum actualiter habeat, sed solum, quæ virum habuit. Et sic à simili colligitur, Doctorem Gentium non præcepisse, ut solus conjugatus ordinari debeat vel possit, sed solum, si fuerit aliquando conjugatus, vel adhuc conjugatus sit, ut non nisi unam habuerit, vel habeat uxorem pudicam & modestam, nè marito probro sit. Et sic Calvinus ex suo contextu nihil aliud probat, nisi uxores Diaconorum & Presbyterorum Ordinandorum de-

debere esse, vel fuisse pudicas, quod & nos factemur.

Nec sequitur in primitiva Ecclesia conjugatos fuisse ordinatorum, ergo etiam nunc id fieri debet; multa etenim in illa fuerunt in usu, quæ nunc nec ipsi adversarij observant. Alia erat tunc ratio, alia nunc est; tunc passim coelibes haberi non poterant, nunc haberi possunt. Minus verum est in primitiva Ecclesia omnes ordinatorum fuisse conjugatos, uti immediate supra diximus, & in secunda probatione conclusionis vidimus. Quare S. Mater Ecclesia à Spiritu S. inspirata, & ab Apostolis edocta merito, ut qui Sacris Ordinibus initiari velint, censuit & decrevit, ut sint Coelibes; & si cuidam status ille cum hoc onere non placuerit, nubat, si velit, nemo enim ad Sacros Ordines cogitur.

Obijciunt 6. Achillem suum. Apostolus 1. ad Tim. 4. v. 1. & 3. scribit. *in novissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum --- prohibentium nubere.* Respondeo: Ecclesiam minime prohibere nuptias, sed ijs tantum qui vel voto, vel alio impedimento obstricti sunt. Loquitur ergo Paulus ibi de Ebionitis, Marcionitis, Montanis, Encraticis aliisque veteribus Hæreticis, qui nuptias damnarunt, tanquam à dæmone institutas, quod utique Ecclesia non censet, & ideo minime ut tales eas prohibet, sed tantum tali statui non convenire

ju-

judicat. Et cur quæso pater filio suo quandoque nuptias justè & legitime prohibere potest, Princeps subdito suo, & non Ecclesia etiam filijs & subditis suis? Imò Cornelius Tacitus lib. 14. memorat, militibus prohibitum fuisse conjugium. Et Tertullianus in exhortatione ad virginitatem idipsum affirmat, tempore suo coelibes fuisse milites. Et utique ob impedimenta, quæ in matrimonijs occurrunt. Si autem laudabiliter in sæcularibus militibus hoc factum fuit, quis hæc in Christi militibus improbabat, nisi qui plus carni, quam oporteat, deditus, virginitatis virtutem abolere velit? Responsum hoc Catholicorum DD. superius datum de antiquis Hæresiarchis vocat Calvinus *puerilem argusiolam* lib. & c. cit. n. 23. Et immediatè exemplum de Tyranno subinfert. *Perinde enim est, ac si Tyrannus iniquam non esse legem contendat, cujus iniquitate pars duntaxat premitur.* Quibus verbis ergo Calvinus non sine horrenda blasphemia supponit iniquam esse legem de Coelibatu, & Tyrannos esse, qui eam præcipiunt. Sed quomodo iniqua si laudata ab ipso Christo, recommendata ab Apostolis, à tot Sanctis Patribus diversorum Conciliorum, iudicata sancta, justa & digna? Quæ pressio iniqua vel violenta, ubi libertas?

Neque dicas cum eodem, injuriosam esse conjugio, ac viris illis conjugatis etiam sanctissimis ad Ordines olim assumptis, hanc legem de Coelibatu. Non opus est hoc exaggerare multum,

tam, apud quosdam in majore honore sit matrimonium, constat etenim qui illud pro Sacramento venerantur: quod certè nec ipse, nec sui faciunt. Et tamen more suo sibi contradicendo fatetur: *Quantum ad Patres attinet, quorum scripta extant, neque ipsi, cum ex suo judicio loquebantur, excepto Hieronymo, tanta malignitate conjugij honestati obiectarunt.* O quam egregius Reformator Ecclesiae, qui modò SS. Patres tractat ut Tyrannos, modò ut malignos, modò ut pueros. Prodis animum tuum lascivum Calvine, dum nimium obstas Coelibatui. Minus injuria fit matrimonio, quòd ei Coelibatus præferatur, utpote perfectior, remanente tamen in sua dignitate Matrimonio, licèt minori: cum ij præ cæteris, *qui cum mulieribus non sunt coinquinati, agnum sequuntur Apoc. 14. v. 4.*

Instant tamen adhuc dicendò, etiam Apostolos secum duxisse in suis itineribus uxores. 1. Cor. 9. v. 5. *Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Respondeo, falsam esse interpretationem Novatorum, dum per mulierem uxorem interpretantur; In Textu enim Græco non habetur nisi a'delfin gnârka quod nomen est genericum, & non specificum, ita ut pro sola uxore sumendum sit, uti Expositores illi volunt. Et patet ex ipsa particula adjuncta a'delfin

uxorem. Deinde nullum alium præter D. Petrum ex Apostolis uxorem habuisse docent antiqui Patres omnes, & de D. Paulo constat ex dictis, dum virginitatem adeò recommendat, & omnes vult esse, ut ipse est, eum tamen uxorem fuisse docet Clem. Alex. lib. 3. Strom. & Novatores etiam allegant epistolam quandam S. Ignatij M. ad Philadelphios, tanquam in ea Sanctus ille id ipsum etiam scripsisset; non tamen plus hæc in re deferri debet soli Clementi quam cæteris Patribus unanimitè contrarium asserentibus; Quò ad epistolam citatam Baronius ad annum Christi 57. credit corruptè à Clericis Græcis insertum fuisse nomen Pauli; cum in antiquioribus exemplaribus non habeatur. Apostolus itaque dum facultatem illam sibi appropriat, intelligit per mulierem, non uxorem, sed matronam quandam Christianam, à qua sibi necessaria administrarentur, quomodo ipsimet Christo subministrarunt necessaria variæ devotæ feminæ: prout videre licet Lucæ 8. v. 3. Et subsequens versibus cit. epistolæ. lucidè patet, ob quem finem hæc circumductio facta fuerit, scilicet ob sustentationem Apostolorum.

\*\*\*]\*\*\*

QUÆ.

## QUÆSTIO XL.

*Quid de pluralitate Sacerdotum, & Ecclesiastica Immunitate censendum. fit.*

**C**ommune est non tantum Sectarijs, sed & ipsis quandoque Catholicis, & sæpius ijs, qui nec obolum subministrant, nec aliud quidquam obsequij Sacerdotibus ac Religiosis præstant, eorum pluralitatem ac multitudinem carpere, & calumniari: Contra quos breviter lustremus ipsam S. Paginam. Proinde

Dico, minimè reprehendendam esse multitudinem Sacerdotum, vel etiam Religiosorum.

Probatur 1. ex S. Scriptura. Exod. 13. v. 2. *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filijs Israel, tam de hominibus, quam de jumentis, mea enim sunt omnia.* Exod. 22. v. 29. *Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.* Num. 3. v. 12. *Ego tuli Levitas à filijs Israel pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filijs Israel, eruntque Levitæ mei.* Et immediatè. *Mæum est enim omne primogenitum --- Sanctificavi mihi quidquid primum nascitur in Israel v. 41. Tollèsque Levitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel.* Nunc non sunt tot Sacerdotes, aut Religiosi, quot primogeniti. In lege scri-  
pta



pta loco primogenitorum successit tota tribus Levi. Num 3. v. 42. & seq. *Recensuit Moyses, sicut praeceperat Dominus primogenitos filiorum Israel: & fuerunt masculi per nomina sua, à mense uno & supra viginti duo millia ducenti septuaginta tres. 1. Par. 23. v. 3. Numeratque sunt Levitae à triginta annis & supra: & inventa sunt triginta octo millia virorum.* Cum autem tam parva fuerit Judaea, ut non nisi in longitudine esset itineris trium dierum, & in latitudine tam modica, ut de ea S. Hieron. epist. ad Dardan scripserit *pudet dicere;* & tamen tot obsequio Dei dedicati fuerunt, quam ob rationem nunc oblatrare possunt maledici illi, ubi Religio Catholica, jam non in uno angulo constricta degit, sed per totum terrarum orbem longè lateque diffusa est, si tot tantique Deo arctius & securius se consecrare velint? Si non velint agnosci ad instar demonis invido oculo videre servitatem Dei, & animarum lucrum. Jacob. 5. v. 20. *Qui converti fecerit peccatorem ab errare via sua, salvabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Et Dan. 12. v. 3. *Qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stella in perpetuas aeternitates.* A quibus autem haec praestantur magis, quam ab ipsis Sacerdotibus & Religiosis, tam in publicis concionibus, quam privatis conversationibus & confessionibus &c.

Non minori etiam audacia & temeritate oppugnant Ecclesiasticam immunitatem & li-

bertatem: quam malè autem & injustè pariter ex ipsa S. Scriptura, & antiquissimis privilegijs Ecclesiasticis à Principibus concessis & quidem diversissimis. Quare.

Probatur Ecclesiastica Immunitas & libertas ex S. Scriptura. Gen. 47. v. 22. Regi Pharaoni omnem terram Ægypti Prorex Josephi vectigalem & tributariam fecit, exceptâ terrâ Sacerdotum, quos & sustentavit: *Subjecitque eam Pharaoni, & cunctos populos ejus --- præter terram Sacerdotum, quæ à Rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas.* Si hoc privilegium sacerdotibus paganis Rex Gentilis concessit, quid non Christiani veris sacerdotibus concedere debent? 1. Bsd. 7. v. 24. Rex Persarum Sacerdotes Levitas, ac ministros domus Domini exemit ab omnibus vectigalibus. *Vobis quoque notum facimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, & cantoribus --- ne vectigal & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.* Josue 21. v. 8. *Dederunt filij Israel Levitis civitates, & suburbana earum, sicut præcepit Dominus per manû Moyli.* 4. Reg. 12. v. 16. Pecunia oblata pro peccato erat sacerdotum. *Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini, quia Sacerdotum erat.* Et alibi. In novo Testamento. Christus dixit Matt. 17. v. 24. & seq.

*Quid*

*Quid tibi videtur Simon? Reges terra à quibus accipiunt tributum vel censum? à filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi Iesus, ergo liberi sunt filij; ut auxerim eos non scandalizemus, vade ad mare -- & curavit solvere pro se & Petro: quia venerat adimplere legem. Postquam autem se mundo ostendit, seque Regem Regum esse, supremumque sacerdotem, jam in suis sacerdotibus talem legem non amplius vigere debere censuit, ut optime notat S. Hieron. in cap. Matt. cit. Nos pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filij Regis à vectigalibus immunes sumus. 1. Cor. 9. v. 11. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, & nos carnalia vestra metamus. v. 14. Qui altari deserviunt cum altari participant. Nec res nova erat exemptio illa Ecclesiasticorum; tempore enim Constantij Magni primi Imperatoris Christiani usus ab eo introductus fuit, ut Personæ Ecclesiasticæ omnino exemptæ sint à vectigalibus & tributis, aliisque oneribus, imò & eisdem multa alia privilegia concessit; cujus sacra vestigia ipsius filij, alique diversi devoti Principes, Imperatores & Reges sequentes successivè vel eadem deinde confirmarunt, vel etiam alia adjunxerunt; ita ut mirum sit, Novatores leges tam sanctas horum Christianorum impugnare, quas & ipsi pagani convenientes & justissimas ex naturali instinctu agnoverunt erga suos Sacerdotes. Nisi, forsan, quod necdum satures sine*

bonis, quibus Ecclesiam præter omnem justitiam spoliârunt, & etiamnum spoliant, ubi possunt, appropriando sibi, quæ veteres nostri boni & veri Catholici Christi famulis & famulibus pro cultu & gloria Dei dedicârunt, ij verò ad epulas, venationes, commedias aliasque vanitates, lusus & luxus applicant: & Christum ut prius nudum & pauperem in terris libentius videre volunt, quàm gloriosum, & dum totum surripere quandoque nequeunt, saltem substantiam Ecclesiasticorum decimare quærunt & student, & forsan sub specioso titulo *Sacerdotij*, quo omnes Christianos gaudere asserunt, & cujus est decimas accipere, licet longè differenti titulo & jure.

## QUÆSTIO LXI.

### *De jejunio, & abstinentia à carne.*

**C**ALVINUS lib. 4. Inst. c. 12. n. 14. & subsequ. Jejunium Ecclesiasticum non solum antiquissimum, utpote ab Apostolis derivatum fatetur, sed & illud laudat & approbat; Ecclesiamque maximè temporibus pestis, belli, aliarumque calamitatum admonet, ut ad illud placanda ira Dei ministri & Pastores populi exhortentur & excitent. Et in hoc inter ipsum & nos nulla est controversia; sed in quonam propriè consistat res tota est diversa inter nos. Nos Catholici jejunium Ecclesiasticum consistere

dic

digimus in abſtinentia à certo ciborum genere, & unica per diem refectione. Calvinus in his tribus. *In tempore, in ciborum qualitate, & parſimonia.* Tempus dico, ut jejuniij defungamur ijs actionibus, quarum cauſa inſtituitur jejunium. Quomodo exempli cauſa, ſub ſolemne precationem quis jejuset, ut eo impransus accedat. Qualitas in eo fita eſt, ut omnes abſint lautitia, ac plebeis vilioribusque ſibi contenti palatum delicatis non irriteant. Quantitatis ratio in hoc eſt, ut parcius & leuius ſolito veſcamur: tantum ad neceſſitatem, non autem ad voluptatem. Quibus verbis ergo excludit 1. jejunia frequentiora, & quam maxime Quadrageſimale. 2. Abſtinentiam tanquam neceſſariam à carne. 3. Unicam refectionem. Et tandem concludit. *Lata ſunt impia leges, qua conſciencias exiſtialibus vinculis ſtringunt, Interdictus carnis uſus, quaſi hominem contaminaret: multaque de jejunijs noſtris evomit, quæ ſi vera ſunt in quibusdam, nemo eos jejunaſſe dicet; ut ſi à carnibus abſtinent, & deinde lautias piſcibus aliſque Quadrageſimalibus cibis ſe ingurgitant: tale jejunium Eccleſia certè non approbat, minus inſtituit; cum corpus non maceretur, quod tamen principaliter intendit. Nunc*

Dico, jejunium Eccleſiaſticum debite obſervatum ſanctum & laudabile eſſe, minimeque legem impiam ab Eccleſia præceptum: ſed ab exemplo Chriſti depromptum.

Probatur 1. ex S. Scriptura, in qua passim tam in antiquo, quam novo Testamento illud approbatur, & præceptum fuit: illudque innumeri observarunt. 3. Reg. 21. v. 27. *Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidis vestimenta sua, & operuit citisio carnem suam, jejunavitque.* Id ipsum constat in Davide, Tobia, Judith, Esther, Daniele, Moysè, Elia, Nivivitis & Anna vidua &c. In novo Testamento Salvator noster, & ad exemplum eorum Apostoli. Matt. 9. v. 14. & 15. *Quare nos & Pharisei jejunamus frequenter: discipuli autem tui non jejunant. Et ait illis Jesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est Sponsus. Venient autem dies, cum auferetur ab eis Sponsus, & tunc jejunabunt.* Act. 13. v. 3. *Ministri autem illis Domino, & jejunantibus.* Act. 14. v. 22. *Et orassent cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino.* 2. Cor. 6. v. 4. & 5. *Exhibeamus nosmet ipsos, sicut Dei ministros in multa patientia: in vigilijs, in jejunis &c.*

Probatur 2. ex SS. PP. Ignat. M. in epist. 8. ad Philip. *Quadragesimale jejunium ne spernatis: continet enim exemplum Dominicae conversationis. Post Passionis Dominicae hebdomadam jejunare quartis & sextis ferijs ne negligatis, viorum reliquias pauperibus elargientes.* S. Basil. Orat. 2. de jejunio. *Jejunium per omne tempus utile est his, qui illud suscipiunt.* Et de Quadragesimali loquens: hæc addit:

*ait: Sed multò magis hoc tempore, quo per uni-  
verſum terrarum orbem undique denuntia-  
tur jejuni præconium, nec ulla eſt Inſula, nec  
terra continens, non civitas, non gens ulla,  
non extremus mundi angulus, ubi non ſit au-  
ditum jejuni edictum; quin & exercitus, &  
viatores & vaua, & negotiatores omnes pa-  
riter audiunt edictum, & ſummo gaudio ex-  
cipiunt. Soli Novatores hoc proſcribunt. O  
tempora, o mores! S. Aug. ſerm. 62. de Temp.  
In Quadrageſima non jejunare peccatum eſt,  
alio tempore, qui jejunat, accipit indulgen-  
tiam, in Quadrageſima, qui non jejunat,  
ſentiet penam. S. Hieron. in epift. ad Marcel-  
lam. Nos unam Quadrageſimam ex traditio-  
ne Apoſtolorum toto anni tempore nobis con-  
gruo jejunamus, S. Joan. Chryſoſt. ſerm. 1. de  
jejunio. Si ab uno cibo abſtinuiſſet Adam, ſi  
ab uno jejunaiſſet, mortua fuiſſet mors, imò  
non fuiſſet mortua, quia non erat, ſi hoc phar-  
maco fuiſſet uſus Adam, non fuiſſet mortale  
noſtrum genus. Ita & cæteri SS. PP. variâque  
Concilia.*

Probatur 3. ratione. Ipa naturalis ratio di-  
cit, ut medijs illis utamur, quæ ſint cohibitiva  
vitiõrum, & augmentativa virtutum, ſed hoc  
præſtat jejunium, cum per illud mens noſtra ad  
Deum elevetur, humiliſque reddatur &c. ut  
ipſemet Calvinus fatetur lib. 4. Inſtit. c. 12. n.  
25. ergo ad illud tenemur.

Quò ad delectum ciborum seu abstinentiam à carnibus, cibis utique delectabilioribus majorisque substantiæ, & quandoque lacticijs æquè bene Ecclesia abstinentiam in suis jejunijs præcipit; cum & illa pariter in S. Scriptura fundata sit. Dan. 10. v. 3. *Lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem (seu cibum deliciariorum) non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum.* Jerom. 35. v. 19. Rechabite ad præceptum patris vino totâ earum vitâ abstinerunt. Et ob hoc mirè à Deo laudati fuerunt, & benedicti. *Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Jonadab Filij Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.* Apostoli Act. 15. v. 29. ad tempus jubent ut abstineant à sanguine & suffocato. Rom. 14. v. 21. scribit Paulus. *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum.*

Hæresis autem de jejuniis & delectu ciborum jam à S. Irenæo confutata fuit, & successivè resuscitata à Joviniano & Vigilantio, & à SS. Ambros. epist. 82. Hieron. contra Vigilantium scribente repressa, aliisque SS. PP. quæ tandem iterum à modernis Sectarijs renovata fuit. Quis autem quæso sibi persuadere poterit Apostolos, SS. illos Patres, primosque Christianos jejunium cum carniû esu celebrasse? Praxim contrariam videmus in omnibus Christianis (ijs solis cum Mahometanis & Judæis exceptis) tam Septentrionalibus, & Occidentalibus, quàm Orien-



Orientalibus, de quibus credendum, eos certè modum jejunandi à ſuis antecessoribus hauſiſſe, quo carniùm eſus tempore jejuniorum prohibitus ſit, excepta neceſſitate. Deinde cùm Calvinus, uti ſuprà vidimus, eſſentiam jejunii ponat in quadam parſimonia, & cibus minùs delicatis meritò ſe cum ſuis ſuſpectum reddit, eorùm vitam, vel plusquàm oportet, voluptuoſam à pinguem eſſe; cùm jejuniò ſuo non niſi ſimpliſſimam abſtinentiam à delicatioribus cum quadam parſimonia, & ut jejunans impranſus ad ſolemlem v. g. precationem accedat, adſcribat, vel eos Turcas aliquo modo imitari, qui tempore ſuorum jejuniorum impranſi Meſquitas ſuas accedunt, cibus deinde ſerò quibùſcunq̃ juxta libitum veſcuntur; vel eos planè nescire quid ſit jejuniùm, cùm genus ſimile jejunandi non ſolùm tempore jejunii, ſed ſemper omni Chriſtiano ſobriè viventi conveniat, & hoc modo opifices mediocrum facultatum, & ruſtici ſemper jejuniùm producere dici poſſent; cùm vix unquam delicatis cibus palatum irritandi occaſionem habeant, vel ſi cibus etiam ordinarijs ſe bene replent quò ad hoc jejuni etiam dici poſſent. Dicerem in aures Calvino ſiſque, niſi eiſdem parcerem, quæ jejuniorum oſor & ſtrenuus proſtigatò eorùm antesignanus bene ſaginatus Lutherus de ſuis dicere ſolebat, ut refertur. *Credunt ut ſues, vivunt ut ſues, moriuntur ut ſues.*

## Refelluntur argumenta adversariorum.

Obijciunt 1. varios Textus S. Scripturæ; quibus delectum ciborum oppugnare videntur. Ut Matt. 15. v. 11. *Non quod intrat in os, coinquinat hominem.* 1. Cor. 8. v. 8. *Escæ autem nos non commendat Deo.* 1. Tim. 4. v. 1. & seq. *Spiritus autem manifestè dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis damoniorum in hypocrisis loquentium mendacium . . . prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognoverunt veritatem. Quia omnis creatura bona est &c. ergo &c.*

Respondeo 1. cum S. Aug. de moribus Ecclesiæ c. 33. cibum utpote corpus non coinquinare animam, quæ Spiritus est: cum corpus naturaliter non agat in spiritum, sed quod intrat in os ratione crapulæ & inobedientiæ coinquinat animam: prout proh dolor! coinquinavit primos parentes pomi morsus. Et Levitici ij. Judæi coinquinabantur cibos prohibitos comendo. Respondeo 2. Christum ibi dicere cibos (uti Hebræi credebant) non fieri immundos, si absque lotionem manuum sumebantur, & consequenter non coinquinare comedentes.

Ad 2. Respondeo Paulum ibi loqui de escis idolis oblati, quæ sedere vel non edere ex se & per

per ſe nos Deo non commendat ad acquirendam aliquam gratiam apud eum. Neque enim ſi manducaverimus, deficiemus, id eſt virtute & merito quodam. Ad quid ergo ita eis inhiatis etiam cum ſcandalo & offenſione *infirmorum*? Itaque nihil nos urget dictus Paſſus.

Ad 3. quod magis urgere videtur. Reſpondeo 1. Paulum hinc agere contra antiquos Simonianos Hæreſiarchas, Saturninos, Tatianos &c. docentes abſtinendum eſſe ab omni carne animalium, ob eorum animam immortalẽ, vel quia à malo principio creata. Et ob hanc cauſam abſtinere à carne, eſſet utique amplecti doctrinam dæmoniorum; abſtinere autem à carne ad tempus ex præcepto Eccleſiæ ad refrænandam carnis concupiſcentiam, ad exercendam obedientiam, pœnitentiam, ſtudium orationis, humiliationis ſui, placandam iram Dei &c. exemplo antiquorum SS. Patriarcharum & fidelium, imò ipſiuſmet Magiſtri noſtri & Apoſtolorum &c. qui carne & vino abſtinerunt, ut legitur de Jacobo, Matthæo, Paulo &c. Sanctum eſt. Reſpondeo 2. Paulum prohibere in lege nova abſtinentiam illam, quæ in antiqua fiebat, ut erat abſtinentia perpetua à carne ſuilla v. g. & alijs quibusdam cibis, tanquam immundi eſſent, ad quam utique non vult amplius Chriſtianos eſſe obligatos.

Objiciunt 2. Chriſtus Apoſtoliſ non præcepit diſcretionem & delectum illorum ciborum,

rum, neque Scriptura, ad quid ergo Ecclesia illa præcipit. Respondeo 1. neque etiam illud Calvinisticum genus jejunij. Respondeo 2. Id verum esse; quæ tamen Ecclesiæ suæ utilia sunt, reliquit magisterio S. Spiritûs, à quo dirigitur; cum autem ita judicârit eidem obediendum est. *Obedite Præpositis vestris.* Hebr. 13. v. 17. Respondeo 3. cum Theologiæ Doctore Tresna- no, quidam aliquando à Coxo Sæctario Regio Oxonij Commissario sub Eduardo puero die jejunij ad prandium invitatus fuisset, etque à Coxo ala Affi caponis porrigebatur, eundem lusus faciens interrogavit: *Domine Doctar, quam causam seu scripturam contra hunc cibum hodie comedendum habes?* Respondit confestim ex Apostolo 1. Cor. 11. v. 16. *Nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Obmutuit hoc auditò Commissarius vir alioquin loquacissimus. Dicamus & nos cum eodem eodem modo, jejunitque sanctam consuetudinem, & Ecclesiæ præceptum fideliter observemus.

Obijciunt 3. & maximè Calvinus lib. 4. Instit. c. 12. n. 20. Ubi observationem Quadragesimæ vocat *superstitiosam*, & juxta solitum suum contra SS. PP. & DD. qui in Ecclesia sanctam hanc observationem ad exemplum & imitationem Christi inveciam à tempore Apostolorum esse testantur, quam *crassam balneationem* nominat, insurgit aliam confingendo, ex qua probare vult, minimè Christum jeju-

jejunaffe, ut nos ad exemplum ipsius de obſervatione Quadrageſimalis jejuniij invitaret. Dicit ergo 1. Christum non jejunaffe, *ut alijs exemplum praſcriberet, ſed ut Evangelij praedicationem ſic auſpicando: non humanam doctrinam eſſe, ſed e caelo profectam reipſa comprobaret.* 2. Si Chriſtus voluiſſet tradere anniverſarij legem jejuniij, debuiffet etiam ipſe ſæpius jejunaffe; non autem jejunavit, niſi ſemel. 3. Nec jejunavit humano modo, ut ſic homines ad imitationem provocare vellet, ſed potius ad admirationem, & non ad æmulandi ſtudium. 4. Tandem. Nè legi Evangelium cedere videretur, pro qua recipienda, uti Moyses jejunavit, conveniens erat, ut & Chriſtus jejunaret; Et tamen nulli in mentem venit prætextu imitationis Moysis erigere talem jejuniij formam. Reſpondeo, ad 1. primò. Gratis hoc dicere Calvinum; cum nullus Evangeliſta hoc dicat nihil autem juxta ipſum, quod ſcriptum non eſt, credendum eſt. Reſpondeo 2. Supponit ergo Novator jejunio tanquam re bona & præportionato medio ad recipiendam coeleſtem doctrinam Chriſtum uſum fuiſſe. Cur quaerò non etiam ſimiliter ad recipiendam, vel receptam conſervandam legem ipsius juxta exemplum eorum Magiſtri ſimili quadraginta dierum jejunio ſe diſponere poſſint fideles? vel ideo arguendi, ſi ſalutari hoc & opportuno medio ſe diſponunt? Ad 2. reſpondeo. Si Calvinus intelligit, Chriſtum non niſi ſemel jejunaffe, per

40. scilicet dies illos, id verum est; aliàs autem sepius jejunavit; cum non venerit *legem solvere, sed adimplere* Matt. 5. v. 17. fuerunt autem multa & varia præscripta jejunia, ut legitur Zachar. 8. v. 19. Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi &c. & alibi. Sed unde hanc consequentiam deducat, non video: Christus solummodo semel per 40. dies jejunavit, ergo non voluit, ut ad imitationem sui per quadraginta dies nos jejunemus. Ego potius contrarium infero cum citatis jam & citandis SS. Patribus. Sic enim S. Clemens in Constit. Apostol. scribit: *Jejunium Quadragesima continet memoriam conversationis, & legislationis Domini.* S. Ambrosi serm. 39. *Sed videamus (ait) qua causa fuerit, ut jejunia Salvator indiceret, & ipse sibi primum, ut bonus humani generis Medicus, poculum, quod agro daturus est, prior gustat, ut peritiam artis sua ante in se ipso demonstraret, & experimentum ager accipiens, securus sit de poculo, securior de Salute.* S. Joani Chrysoft. Hom. 13. in Matt. *ut discas (inquit) quam magnum bonum est, jejunium, & qualiter scutum est adversus diabolum, ideo Christus jejunavit, & non jejunio indigens, sed vos instruens.* Deinde Christus non nisi semel discipulis suis pedes lavit, ergo non voluit ut ad exemplum & imitationem sui fratribus nostris pedes lavemus, quod

quod est contra ipsum Calvinum, qui in suo Comment. ad c. 13. Joa. v. 15. Summâ impudenciâ & furiâ antiquissimum Ecclesiæ usum in hebdomada sancta pedes lavandi impugnans hæc habet: *Nec coridè Christus hic anniversarium ritum commendat; sed nos tota vita paratos esse jubet ad lavandos fratrum pedes.* Quia autem non omnia facta à Christo; nec etiam nulla in exemplum trahenda sunt: ideo quænam illa sint, vel non sint ad Ecclesiam, quæ columna veritatis & magistra nostra est, recurri debet; cum ergo Quadragesimalem observantiam jejunii ad exemplum & imitationem Christi non quidem præcisè, sed simul etiam ob alias varias rationes & motiva pro tali nobis Ecclesia proponit, pro tali etiam recipi debet, scilicet pro præcepto: non sic autem lotio illa pedum, quot annis à Summo Pontifice, cæterisque Prælati, Imperatore, Regibus & Principibus Catholicis, imò & quibusdam A catholicis fieri solita, quam Ecclesia ad exemplum & imitationem humilitatis Christi, sanctam quidem & laudabilem cæremoniam proponit (licet loco citato Calvinus eam *comicam pompam & fædum Christi ludibrium* vocet) non autem, ac si lotio illa à Christo facta fuisset, ut in præceptum transiret.

Ad 3. Quòd Christus non jejunarit humano modo, & ideo nos noluerit provocare ad sui imitationem, sed potius ad admirationem. **Respondeo 1.** Ad quid ergo nobis (ait) obijciunt,

ciunt, cur non jejunamus, uti Christus jejunavit; cum puri homines simus. Respondeo 2. Si non jejunavit humano more, esuriit tamen humano modo, & verè à cibo & potu abstinuit, in quo utique ipsum sequi licebit, non quidem in toto & simpliciter; sed quantum fragilitas humanæ naturæ permittit; cum naturaliter homo sine cibo & potu per 40. dies vivere non valeat, uti Christus in hoc suo jejuniis miraculosè vixit. Et si hoc argumentum valeret, vix eum in ullo imitari possemus, & tamen ad imitationem sui, ut Magister noster frequentissimè nos admonet, invitatur & excitatur. Ad 4. tandem præter rationem secundam datam ad primum argumentum respondeo: nihil obstare in antiqua lege invecam non fuisse ad imitationem Moysis hanc 40. dierum jejuniis observantiã: cum alia jejunia sufficientia jam habuerint, quorum tertiam partem Novatores si observarent, modestius & sobrius de jejuniis scriberent & viverent. Sufficit, Christum ad imitationem Moysis numerum hunc sancto suo jejuniis consecrasse, quorum vestigijs inhærentes cum S. Ecclesia hanc Quadragesimalis jejuniis observantiã, ut opus Deo gratum, animabusque nostris & corporibus salubre devotè colamus, ac te quoque hoc ad exemplum Magistri nostri strenuè contra hostem nostrum diabolum decertantes victores & superiores evadamus, passusque celestibus satiemur. *In deserto, quorumnam membra ceciderunt? nonne illorum, qui carni*



*ves appetivere? S. Baſil. M. Hom. 1. de Jejun. Pro fine revocemus in mentem verba S. Petri Chryſologi, quæ habet ſerm. 166. Porro quadragenarius iſte numerus tam ſacratuſeſſe à ſæculis, tam myſticuſ reperitur, ut ſemper efficiendis rebus divinis, & maximis Dei negotijs explicandis adhibituſ lege inviolabili præſcribatuſ.*

## QUÆSTIO XLII.

*An Sancti honorandi & colendi ſint.*

**S**ANCTIS honorem ſeu eultum deferendum eſſe negant cum antiquis Hæreſiarchis Gnoſticis, Eunomio, Vigilantio, & Mahomete moderni noſtri, quem tamen Pauluſ cuidam bene operanti concedit Rom. 2. v. 10. *Gloria & honor omni operanti bonum.* Eſt autem honor, adoratio ſeu cultuſ nihil aliud, quàm quædam ſui ipſiuſ ſubmiſſio erga alterum ratione cujuſdam excellentiæ, quam in ipſo cognoſcit. Et ſicut hæc varia eſſe poteſt, ita etiam adoratio. Excellentiæ Divinæ, ſeu ipſi Deo, & quidem ſoli debetur adoratio ſuprema, quam *latriam* vocamus. Excellentiæ naturali debetur adoratio ſeu *cultuſ politicuſ*, vel alio nomine *civilis & naturalis*: quo ſolemus adorare Principes, Magiſtratuſ, Nobileſ, Doctuſ, Senes &c. Tandem ſupernaturali excellentiæ ratione gloriæ & gratiæ debetur cultuſ quidam ſupernaturaliſ, quem vocamus *duliam*, eſtque mediuſ inter *latriam & civilem*. Et iſte ſoliſ

competit Sanctis. Hanc divisionem cultus in latriam & dulia non solum improbat Calvinus, sed impudentissime mentitur in collum suum lib. 1. Inst. c. 12. n. 2. dum ait: *Quem enim Sanctis deferunt cultum Papista, nihil re ipsa differre à Dei cultu palam est, promiscue enim & Deum, & illos adorant* --- Et paulo post. *Latria enim apud Græcos valet, quantum apud Latinos cultus Dulcia, verò propriè servitutem sonat.* Utrumque falsum est, quantum est ex se; tamenim Latria, quàm Dulia significant servitutem. Derivatur enim latria à particula intensiva La & verbo Tréo, quod est tremo, quod servi ad iussa Dominorum suorum tremere soleant. Dum autem SS. PP. & DD. hanc voculam latria ad cultum Divinum transferre voluerunt, sole clarius est, soli Deo tanquam Supremo Domino talem competere voluisse, & nulli alteri creaturæ. Ad quid ergo Calvinus suis cavillationibus unum terminum cum altero confundere vult, quos ipsi ab invicem separant & distinguunt, nisi ut simplices decipiat, honorémque debitum à Sanctis, tollat? Quàm injustè autem id faciat, patebit ex sequentibus, quare contra ipsum, ejusque affectas,

Dico, Sanctos esse honorandos & colendos non cultu, quo Deus adoratur, vel civili, sed quodam medio seu supernaturali: id est dulia.

Probatur 1. ex S. Scriptura Gen. 18. v. 2. Abraham adoravit 3. Angelos in specie humana

na

na sibi apparentes pronus in terram. Gen. 19. v. 1. Eodem modo prostratus Loth adoravit duos Angelos ad se venientes. Sectarij, né has adorationes admittant factas fuisse Angelis, fingunt eas fuisse merè politicas; cùm non ut Angeli, sed ut homines agnoscebantur ab Abrahamo & Loth: sed frivolum est hoc eorum effugium: cùm in progressu discursûs bene cognoverint, eos non esse homines, licet ab initio eos pro talibus agnoverint. Res etiam clarissimè ex alijs S. Scripturæ locis patet, adorationes similes non fuisse politicas. Num. enim 22. v. 31. legitur. *Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via, evaginato gladio, adoravitque eum pronus in terram.* Josue 5. v. 15. eodem pariter modo sibi apparentem Angelum adoravit Josue. *Ceciditque Josue pronus in terram. Et adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad servum suum.* Jud. 13. v. 20. *Angelus Domini pariter in flamma ascendit. Quod cùm vidissent Manue & uxor eius proni ceciderunt in terram,* Neque solos Angelos legimus in S. Pagina fuisse adoratos, sed etiam homines Sanctos. 1. Reg. 28. v. 14. *Et intellexit Saul, quòd Samuel esset, & inclinavit se super faciem suam in terra, & adoravit.* 3. Reg. 18. v. 7. *Abdias vir justus adoravit Eliam. Cecidit super faciem suam.* 4. Reg. 2. v. 15. *Filij Prophetarum videntes, quòd requievit Spiritus Elia super Eliseum. Et venientes in occursum ejus, ado-*

388 *Quaest. XLII. An Sancti honorandi*  
*raverunt eum proni in terram. Dan. 2. v. 46.*  
*Tunc Rex Nabuchodonosor cecidit in faciem*  
*suam, & Danielelem adoravit. Sed dicere, Prin-*  
*cipes illos hos sanctos Prophetas adorasse vel*  
*coluisse cultu quodam civili & politico, est gra-*  
*tis dicere, & sine ulla veritatis apparentia: cum*  
*hi non nisi personæ privatæ erant; exhibuerunt*  
*ergo Principes illi cultum illum sacrum Viris,*  
*istis ob eorum sanctitatem, Propheticumque*  
*Spiritum, quem in ipsis agnoverunt. Psal. 138,*  
*v. 17. Nimis honorificati sunt amici tui Deus:*  
*nimis confortatus est principatus eorum. Psal.*  
*150. v. 1. Laudate Dominum in Sanctis eius.*  
*Apoc. 7. v. 13. & subseq. Hi qui amicti sunt*  
*stolis albis, qui sunt? & unde venerunt? Et*  
*dixi illi: Domine mi tu scis. Et dixit mihi:*  
*Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna,*  
*& laverunt stolas suas . . . ideo sunt ante*  
*thronum Dei, & serviunt ei die ac nocte in*  
*templo eius: & qui sedet in throno habitabit*  
*super illos. Joannis 12. v. 26. Si quis mihi mi-*  
*nistraveris (dicit Salvator) honorificabis eum*  
*Pater meus. Si ergo ipsemet Pater Cœlestis*  
*ministros & Servos Christi honorat, quanto*  
*magis nos? maximè cum juxtà D. Hieron. epist.*  
*53. ad Ripar. Honor servorum redundat ad*  
*Dominum. Quanto honore Christus affecerit*  
*Joannem Baptistam testantur verba Matt. 11.*  
*v. 11. Amen dico vobis: non surrexit major*  
*inter natos mulierum.*

. Pro-

Probatur 2. ex SS. PP. Damasc. lib. 4. c. 16. de fide Orthodoxa. *Honorare decet sanctos, & amicos Christi, ut filios & heredes Christi.* & in eod. c. *Honorandi certe, & quidem ita, ut in eorum nomine Tempia Deo extruamus.* S. Gregor. Nyss. Orat. in S. Theod. Milit. *Quis Imperatorum adeo honoratur, ut hic miles pauper?* S. Ambros. serm. 6. in fine *Quisquis honorat Martyres, honorat & Christum, & qui spernit sanctos, spernit & Dominum.* S. Aug. serm. 1. de SS. Petro & Paulo. *Beatissimum Petrum Piscatorem modo genibus provolutis adorat gentium multitudo.* Ita &c. SS. PP. Græci & Latini.

Probatur 3. ratione. Ipsa natura nos docet, honorem exhibendum esse personæ, quæ quadam pollet excellentiâ, ergo etiam Sanctis, qui gloria cœlesti, amicitia & gratia Dei gaudent, alii non politicus & civilis, qui non nisi ob excellentiam civilem exhibetur, ergo quidam supernaturalis distinctus, scilicet dulciæ cultus. Accedit & usus Ecclesiæ antiquissimus, & nunquam interruptus.

*Eliminantur argumenta adversariorum.*

Obijciunt 1. Deut. 6. v. 13. Matt. 4. v. 10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* 1. Tim. 1. v. 17. *Soli Deo honor & gloria.* Respondeo, hos Textus nihil esse contra nos.

nos: non enim Sanctos illa adoratione adoramus, qua adoramus Deum; hunc etenim solum, dum adoramus, nostrum Supremum Dominum, Creatorem omnium, & vindicem malorum agnoscimus & profiteamur, eique ut creaturæ suæ & mancipia omnem & solam protestamur subjectionem timendo & amando. Unde S. Hieron. scribens contra Vigilantium cultum Sanctorum negantem, exclamat. *Quis ò insanium caput! aliquando Martyres adoravit? Quis hominem putavit Deum?* hoc ipsum & inclamo Calvino & Luthero. Et licet quandoque idem videtur esse cultus externus, qui Deo & Sanctis defertur, v. g. prostratio, est tamen longè alius in intentione: nullus etenim ex nostris Sanctum, quem colit, credit esse Deum, sed creaturam gratam quidem & acceptam Deo, & ad impetrandum quæ petimus capacem, non autem ex se largiendam sufficientem; cum totum quod dat à largitore bonorum omnium Deo accipiat. Quare nunquam Sanctis sacrificamus, vel Tempora erigimus, quia cultus talis ad nullum alium spectare potest, quam ad solum Deum.

Objiciunt 2. Esth. 13. v. 12. & 13. Mardocheus noluit adorare Aman ob rationem quam subjungit: *Timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem excepto Deo meo.* Respondeo sanctissime id fecisse Mardocheum: quia Aman non tantum cultum civilem, sed aliquem divinum

num ambiebat, quem Persæ sæpiùs sibi arrogare præsumebant, uti & post ipsos varij Romani Principes. Cujus rationis veritas patet manifestè ex v. 13. cit. cum Mardocheus pro salute populi sui etiam vestigia pedum deosculari non detraxisset, prout se declarat, qua utique majorem submissionem exhibere non potuisset?

Obijciunt 3. Act. 14. Paulus & Barnabas prohibuerunt Lycaonijs, qui eos adorare volebant, nè hoc facerent. Apoc. 19. v. 10. etiam Joannes Angelum prostratus adorare volens prohibitus fuit ab eo hoc facere. *Vide ne feceris: conservus tuus sum --- Deum adora.* Respondeo ad 1. Paulum & Barnabam non permisisse adorationem eorum Lycaonijs, quia ipsos ut Deos adorare volebant, & ut talibus sacrificare, & ideò meritò prohibiti. Ad 2. duplex est responsio, una S. August. Quæst. 61. in Gen. alteram vide Quæst. VIII. ubi egimus de osculo pedum Summorum Pontificum object. 2. Angelus ergo ille, qui Joanni apparuit, apparuit in Persona Dei, & erat ille, qui dixit: Apoc. 1. v. 17. & 18. *Ego sum primus & novissimus, & vivus, & fui mortuus, & ecce sum vivens, adeoque meritò fuisset adoratus pro Deo, vel pro Christo.* Verba Doctoris sunt hæc: *Talis enim apparuerat Angelus, ut pro Deo possit adorari, & ideò corrigendus erat adorator.* Si hæc non arridet, elige alteram *Citatam*

Obijciunt 4. cum Calvino. Duplex est tantum honor seu cultus, unus Religiosus, alter civilis, sed primus non nisi Deo convenit, secundus hominibus nobiscum viventibus, ergo Sanctis nullus competit. Respondeo, neganda majorem. Datur enim medius cultus inter Religiosum, & civilem, ut supra vidimus: sicuti datur excellentia media inter divinam & humanam naturalem; scilicet supernaturalis creata Beatorum, Angelorum & Sanctorum. Nec etiam necesse est, ut eos, quos honorare volumus, semper presentes habeamus: nonne capita detegimus ac inclinamus ad nomina Principum & Regum, licet absentium? & nemo est, qui venerationem talem improbet. Aliae objectiones, quae adhuc fieri possunt, facile solvi possunt ex Quaestione subsequenti.

Ad SS. Patres, quos Sectarij allegant, tanquam improbassent cultum Angelorum & Sanctorum. Respondeo, eos loqui, uti ex contextibus eorum constat, de superstitione Gentilium, vel errore quorundam tum temporis Christianorum, qui honores divinos B. V. Mariae, aut sanctis quibusdam detulerunt, quod utique illicitum est.



QUE



# QUÆSTIO XLIII.

## *An Sancti invocari possint.*

**P**Rout cum citatis antiquis Hæresiarchis, & à primitiva Ecclesia jam damnatis Sectarij nostri cultum & debitum honorem Sanctis negarunt, ita cum ipsis pariter eorundem negant invocationem fieri vel tolerari debere. Ita Luth. art. 4. Quæst. 6. *Pro meritis S. Petri nec obolum quidem darem, ut me adjuvarent, quia seipsum juvare non potest.* Et in art. ad Com. Mantuan. *Invocatio (ait) Sanctorum est etiam de numero Antichristianorum abusuum, quæ pugnat cum præcipuis articulis, & detest Christi agnitionem.* Calvin. lib. 3. Inst. c. 20. n. 20. non minori, si non majori contumelia & blasphemia de intercessione Sanctorum hæc scribit: *Deinde quis vel Angelus, vel demon ulli hominum de ejusmodi, quam fingunt ipsorum intercessione syllabam unquam renuntiavit? In Scriptura enim nihil extat. Quæ ergo ejus comminiscenda fuit ratio.* Nos juxta solitam veritatem Catholicam indagabimus, & aperiemus. Quare

Dico, Sanctos utiliter invocari posse.

Probat. 1. ex S. Scriptura. Gen. 19. v. 29. *Cùm subverteret Dominus civitates regionis illius, recordatus Abrahæ, liberavit Lot de subversione urbium, in quibus habitaverat.*

Bb 5

Exod.

Exod. 32. v. 13. *Moyſes ita Deum precatus eſt. Recordare Domine Abraham, Isaac & Jacob ſervorum tuorum.* Job. 5. v. 1. *Voca ergo, qui tibi respondeat, & ad aliquem ſanctorum convertere.* Salomon ita Deum rogavit. *Pſal. 131. v. 1. Memendo David, & omnis manſuetudinis eius.* Dan. 3. v. 35. *Néque auferas miſericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac ſervum, & Iſrael ſanctum tuum.* Angelos quoque fuiſſe invocatos varia etiam habemus testimonia. Sic Jacob Gen. 48. v. 16. rogavit Angelum: *Angelus, qui eruit me de eunctis malis, benedicat pueris iſtis.* Ita Propheta Daniel rogavit illuminari de viſione habita Dan. 8. & 9. & alibi. Et de Angelis Cuſtodibus idipſum etiam concedit Calvinus. Ex S. Scriptura certiffimum eſt: homines ſanctos in vita degentes rectè fuiſſe invocatos. Ita enim invocârunt filij Iſrael Samuelem timore perculſi 1. Reg. 7. v. 8. *Nè ceſſes pro nobis clamare ad Dominum Deum noſtrum, ut ſalvet nos de manu Philiffinorum.* Job ult. Ipſe met Deus juſſit duobus amicis Job, ut ad eum pergerent, & ipſe pro eis oraret. v. 8. *Ite ad ſervum meum Job . . . Job autem ſervus meus orabit pro vobis.* Jerem. 42. v. 2. *Cadit oratio noſtra in conſpectu tuo, & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum.* Rom. 15. v. 30. *Obſecro ergo vos fratres per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per charitatem ſancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus*

*bus vestris pro me ad Deum.* Et alibi. Nec de hoc aliqua controversia est: cum passim in literis suis Calvinus suis sequacibus (licet sancti non sint) se suamque erroneam Ecclesiam commendet.

Probatum 2. ex SS. PP. Ephrem. serm. de SS. Martyribus: *Precamur beatissimi Martyres, qui pro Domino Salvatore . . . sponte tormenta subiistis, ac que adeo familiariter Deo conjuncti estis, ut pro nobis miseris . . . Dominum interpellare dignemini.* Orig. in Thren. *Incipiam me genibus prosternere, & deprecari universos sanctos, ut mihi . . . succurrant.* Nectar. Constantinop. Episcop. Orat. de S. Theodoro M. *Osplendor Martyrum, & decus sanctorum . . . ne obliviscaris nostra paupertatis & humilitatis, sed semper pro nobis intercedere ne pigeat.* Quem virum Calx. lib. 3. Inst. c. 4. ut supra vidimus agendo de confess. vocat. *Virum & sanctitate, & eruditione clarum.* Si ergo talis, cur Sanctum & eruditum non audit, & plus suæ sapientiæ, vel potius insipientiæ inhæret? Eandem invocationem approbant & alij SS. PP. Aug. serm. de Apostolo Petro & Paulo. In libro de Medit. c. 24. ubi inter alia hæc habet. *Orate omnia agmina sanctorum, & universi cætus Beatorum, ut vestris precibus meritisque adjuti . . . pervenire mereamur ad portum perpetua salutis.* S. Joani Chrysoft. Hom. 44. in Gen. passim superius allatum. *Cur igitur dices aliquis propter orationem*

tionem Patriarcha iustus servatus est, & non propter suam iustitiam? Ita certe propter orationem Patriarcha. Quando enim, quod ex nobis est, simul afferimus, & accedit intercessio sanctorum, plurimum nobis confert. Idem in Lyurgia, quam etiamnum Græca Ecclesia retinet Sacerdos ita ad B. V. orat. *Quæverum peperisti Deum, Christo supplica, ut animas nostras salvet.* S. Greg. Nazianz. orat. funeb. in Basil. S. Basil. Hom. 20. de 40. Martyr. S. Hieron. contra Vigil. Nec etiam desunt varia Concilia. Con. Chalced. Act. 11. &c. *Solo Deo adorato invocat Christianus Sanctos, ut pro se intercedere apud Majestatem divinam dignentur.* Synod. VII. act. 1. *Postimus intercessionem intemerata Domina nostra Deipara, sanctorum item Angelorum, omniumque devorum.* Conc. Florent. sess. 5. & Trid. &c.

Probatur 3. ratione desumpta ex præmissis Textibus S. Scripturæ, & concessione adverbiorum Sanctos in terra existentes à viventibus invocari posse absque injuria Dei. Ex quibus ergo tale conficitur argumentum. Iusti in terra existentes rectè invocantur, ergo etiam jam cum Christo regnantes invocari possunt, imò multò magis. Consequentia probatur. Si Sancti in cœlis jam existentes invocari non possent, hoc fieret ob unam ex his tribus rationibus. 1. Vel quia Sancti nollent. 2. Vel quia non possent pro nobis intercedere. 3. Vel quia non scirent nostras preces. Non ob primam ratio-

tionem : Quòd nollent : quia majori utique charitate in cœlis sunt præditi, & ut loquitur S. Cyprian. serm. de mortalitate *nostrum solliciti*. Et si Paulus in terra ad patrocinandum proximo totus ardebat, ita ut cuperet pro ipso anathema esse, quanto magis nunc in cœlis illam charitatem fovebit? Non urget 2. ratio : Si enim in terris poterant rogare, cur non & in cœlis? Neque 3. in qua major videtur esse difficultas; quòd scilicet non sciant, vel possint audire preces nostras. Sed hæc æquè tollitur ex S. Scriptura. Nonne 1. Reg. 9. v. 19. Samuel cognovit omnia, quæ erant in corde Saulis? Elisæus 4. Reg. 5. v. 6. scivit omnia, quæ à servo Giezi absente gerebantur, & secreta consilia Regis Syriæ longè remoti? Daniel scivit occultum somnium Nabuchodonosor Dan. 2. D. Petrus scivit occultam fraudem Ananiæ. Act. 5. Sicut ergo hi poterunt interna & absentia cognoscere, ita etiam Sancti poterunt scire preces nostras, aut per revelationem, aut cognitionem in Essentia divina: prout S. Gregor. M. lib. 4. Dialog. c. 33. testatur. *Quid est quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt* : per quod puerile Calvinæ argumentum labitur, quod lib. 1. Inst. c. 20. n. 24. habet. *Quis tamen eo usque longas illas esse aures revelavit, quæ ad voces nostras porrigantur? oculos etiam tam perspicaces, qui necessitatibus nostris advigilent?* Deinde si Angeli possunt cognoscere poenitentiam peccatoris, & de hac lætari. Lucæ 15. v. 10. *Gaudium*

*-dium eris coram Angelis Dei super uno peccato  
sore penitentiam agente: cur non & Sancti  
orationes nostras? Cuius denegandum, quod  
Deus in terris existentibus amicis & servis suis,  
sepius concessit, scilicet interiorum cogni-  
tionem?*

Confirmatur. denique conclusio ex innu-  
meris Historijs, publicisque authenticis testi-  
monijs, in quibus miracula & gratiæ à Sanctijs  
obtenta narrantur: quæ omnia infringere ne-  
mò tentabit, nisi qui Sanctorum auxilio & con-  
sortio indignus erit.

*Proponuntur argumenta adversa-  
riorum.*

Obijciunt 1. Nullibi in sacra Scriptura le-  
gitur Deum præcepisse invocationem Sancto-  
rum, ergo &c. Respondeo 1. Dato non esse  
præceptam: non tamen sequitur ex eo, quòd  
fieri nequeat; cum multa alia laudabiliter fiant,  
licet præcepta non sint. Ubi præcipitur, ut à  
vivis oratio petatur, ut pauperibus omnia di-  
stribuantur, ut virginitas observetur, ut Xeno-  
dochia & Ecclesiæ extruantur &c? Et tamen si  
hæc fiunt, laudabiliter fiunt, & facta fuerunt  
tam in veteri, quam nova lege. Respondeo 2.  
Si hoc præceptum non habetur explicitè, habe-  
tur tamen implicitè, ut dum Scriptura nos do-  
cet audiendam esse Ecclesiam.

Obij-

**Obijciunt 2.** Solus invocari debet, in quem solum credere debemus, sed in solum Deum credere debemus, ergo &c. Probant ex Scriptura Rom. 10. v. 13. *Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit.* Et passim alibi Deus nos admonet, ut ipsum invocemus. Respondeo, Christum vel Deum ultimè invocandum esse tanquam solum & unicum auctorem omnium bonorum & gratiarum, & ut talem nos Catholici minimè invocamus aliquem ex Sanctis, sed tantum ut meritis suis & intercessione apud eum impetret, quod nostra demerita præpediunt. Sed urgent: hoc esse manifestum diffidentiae signum erga Deum; cum tamen ipsemet nos, adhortetur, ut eum immediatè accedamus. Psal. 49. v. 15. *Invocame in die tribulationis, & eruam te. Venise qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Matth. 11. v. 28. Hebr. 4. v. 16. *Adcedamus ergo cum fiducia ad thronum gratia, ut misericordiam consequamur.* Respondeo 1. Nos minimè ob diffidentiam erga Deum quære subsidium Sanctorum, sed ex diffidentia propria erga nos ipsos; cum nesciamus an amore vel odio digni simus; certi tamen de gratia Sanctorum apud Deum, & ideo eorum patrocinium quærimus, quod ipsis Deus ut suis charis amicis & domesticis non facile denegat. Respondeo 2. Ad quid ergo adversarij suffragia à vivis petunt, cur ipsimet Deum non immediatè accedunt? Respondeo 3. Nonnè & in humanis

nis Princeps quandoque, licet promptus sit ex se gratiam conferendi, eam tamen multoties ad instantiam amicorum rogatorum concedit; ita etiam de Sanctis discurrere possumus.

Obijciunt 3. 1. Tim. 2. v. 5. *Unus est mediator Dei & hominum Homo Christus Jesus.* 1. Joan. 2. v. 1. *Advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum iustum:* ergo dum alios advocatos, id est Sanctos quærimus, horrendam ipsi inferimus injuriam. Respondeo 1. Hos & similes Textus intelligi debere; solum Christum esse principalem mediatorem, quia solus proprio suo sanguine nos redemit, non tamen per hoc prohibemur alios secundarios invocare, uti in exemplo proposito de Principe vidimus. Respondeo 2. Si hæc ratio valeret, valeret etiam, quando vivos invocamus, ut pro nobis Deum orent. Respondeo 3. Absque injuria Christi Paulus Gal. 3. v. 19. vocat Moysen *mediatorem. Ordinata per Angelos in manu mediatoris,* scilicet Moysis; sicut ergo ille secundarius mediator erat, ita etiam possunt esse, & sunt Sancti in coelis existentes, dum non ex se, sed totam vim & gratiam obtinendi ex meritis Christi habent, quod utique minimè injuriosum, imò gloriosum est Christo.

Obijciunt 4. Solus Deus est cognitor cordium. 3. Reg. 8. v. 39. *Tu nosti solus cor omnium filiorum hominum.* Ilai. 63. v. 16. *Abraham nescivit nos, & Israel ignoravit nos.*  
Et



Et alibi passim: ergo inutilis est eorum invocatio, qui interna non cognoscunt, uti sunt Sancti. Respondeo, Deum solum & unicum esse cognitorem cordium, qui propria sua naturali virtute cognoscit omnia; Sanctos autem non nisi virtute supernaturali esse cognitores arcanorum, scilicet accedente revelatione. Ad Passum Isaie respondeo: Prophetam dicere, Abraham & Israel nescire populum suum, id est non curare, sed spernere ob ingratitude commissam in Deum, ejusque gravissimam offensionem: sicut dicitur Matt. 26. v. 12. *Nescio vos.* Ita S. Hieron. Cyrill. & alij. Vel etiam potest intelligi Prophetata de modo quodam comparativo; quasi diceret Abraham & Israelis auxilia & curas respectu Dei tam modica & exigua fuisse, ut quasi nulla reputari potuerint, ut videre licet in idiotis nisi superius datis Quæstione XIII. n. 5. & patet etiam ex contextu, & clarius ex Chaldaeo, in quo ita habetur. *Abraham non eduxit nos ex Aegypto, & Israel non fecit nobis mirabilia in deserto.*

Obijciunt 5. Paulus Colossens. expressè prohibet Coloss. 2. v. 18. ne serviant Angelis: *Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione Angelorum.* ergo &c. Respondeo D. Paulum ibi agere de cultu illo superstitioso, quem Simon Magus ejusque sequaces Angelis tanquam parvis Deis, & concreatoribus mundi sacrificijs oblatis exhibebant, uti testantur S. Epiphanius & Conc. Laodicens. c. 35. quam er-

roneam doctrinam à Platone hauserunt: quæ autem hoc apud nos non fit, ideò nihil contra nos est prohibitio illa. Urgent tamen, cur ergo ad honorem Angelorum Missam celebramus, quæ apud nos verum Sacrificium est, imò & erigimus altaria, Ecclesiâsque nomine eorum dedicamus? Respondeo 1. In Missa varias esse orationes, & has solummodo offerimus Angelis vel Sanctis, non autem Sacrificium Missæ, quod soli Deo offerri debet, & potest. Unde respondeo 2. cum S. Aug. lib. 20. contra Faustum c. 21. *Nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum, quamvis in memorias Martyrum construimus altaria.* Et paulò post: loquens de Missæ Sacrificio. *Nullò modo sale aliquid offerimus, aut offerendum precipimus, vel cuiquam Martyri, vel cuiquam Sanctæ anime, vel cuiquam Angelo.*

Et per hoc etiam solvitur alia instantia; quasi abusus esset, quòd ad honorem Sanctorum dicamus Pater noster, & Psalmos, qui propriè Deo applicari debent. Respondeo: Orationes illas non dirigi ad Sanctos, uti dirigi debent ad Deum, sed Sanctis illæ tantùm offeruntur, ut supplices preces postmodum Deo ab ipsis tradendæ: prout orationes Sanctorum Apoc. 5. 7. 8. Seniores illi Deo obtulerunt.

Obijciunt 5. Cur nos juxta diversitatem necessitatum diversos invocamus Sanctos; cum Deus tam bene per unum, quam per alterum nos adjuvare possit? Respondeo, Deum

utique hoc præstare posse, sed non velle; vult etenim, uti varia sunt officia Angelorum & hominum, ita etiam sint & Sanctorum. sic Apoc. 16. v. 5. Alius Angelus præest mari, alius igni &c. Ita etiam vult, ut unus Sanctus operetur multa miracula, alius non, unus talia, alius alia. *Quis enim cognovit sensum Domini?* Rom. 11. v. 34.

## QUÆSTIO XLIV.

*An Sancti in Cœlis pro nobis apud Deum orare possint.*

**A**Dversarij quemadmodum invocationem Sanctorum improbant, ita pariter eorum intercessionem è medio tollere nituntur: contra quorum erroneam doctrinam.

Dico, Sanctos in Cœlis regnantes pro nobis orare posse apud Deum, imò & orare.

Probatur 1. ex S. Scriptura. Jerem. 15. v. 1. *Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum:* ergo Moyses & Samuel defuncti orare poterant, & solebant pro populo; alioquin inepta esset hæc locutio, si nunquam orassent, vel orare potuissent. 2. Machab. ult. v. 14. De dudum jam defuncto Jeremia Ononias dixit: *Hic est, qui multum orat pro populo.* Si ergo sancti isti viri adhuc in Lympo existentes pro populo suo Deum orant: cur non id facere poterunt in cœlis jam

regnantes? Apoc. 5. v. 8. *Et viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorū, quæ sunt orationes sanctorum.* Apoc. 8. v. 4. *Et ascendis fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo.* 2. Petri 1. v. 15. *Dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis; id est, ut constantes permaneat in doctrina mea vobis data.* Apoc. 6. v. 10. Si Sancti illi innocentes pro suis interfectoibus vindictam magno clamore petebant: cur non licebit eis à contrario pro servis suis apud Deum gratiam aliquam efflagitare?

Probatur ulterius. Christus in quantum homo orat apud Deum pro nobis. Rom. 8. v. 35. *Christus Jesus . . . qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Si ergo caput id facit, cur membris id denegandum est? Certum est Angelos pro nobis orare Tob. 12. v. 12. *Quando orabas cum lacrymis, & sepe liebas mortuos . . . ego obtuli orationem tuam Domino.* Cur non & Sancti?

Probatur 2. ex SS. PP. Hier. contra Vigilant. c. 3. *Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris . . . quantum magis post victorias, coronas & triumphos?* Aug. in Med. c. 40. *S. Michael, S. Gabriel . . . vos rogare præsumo, ut pro me culpabili Deum rogare dignemini.* Et ferm. de Sanctis agens de

*pro nobis apud Deum orare possunt.* 405

de S. Petro. Si ad præsidia supplicantium tam potens fuit ante Martyrium, quanto magis efficax post triumphum? S. Ambros. Orat. 2. de præpar. Missæ. Apostolorum intercessionem imploro, Martyrium preces depono, Confessorum orationes exposcilo, talium Domine preces nunquam spernis. S. Basil. epist. ad Julian. Apostat. Suscipio (inquit) Sanctos Apostolos, Prophetas, Martyres, qui pro me apud Deum supplicans, quò per illorum mediationem propitius mihi sit Deus. Ita & alij SS. DD.

Probatur 3. rationibus. Sancti in vita existentes pro nobis orare possunt, ergo etiam in cœlis, cum oratio proveniat ex charitate, quam utique ibi non perdididerunt, imò maiori præditi sunt. Deinde si Angeli pro nobis orare possunt, qui miseras nostras non ita experti sunt, uti experti fuerunt Sancti, quid eos impedire poterit, quin pro nobis orent? Alia argumenta facile confici possunt ex dictis *Questione antecedenti.*

### *Enodantur quedam argumenta Galvini.*

Libro 3. Inst. ergo c. 20. n. 23. argumentum Catholicorum, quod de Angelis afferunt, infringere vult his rationibus. Si Sanctis id concedi deberet, deberent etiam ipsi esse Spiritus administratorij, sicut illi sunt, quibus delegatum est ministerium curandæ nostræ salutis, cu-

studendi Provinciae, circumire, custodire,  
 consolari, excubias agere, cum ergo haec so-  
 lis Angelis conveniunt, non est eadem ratio de  
 Sanctis, quae de Angelis. Respondeo 1. Fri-  
 volem esse hoc argumentum. Si enim Calvi-  
 nus haec omnia velit in Sanctis, quae in Angelis,  
 jam Sancti non erunt amplius Sancti, olim car-  
 ne amicti, sed Spiritus & Angeli, sicut ipsi: Do-  
 ctiores ergo conferendo Sanctos cum Angelis,  
 quod ad orationes & intercessionem comparatio-  
 nem in hoc ponunt, ut sicut illi in Coelis exi-  
 stentes scire possunt, vel ex revelatione alio-  
 rum Angelorum orationes nostras, vel ipsas,  
 agnoscunt in Essentia divina; ita pariter eodem  
 modo, & Sancti eas scire poterunt: & quemad-  
 modum illi ex charitate & sollicitudine, quam  
 erga nos habent, preces Deo offerunt, ita etiam  
 Sancti id faciunt. Nec in hoc illis quidquam  
 contra ordinem divinum aufertur, quod pecu-  
 liare illis tantum esse hallucinatur Calvinus;  
 cum non minus etiam Sancti de nobis curam  
 gerunt, ut vidimus de S. Petro, Jeremia &c.  
 Et quae denique implicantia, ut quod uni ex of-  
 ficio competit, alter faciat ex charitate? Re-  
 spondeo 2. Nonne in terris existentes praeter  
 injuriam Angelorum curam Sancti habebant de  
 proximo suo, de grege & Provinciis suis, & cur-  
 eandem in coelis non amplius habere poterunt?  
 Contrarium scimus ex primitivis nostris Chri-  
 stianis, qui sanctissime pro Regnis suis, Provin-  
 ciis, Civitatibus, aliisque locis Sanctos quos-  
 dam

Tam pro protectoribus & custodibus particulāribus sibi delegerunt, eorūque protectiones & auxilia quomodo in gravissimis casibus & periculis sæpius mirabiliter experti fuerint, minime opus est describere; cū sole clariora sint testimonia hæc de re tam veteris, quam præsentis Ecclesiæ.

Urget 2. retorquendo in nos, ut sibi videtur Passum citatum: *Si steterint Moyses & Samuel cor à me, non est anima mea ad populum istum.* Jerem. 15. v. 1. Ex quo SS. DD. colligunt, Sanctos pro nobis orasse, & orare posse; Calvinus autè planè contrariū juxta solitū suum contrà torrentem SS. PP. conatur probare: ex quo ipso suspectam reddit suam doctrinam. Argumentatur ergo hoc modo: *In extrema necessitate Moyses non intercedebat, de quo dicitur: & intercesserit.* Et si hic non intercessit, à cuius humanitate, bonitate & paterna sollicitudine omnes procul absunt &c. Quis alios credet orare? Sed quæ consequentia est hæc? Moyses non intercessit, dum populus castigandus erat à Deo, ergo non potuit intercedere, vel nunquam intercessit? quia dicitur: si intercesserit. Potius contrarium colligitur: ac si Rex diceret de reo capite plectendo. Si Regina steterit & rogaverit me, non condonabo ei vitam. Quis tam modici iudicij esset, qui inferret, ergo Regina pro reo illo non potuit intercedere, vel non intercessit? Si tunc Moyses non oravit, idèd id fecit; quia notissima ipsi-

erant peccata populi sui, ob quæ tandem dignus erat castigatione illa: unde Deus exprimendo justam suam indignationem dicere voluit: etiamsi apud me intercederent Moyses & Samuel, vel intercesserint, quorum precibus frequenter ad veniam inductus fui, tamen pronunc eos exaudire non possum, cum videam populum istum adeo pertinaciter inhærere vitijs suis. Et eodem modo intelligendus est Passus Ezechielis. c. 14. v. 14. quem pro probatione sua immediate adducit Calvinus. *Es si fuerint tres viri isti in medio ejus, Noe Daniel & Job, ipsi justitia sua liberabunt animas suas*, alias autem non: ex quo infert eos non exaudiri; sed hinc non aliter negatur à Deo exaudiendos defunctos Noë & Job, quàm Danielelem viventem, scilicet in particulari casu populi pertinaciæ; ex hoc autem non licet inferre, ergo Prophetæ illi nunquam intercesserunt, vel intercedere potuerunt, sed potius inferri debet ex hoc modo loquendi, eos Deum alijs in casibus rogasse, ac exauditos fuisse, ac populo sæpius percussisse, nunc autem ob nimiam ejus culpam, & pertinaciam non amplius velle ignoscere. Quod autem Erro ille Sanctos vocet *mortuos*, & consequenter incapaces intercessionum, imitatur hac sua impietate Eθνicorum & Juliani Apostatæ phrasin, ut refert S. Cyrillus lib. 6. contra Julian: qui Martyres Christi *homines mortuos* vocabant, & Christianos Martyres defunctos colentes hac voce subsannabant, tanquam



quam mortuos colerent : quorum blasphemiam Christus ipse Matt. 22. v. 32. refutat his verbis : *Ego sum Deus abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob ? Non est Deus mortuorum, sed viventium.* Est itaque Deus Sanctorum in caelis regnantium non Deus mortuorum, sed vivorum; cum ibi vivant, & consequenter capaces ad interpellandum pro nobis, sicut erant in terra existentes.

Locus tandem S. Pauli Act. 13. v. 36. quem citat, non est ad rem, loquitur enim Apostolus de corruptione corporis David, & incorruptione Corporis Christi, & justificatione nostra & peccatorum remissione, quæ in eo solo est : ac adimpleta esse in eo, quæ David prædixit de ista incorruptione, & non nisi de Christo intelligi posse probat; quia David cum administrasset in sua generatione, seu sua ætate regnum sibi à Deo commissum, *dormivit, & appositus est ad patres suos*, id est, mortuus est, & appositus ad patres suos in terra, scilicet corruptione & putredine, ex quo deinde hanc consequentiam deducit; ergo Paulus docet, Davidem non juvare precibus, sed duntaxat *ætati suæ inservisse*, sed quàm ineptè, imò falsè, cum in tota hac sua Concione Paulus nec minimum quid de orationibus & precibus memorat: ineptè etiam : David cum viveret administravit regnum sibi à Deo commissum, ergo post mortem non potest preces fundere ad Deum pro populo suo, quæ consequentia quæso? Moyses,

Samuel, Daniel, Jeremias, Petrus &c. dum vi-  
verent, populi sibi commissi curam gerebant,  
ergo post mortem omnem exuebant sollicitudi-  
nem, & memoriam, quod falsum est, uti in pro-  
batione conclusionis vidimus.

## QUÆSTIO XLV.

*An Signum Crucis, & Imagines Sancto-  
rum toleranda, & colenda sint.*

**C**ultum Signo Crucis, & Imaginibus Dei, vel  
Sanctorum exhiberi posse non solummodò  
Lutherus & Calvinus lib. 1. Instit. c. 11. cum  
suis negant. sed idolatras eos esse omnes procla-  
mat, qui eas honorant. Beza successor Calvini  
in Genevensi reformata Ecclesia in colloquio  
Motpelgartensi horrendam illam in crucifixi  
imaginem vocem edere non timuit: *Fateor me  
ex animo crucifixi imaginem detestari.* Tum-  
bam autem sui Calvini, cui sequentibus versu-  
culis parentavit, vocare *beatum* non erubuit.

Romæ ruentis terror ille maximus,  
Quem mortuum lugent boni, horrescunt  
mali,

Ipsa à quo potuit virtutem discere virtus,  
Cur ad eò exiguo ignotoque in cespite clau-  
sus,

Calvinus lateat, rogas?

Calvinum assidue comitata modestia vivum  
Hoc

*De Imagines Sanctorum toleranda, &c. 417*

Hoc tumulto manibus condidit ipsa suis.  
O te beatum cespitem tanto hospite!  
O cui invidere cuncta possint marmora!

Itane cespitem Calvinii tui honore dignum  
censes Beza, dum *beatum* vocas, & crucifixi  
Imaginem, quæ ipsum Salvatorem nostrum fi-  
gurat detestatione? O blasphemiam execran-  
dam! Calvinio autem tuo tuis ipsis versiculis,  
non nihil mutatis hoc modo parento.

Romæ manentis terror ille minimus,  
Quem mortuum lugent mali, horrescunt  
boni.

Virtutem ipsa à quo potuit dediscere virtus,  
Cur adeò exiguo, ignotòque in cespite  
clausus

Calvinus lateat, rogas?

Calvinum assidue comitata est fictio vi-  
vum

Hoc tumulto manibus condidit ipsa suis.  
O te scelestum cespitem hocce hospite!  
O cui invidere nulla possunt marmora!

Præsuppositâ necessariâ doctrinâ Catho-  
licâ de adoratione datâ in Concilio Nicæno II,  
in quo usus Imaginum discussus & approbatus  
fuit, ac in duobus hiscè versiculis compren-  
ditur.

Hoc Deus est, quod Imago docet, sed non  
Deus ipse

Hanc

Hanc recolas, sed mente colas, quod cernis in illa.

Et nota, tripliciter posse imaginem alterius sculpi vel pingi. 1. ad exprimendam perfectam & veram similitudinem rei figuratæ; & hoc modo, non nisi quæ corporibus constant, depingi possunt, & quia his carent Deus & Angeli ac Spiritus minimè depingi possunt, quasi picturâ quis exprimere vellet eos corpore constare, & qui hac ratione vellet facere imaginem Dei, utique idolum faceret, quia falsum repræsentaret. 2. ad repræsentandam Historiam, & sic depingitur Deus vel Angelus aliquid operans, ita scilicet, ut quod scriptor litteris exprimit, pictor picturâ. Et sic hoc secundo modo non ipsemet Deus vel Angelus, sed actio ipsius repræsentatur: Exempli gratiâ; vellet quis repræsentare expulsionem Adæ & Evæ ex Paradiso, depingeret Deum in forma senis deambulantis, Angelum in forma juvenis gladium gestantis, Adam & Evam fugientes &c. non utique ad repræsentandam naturam vel similitudinem propriam ipsius Dei, vel Angeli, sed solum ad repræsentandum oculis, prout in scriptura legitur. Et hoc modo posse depingi, nec Calvinus nec alij negant, imò & in ipsorum Biblijs ita depinguntur. 3. ad exprimendam naturam rei, non per propriam significationem, sed per metaphoricam. Sic Angeli depinguntur alati, non quòd alas ha-

habeant, sed ad significandam velocitatem eorum in suis operationibus. Sic Deus Pater depingitur senex tanquam plenus dierum Dan. 7. & ut Principium aliarum Personarum. Spiritus Sanctus in forma columbæ; quia ita apparuit. Hisce duobus modis licitum est depingere Imagines Dei, cujus ratio desumitur ex S. Scriptura, qua constat Deum sub forma corporea & visibili apparuisse. Gen. 3. v. 8. *Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem.* Gen. 28. v. 13. Vidit Jacob *Dominum innixum scala.* Moyli quoque apparuit in forma corporea Exod. 33. v. 11. 14. & 23. Isai 6. v. 1. Amos 9. v. 1. Daniel. 7. v. 9. & alibi. Sicut ergo licitum est describere formam & figuram, in qua Deus apparuit, ita etiam licitum est depingere in forma, in qua descriptus est; cum pictura sit altera scriptura. His prænotatis

Dico, licitè & sanctè adorari & coli posse signum Crucis, & Imagines Dei ac Sanctorum.

Probatur 1. ex S. Scriptura Num. 21. v. 8. *Fac serpentem aneum, & pone eum pro signo; qui percussus aspexerit eum vivet:* sed, Serpens iste erat figura Christi & Crucis, ut ipse testatur Joan. 3. v. 14. *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Si ergo dignus erat veneratione serpens

pens repræsentans Christum crucifixum, cur non Crux figurans pariter ipsum Redemptorem? Exodi 25. v. 18. Dixit Dominus ad Moysen *facies duos Cherubim aureos & productiles, ex utraque parte oraculi. Cherub. unus sit in latere uno, & alter in altero.* Et isti Cherubim positi erant supra Arcam, quæ à Judæis in maxima veneratione erat, utpote collocata in Sancto Sanctorum loco omnium dignissimo, neque ab alijs quàm à solis Levitis & Sacerdotibus tangi poterat vel deferri, & alij id tentantes gravissimè à Deo puniti fuerunt: si ergo hæc & Angeli ejus, cur non alij Angeli & Sancti depleti?

Probatur 2. ex ipso S. Luca Evangelista, qui varias Crucifixi Imagines & B. V. Mariæ pinxit, uti testantur Nicephorus lib. 6. c. 16. & Metaphrast. quales adhuc in hodiernum diem varijs in locis magna veneratione extant. Constantinus M. post obtentam de Maxentio victoriam erecto trophæo non videns in eo signum Crucis, statuam suam in medio urbis collocavit crucem magnam in manu ferentem cum inscriptione: *Hoc salutare signo, vero fortitudinis indicio, Civitatem vestram Tyrannidis iugo liberavi* &c. S. Sylvester eidem Imperatori Imagines Sanctorum Petri & Pauli ostendit, & ipse reciprocè diversas statuas ex auro & argento dictorum Apostolorum, S. Michaelis, S. Joannis Baptistæ &c. confici curavit, ac Ecclesijs à se constructis donavit.

Tiberium Imperatorem refert Suetonius ob liberationem à mortali quadam sua infirmitate obtentam mediante Imagine Christi, eum inter Deos in gratiarum actionem referre voluisse, quia autem ad hoc senatus consilium non adhibuit, prohibitus fuit. Euseb. lib. 7. Histor. Eccles. c. 14. scribit Cæsareæ Philippi à femina illa sanata à fluxu sanguinis à Christo Matt. 9. v. 20. ejus Imaginem ac factum devotionis & debitæ gratitudinis causâ æneæ tabulæ opere aliquantulum elevato incidi fecit, eamque supra domus suæ portam constituit: sub qua miraculosè herba quædam ignota excrefcens, ac simbriam vestimenti Imaginis Christi tangens virtutem habuit quoscunque morbos sanandi. Quam statuam deinde Julianus Apostata ferocissimus Christi inimicus destruxit: enumerare autem omnia miracula, quæ tam prioribus sæculis circa Sacras Imagines contigerunt, ac præsentibus, nimis longum, & quasi impossibile esset, vel ea omnia negare, necesse est mendaces facere & Reges & Principes, totumque populum Christianum, apud quos facta fuerunt, & etiamnum videntur eorum mirabiles effectus; si quæ deinde admittuntur, necesse est, ut & earum cultus & veneratio admittatur.

Probatuꝛ 3. ex SS. PP. Joan. Chrysoſt. in Lythurg: inter alia. *Sacerdos ad Imaginem Christi caput inclinat.* S. Ambros. orat. de obitu Theodosij. *Sapienter Helena egit, quæ*  
Cris

*Crucem Christi in capite Regum levavit, & locavit, ut Crux Christi in Regibus adoratur. S. Hieron. in vita S. Paulæ: Prostrata ante Crucem, quasi pendentem Dominum cerneret, adoravit. S. Aug. lib. 3. de doctr. Christian. c. 9. signa utilia divinitus instituta veneranda esse, quia honor eorum ad prototypum transit. S. Method. orat. 2. de Resurrect. quas quidem ex auro imagines conflamus Angelorum, ipsius principatus & potestates referentes, eas ad honorem & gloriam Dei conficimus. S. Athan. ad Antioch. c. 38. Absit, ut quemadmodum Græci faciunt, nos Christiani tanquam Deos imagines adoremus, affectionem duntaxat & charitatis nostræ studium erga figuram personæ per imaginem expressa declaramus.*

Probatur 4. rationibus 1. Homo in quantum est imago Dei, est honore dignus, ergo & Imagines Dei & Sanctorum. 2. Imago Regis est venerabilis cultu civili, ergo etiam Imagines Dei & Sanctorum aliquo cultu correspondente: *Qui imaginem coronat Imperatoris, utique illum honorat, cujus imaginem coronavit* dicit S. Ambros. Serm. 10. in Psal. 118. 3. Imagines sunt capaces injuriarum & contumeliarum: idè enim Londini Calvinistæ quot annis Statuam Romani Pontificis insultante & concurrente populo publicè igni tradunt, eumque ignominiosè depingunt &c. ergo etiam honorem; propterea enim eriguntur Principum



pum Statuæ. Confirmatur conclusio ex ipsis verbis Calvinii; quæ habet lib. 4. Instit. c. 19. h. 34. tractans de matrimonio: *Fateor quidem, quoties aspicitur vitis, optimum esse in memoriam revocari; quod ait: Ego sum vitis.* Sed cur non etiam, si Crux aspicitur, vel crucifixi Imago, id ipsum facere possumus? se proprijs ergo armis vulnerat Calvinus; Fateatur quoque cum suis; ut qui personam odit, odit & imaginem ipsius: sic qui Summum odit Pontificem, nec quidem ipsius imaginem videre vellet, qui autem devotus est Luthero vel Calvino eorum imagines libenter videt, easque in domo conservat; cum ergo Imagines Christi & Sanctorum odiat, prodit se utique & eos odisse. Deinde imaginem Principis unionibus & gemmis ornatam collo pendulam honoris causâ, & quidem quam maximè in solemnitatibus gestant: signum autem Crucis Regum Regem, & ipsum Salvatorem nostrum nobis objiciens deferre illicitum censent: Imaginem amasarum suarum centies osculabuntur, etque tanquam præsens esset; mille amoris verba dicent; Imaginem autem Crucifixi veri animarum Sponsi, vel Matris ejusdem execrantur? quid absurdius! Panem & vinum in eorum coena magna veneratione & reverentia sumunt, quia figurant & repræsentant Corpus & Sanguinem Christi, & cur non etiam Crucis signum in honore haberi potest, quod repræsentat Christum crucifixum? Quæ implicantiæ?

*Solvuntur argumenta adversariorum.*

Objiciunt 1. Exod. 29. v. 4. expressè Deus dicit. *Non facies tibi sculpsitæ, neque omnem similitudinem - - - non adorabis ea, neque coles.* Deut. 4. v. 15. *Simulacra gentium argensum & aurum opera manuum.* Psal. 113. v. 4. Baruch. c. 6. v. 3. *Nunc autem videbitis in Babilonia deos aureos, & argenteos & lapideos & ligneos in humeris portari ostentantes metum Gentibus.* Ex quibus Textibus clarè videtur, quomodò prohibitz sint omnes imagines. Respondeo, Deum non absolutè & simpliciter prohibuisse imagines fieri, uti vidimus suprà; alioquin & ipsi adversarij malè facerent; cum & ipsi multas faciunt, sed prohibuisse sculpsitilia fieri, maximè astrorum, animalium terrestrium, piscium &c. quæ subnotantur nominibus illis cœli, terræ & aquarum, ut adorarentur tanquam Dij, uti à Babilonijs, Ægyptijs aliisque Gentilibus fiebat: Hoc autem, quia apud nos non fit, minimè talis prohibitio nos concernit: non enim Imagines adoramus, tanquam in ipsis contineatur aliquid divinitatis, sed totum, quod ipsis venerationis tribuitur, terminatur in ipsis exemplaribus, quæ repræsentant.

Objiciunt 2. 4. Reg. 18. v. 4. Rex Ezechias confregit serpentem; ergo etiam Imago Christi.

ſi. Respondeo, Ezechiam id feciſſe duplici ex cauſa, primò, quia paulatim Judæis ad idololatriam nimis proclivibus inceperat eſſe cauſa idololatriæ. Secundò: quia ceſſavit finis, ob quem Deus juſſit eum erigi, ſcilicet ut morſi à ſerpentibus ignitis eum aſpicientes ſanarentur: cum autem in terra promiſſionis tales non erant, non amplius uſui erat; in Imagine autem Crucis, vel Crucifixi apud hos Catholicoſ periculum idololatriæ non eſt; cum eam ob alium finem non retineamus, quam ut jugiter in mente noſtra verſetur Salvator Noſter, ejusque paſſio: & ideo cum hic finis uſque ad finem mundi duret, & jugiter memoriam ejus agere conveniat, etiam durare debet ipſius Imago & ſignum; & adoratio: ſed

Instant: Indecens eſt, ut filius adoret patibulum, in quo pater ipſius contumelioſè ſuſpenſus fuit, ergò etiam patibulum Crucis, in quod tantà contumelià pater noſter & Salvator actus fuit. Respondeo cum diſtinctione: Indecens eſt, ut filius adoret patibulum, in quo pater contumelioſè ſuſpenſus fuit propter delicta propria coactè & cum dedecore filij & damno, concedo antecedens; in quo ſuſpenſus fuit innocenter propter delicta aliorum, & cum honore & utilitate filij & non coactè, nego anteced. & conſequent. Chriſtus itaque ſuſpenſus fuit non ob ulla delicta propria, ſed aliena, ſponte & voluntariè cum maxima utilitate noſtra, aperiendo nobis tanquam filijs

hoc salutari signo portam Paradisi, effectus cum Patre æterno reconciliator noster & Redemptor, & suâ deinde infinitâ gloriâ, & nostrâ: ut meritò cum Apostolo dicere possimus Gal. 6. v. 13. *Absis gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi.*

Objiciunt 3. In Concilio Elibertino expressè decretum fuit c. 36. nè picturæ tenerentur. *Placuit in templis non haberi picturas: nè quod colitur, vel adoratur, in parietibus pingatur.* Respondeo 1. Ex hoc decreto minimè haberi: Concilium absolutè prohibuisse Imagines, sed solum nè pingantur in parietibus, nè scilicet imminente persecutione, quæ tunc temporis nondum sedata erat, dum Christiani illi eas abscondere vel auferre nequeant, ludibrio exponantur. Respondeo 2. Multos dubitare de veritate hujus Canonis; cum ab antiquioribus, qui Concilia Græca & Latina summâ diligentia & fide collegerunt, Canon iste non citetur, cujus rei veritas eò magis etiam probatur: quia ab antiquis Iconoclastis nunquam legitur allegatus. Respondeo 3. Dato etiam, ita in dicto Concilio fuisse decisum, mox tamen Canonem istum sustulit usus contrarius. Nec etiam Concilium illud minimè Generale fuit, utique in uno orbis angulo à novendecim tantum Episcopis celebratum.

Quæ de Concilio Francofurtensi Sectarij allegant, solvuntur ex dictis Quaest. VIII. Ec

Et quæ Carolo Magno Imperatori imponunt, nullum habent fundamentum, quasi ipse libros quosdam impugnantes cultum Imaginum conscripsisset. Quis enim S. illum Imperatorem contra Ecclesiam id attentare audebit dicere? cujus obedientissimum filium semper se exhibuit, & in quali reverentia, honore & devotione Summum Pontificem Adrianum I. habuerit, affectuosum à se compositum Epitaphium id attestatur, & Baronius ad annum 795. describit. Et quia non solum tanti Imperatoris affectum, reverentiam & obedientiam exprimit erga Summum illum Pontificem, sed & simul sanctitatē, doctrinam, & Apostolicum ipsius zelū, ac Supremam Pontificiam dignitatem declarat, meritò illud Lectoris oculis exponimus, etsi longiusculum.

Hic Pater Ecclesiæ, Romæ decus, inclitus  
auctor

Hadrianus requiem Papa Beatus habet.

Vir cui vita decus, pietas, Lex, gloria Christi,  
stus,

Pastor Apostolicus promptus ad omne bonū.

Nobilis ex magna genitus jam gente Parentum

Sed Sacris longè nobilior meritis.

Ecclesias donis, populos & dogmate sancto

Imbuit, & cunctis patet ad astra viam.

Doctrinis, opibus, muris erexerat arces.

Urbs caput Orbis honor, inclita Roma tuus,

D d 3

Mors

Mors cui nihil nocuit, Christi quæ morte perempta est.

Janua sed vitæ mox melioris erat.

Post Patrem lacrymans Carolus hæc carmina scripsi

Tu mihi dulcis amor: te modò plango Pater,

Tu memor esto mei; sequitur te mens mea  
semper

Cum Christo, tepeas regna beata Poli.

Te Clerus, populus magno dilexit amore,

Omnibus unus amor, optimè Præful eras.

Nomina jungo simul titulis: clarissime, nostra:

Hadrianus, Carolus; Rex ego, tuque  
Pater,

Tu memor esto natî Pater optime posco,

Cum Patre, dic natus pergat, & iste meus,

Opete Regna Pater sælix coelestia Christi;

Inde tuum precibus auxiliare gregem,

Dum sol ignicomo rutilus splendescet ab axe

Laus tua, Sancte Pater, semper in Orbe  
manet.

Hucusque devotissimus & eloquentissimus Imperator: Libri ergo illi cultum Imaginum impugnantes ab alio quodam compositi fuerunt, & traditi Carolo Magno, qui eos postmodum Romano Pontifici Adriano examinandos transmisit, uti constat ex libro Summi Pontificis ipsi transmissio, in quo libros dictos confutavit.

Ob.

Obijciunt 4. varios SS. PP. tanquam ad-  
versantes cultui Imaginum : sed intelligendi  
sunt de adoratione Imaginum more Gentilium,  
vel alio indebito cultu, non autem de illo, de  
quo loquimur, & quem ipsi, uti superius in  
probatione conclusionis vidimus, approba-  
runt,

Præter allata argumenta Calvinus alia  
quædam unâ cum varijs juxtâ morem suum  
cavillationibus in dicto capit. corradit, quibus  
Catholicos per omnem vim vel vult esse ido-  
lolas, vel usum Imaginum non esse tam an-  
tiquum, vel eas esse idola &c. Ad quæ bre-  
viter respondeo. Inprimis Catholici idolola-  
træ minimè esse possunt ; cum nec idola fa-  
ciant, nec ea adorent, uti patet ex cap. 13.  
Sapientiæ, in quo per longum describitur ido-  
lorum confectio & adoratio : Idolum enim  
propriè est, quod rem repræsentat, quæ nul-  
lam virtutem vel dignitatem habet, qualia ido-  
la fuerunt Gentilium & Judæorum, Statuæ  
Veneris, Dianæ, Jovis, vituli, serpentium &c.  
Imago autem est simulachrum repræsentans  
id, quod habet in se virtutem vel dignitatem  
& excellentiam, uti sunt Deus, Christus &  
Sancti. Et si hoc verum esset, sequeretur  
omnes illos SS. PP. cum toto populo Christia-  
no per tot sæcula tam Orientis quàm Occi-  
dentalis Ecclesiæ usque nunc esse, & fuisse ido-  
lolas, & esse solos veros adoratores Calvi-  
num, Lutherum, Iconoclastas, Judæos, &

Mahometanos : quod horrendum est auditu. Deinde falsum est, nos Imagines Dei, Spiritus Sancti, Angelorum aut Sanctorum pingentes, velle hiscè nostris picturis Deum depingere, uti est, aut inde petere ipsius cognitiōnem, sed depingimus eum eo modo quo apparuit, ita & de Angelis discurrendum est, uti superius diximus, vel depinguntur prout describuntur in Sacra Scriptura. Mirè exaggerat dictum Gregorij M. *Imagines esse idiotarum libros.* quasi verò antiqui SS. PP. & Concilium Nicænum totum suum fundamentum in hoc dicto posuisset, licet axioma illud in se sit verissimum : Quis etenim ignarus litterarum picturam repræsentantem v. g. extremum iudicium videns, non illicò agnoscit, quomodò Christus ut Iudex iudicaturus gentes apparebit ? &c. Ad probandum ergo cultum S. Imaginum Patres hujus Concilij observârunt, quid eorum antecessores hac de re senserint : unde in primis produxerunt epistolam Adriani Papæ I. ad Constantinum & Irenem Augustos, in qua erat 1. Historia S. Sylvestri Papæ, & Constantini Magni de lepra, de visione Apostolorum Petri & Pauli. &c. 2. Gregorij Nysseni locus pro veneratione Imaginum. 3. Basilij M. testimonium in libro adversus Julianum de invocatione Sanctorum, & Imaginum veneratione. Item S. Joan. Chrysostomi. S. Cyrilli, SS. Athanasij & Ambrosij, S. Hieronymi, & Stephani Episcopi Bostrorum sensus & argumenta



¶ *Imagines Sanctorum toleranda, &c. 425*

menta pro cultu prædicto, quam literam S. Synodus suscepit, & successivè omni diligentia Patrum dicta examinata fuerunt, uti & adversariorum argumenta, usque dum tandem ventum fuit ad decisionem usûs Sanctarum Imaginum. Ex quo pariter refutatur mendacium Calvinii usum illum non nisi incepisse post quingentos circiter annos; cum Patres citati in epistola dicta longè antè vixerint.

Quod de S. Aug. in Psal. 113, urgere videtur, dum ex eo probare vult, ut quemadmodum antiqui illi idololatræ, & quidem illi, qui purgationis sibi videntur esse religionis, qui dicunt nec simulachrum, nec demonium solo, sed per effigiem corporalem ejus rei signum intueor, quam colere debeo, immunes ab idololatria non erant; licèt se excusârint, se non adorare statuas, seu idola sua, sed solum, quæ repræsentant, ita & nos immunes censerî haud posse; quamvis dicamus nos non adorare imagines & statuas, sed earum prototypa. Respondeo, Calvinum ibi citare Passum Augustini truncatè (proprietas Novatorum) ex contextu enim S. Doctoris lucidè constat, Gentiles illi, licèt purgationis sibi videbantur fuisse religionis, quidam adorârint; & qualia simulachra habuerint, quæ apud nos Novator ille in æternum non inveniet; neq; probare poterit nos statuis nostris aut Imaginibus more eorum deferre cultum seu adorationem, & de ijs esse de quibus Paulus Act.

17. v. 30. *Non debemus estimare auro, aut argento, aut lapidi, sculptura artis, & cogitationis hominis, Divinum esse simile.* Et quomodo nunc S. Doct̃or improbaret cultum S. Imaginum, quem vidimus eum superius approbare? Reliqua utpote faciliora refutare superfedeo, nè ultra quod brevit̃as requirit, Quæstio excedat.

## QUÆSTIO XLVI.

*An Reliquia Sanctorum coli possint:*

**Q**ui ipsis Sanctis debitum honorem & cultum denegant, Lutherus & Calvinus, eundem pariter ipsorum Reliquijs non fieri debere proclamant: sic enim in Postilla in die exaltationis Sanctæ Crucis Lutherus docet: *Quiaquid de cruce dixi, intelligi debet de omnibus Sanctorum reliquijs. Reliquia enim nihil aliud sunt, quam fraudes et seductio- nes fidelium. Quare omninò infra terram defodiantur.* Calvinus in sua Harmon. E- vang. in c. 9, ut qui factum Hæmorrhoiistæ s̃mbriam vestimenti Salvatoris nostri tangere cupientis absolutè improbare non potest, cum illud ex impulsu Spiritûs S. processisse fateatur, attamen negat ad communem regulam trahi posse, ṽt̃ debere. Intelliguntur autem per Reliquias omnia illa, quæ ex Sancto- rum mortuorum corporibus remanserunt, si-

vo sint eorum corpora, membra, dentes, ossa, capilli, ungues, cineres & pulveres, in quos corpora eorum immediatè conversa sunt. Item eorum vestes, panni, utensilia, instrumenta poenitentiae, ac ea, quae ab ipsis Sanctis tacta fuerunt, vel membra eorum tetigerunt.

Dico, Reliquas Sanctorum licitè coli.

Probatur 1. ex S. Scriptura. Exod. 13. v. 19. Honorificè Moyses ex Ægypto ossa Josephi dudum defuncti secum asportavit. *Tulit quoque Moyses ossa Joseph. secum.* Deut ult. Moyses ab ipso Deo, vel ut LXX. habent ope Angelorum sepultus fuit, v. 6. *Et sepelivit eum in valle terra Moab.* 4. Reg. 2. v. 8. miraculosè per contactum pallij Eliae aquae divisae fuerunt; *Tulitque Eliae pallium suum, & iniicit illud, & percussit aquas, quae divisae sunt in utramque partem.* Idipsum fecit Eliseus pallio Eliae. v. 14. 4. Reg. 13. v. 21. Ex contactu ossium Prophetæ Elisæi mortuus revixit: *Quidam autem sepelientes hominem... projecerunt cadaver in sepulchro Elisæi. Quod cum tetigisset ossa Elisæi revixit homo.* Isai. 55. v. 10. dicitur *Sepulchrum Christi gloriosum.* 1. Reg. 6. v. 19. In Summa veneratione erat arca Testamenti. 4. Reg. 23. v. 18. Josias intacta reliquit ossa hominis Dei ob venerationem & honorem ipsius.

Probatur ulterius ex novo Testamento, Matt. 9. v. 20. *Et ecce mulier, quae sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, tangendo*

do simbriam vestimenti Christi illicò sanata fuit. Act. 5. v. 15. Ex solo contactu umbræ Petri Apostoli ægri sanati fuerunt : *Magis autem agebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac mulierum, ita ut in plateas efferrent infirmos, & ponerent in lectulis, ac grabatis, ut veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum.* Act. 19. v. 12. Applicatis sudarijs Pauli Apostoli infirmi sanati fuerunt, & dæmoniaci liberati. *Ita ut etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur.*

Probatur 2. ex SS. PP. Clem. Rom. lib. 5. const. Apost. c. 29. *Eorum qui apud Deum, de Reliquiæ quidem corporum sunt inhonorati; sicutdam Eliseus Propheeta, postquam defunctus est, mortuum suscitavit.* Quo honore Corpus S. Apostoli Petri sepultum fuit, habetur ex act. S. Marcelli Papæ & M. epist. 2. *Cum in cruce sic affixus, martyrium consumâset, à Marcello Presbytero ejus corpus curatum, aromatibusque conditum, magnificentissimè more regio, ne dum Judæo traditum sepultura. S. Dyonis Areop. lib. 7. Eccles. Hierarch. refert Summum Pontificem corpus Martyris, vel alterius Sancti reponere in locum pretiosum. S. Justin. M. Quæst. 28. Sanctorum corpora & sepulchra Martyrum demonum amoliantur.*

*liantur insidias, & morborum ab arte medicis  
comploratorum conferunt sanationem. S. Aug.  
epist. 103. Reliquias beati Martyris Step-  
hani non ignoras sanctitas vestra (sicut & nos  
fecimus) quam convenienter honorare debe-  
amus. Et lib. 22. de Civit. Dei c. 8. narrat duo  
miracula, quæ circa ejus Reliquias contige-  
runt; ut dum fœmina quædam cæca attactos  
flores apud eas oculis suis admovens, illicò vi-  
sum recepit. Et Episcopus Lucillus S. Pondus  
ferens à fistula, quâ laborabat, miraculosè sa-  
natus fuit. &c. Item serm. 39. de Sanctis, agens  
de vinculis S. Petri Apostoli: Meritò per om-  
nes Christi Ecclesias aurò pretiosius habetur  
ferrum illud pœnarium vinculorum. Si tam  
medicabilis fuit obumbratio visitantis, quan-  
tò magis catena vincientis? S. Basil. tractans  
verba: (Pretiosa in conspectu Domini mors  
sanctorum ejus) inter alia hæc habet. Mar-  
tyris ossa quisquis attigerit, ob gratiam cor-  
pori insidentem fit quodammodo sanctificationis  
particeps. S. Ambros. serm. 9. Si dicas mihi,  
quid honoras in carne jam resoluta, atque  
consumpta? respondeo: Honoro in carne mar-  
tyris exceptas pro Christi nomine cicatrices &  
honoro per confessionem Domini sacratos cine-  
res: honoro in cineribus semina aternitatis &  
honoro corpus, quod mihi Dominum meum  
ostendis diligere, quod demones reverentur,  
quod Christus honoravit in gladio, quod cum  
Christo regnabit in Cælo. S. Joan. Chrysost.*

*Hom.*

Hom. ult. in epist. ad Rom. *Quis* (inquit) *mihi nunc dabit circumfundi corpori Pauli, affigi ejus sepulchro, videre pulverem corporis ipsius?* &c. Et ne longior sim solum adjungo S. Hieron. qui Tom. 2. lib. 1. adversus Vigilantium c. 2. hæc scribit: *Dolet Vigilantius Reliquias pretioso operiri velamine, & non vel pannis, vel cilicio colligari, vel proici in sterquilinum, ut solus Vigilantius ebrius, & dormiens adoretur.* Ubi etiam pro exemplo & probatione honoris Sanctorum Reliquijs exhibendi adducit Constantinum Imperatorem, qui Corpora SS. Andreae, Lucæ, & Timothei Constantinopolim transtulit. Et Arcadium Imperatorem, qui ex Judæa ossa Samuelis Prophetæ in Thraciam transportavit. Ex quo factò infert. *Hinc ergo omnes idololatra? omnes amentes, qui Sanctorum Cineres collectas honorificè vasis aureis inclusos, vel velaminibus coopertos circumtulervnt? omnes mente capti, qui Sanctis illis obviam ivertunt &c?* Sed hæc sunt verba blasphemia impij Vigilantij. Dic tu & Lutheri & Calvinij, eorumque asseclarum, & quorundam nostrorum: quò ad ornatum.

Et certè non video, quomodo non eidem censuræ subiaceant, cui Judas subjacuit, qui livido oculo unguentum supra Christi pedes & caput à Magdalena effusum, sub prætextu melius fuisse factum, si venundatum fuisset datum, pretiumque ipsius pauperibus erogatum,

observavit, ut ita Christum ipsum honore illo privaret, loculosque suos impleret, fur enim erat: quod pium factum Salvator minimè reprehendit, licet esset misericordissimus erga pauperes, imò per totum orbem evulgandum ennuñciavit. Ita & illi sub hoc prætectu omnem ornatum à Templis, & Sanctorum Reliquijs auferre vellent: sed Judaicus est iste zelus eorum. Si etenim tantà erga pauperes charitate præditi sunt, cur ergo thecas aureas & argenteas pretiosis gemmis ornatas à Sanctorum Reliquijs, quibus inclusi erant, ablatas non distribuerunt pauperibus, sed sibi suisque familijs appropriarunt? Forsan & inter ipsos superflua rerum luxus non est & in domibus, & in eorum vestibus, maximè in altero sexu, cur hunc non temperant, & superflua tribuunt pauperibus? Qua ratione volunt, ut Reliquiæ Sanctorum, & quandoque ipsiusmet Christi ornamentis spoliarentur, & interim ipsi auro gemisque niteant? Cultus S. Reliquiarum stabilitur ex varijs etiam Concilijs, uti Nicæno II. act. 3. Gangrens. c. ult. Carthag. & alijs, ac novissimè Trid. insuper ex innumeris miraculis, quæ circa eas patrata fuisse tam in primitiva quàm moderna Ecclesia.

Probatur 3. ratione. Reliquiæ illæ fuerunt membra & organa animarum Sanctorum ad omne opus bonum, & instrumenta Dei ad miracula; ergo ut talia ratio & æquitas dicant honore & veneratione esse digna. Et si ipsemet Deus

Deus eas quandoque honoravit, cur id non liceat servis suis? Cineres sceleratorum meritò proijciuntur, non Sanctorum.

*Enucleantur argumenta adversariorum.*

Obijciunt 1. Matt. 23: v. 29. Lucæ 11. v. 47. reprehenduntur Judæi, quòd monumenta & sepulchra Prophetarum ornarent & edificarent. *Va vobis, qui adificatis monumenta Prophetarum*; ergo &c. Respondeo, Christum non reprehendisse Judæos, quòd honorem S. Martyribus & Prophetis deferrent, sed reprehendisse eorum hypocrisim, quam sub hac pietate occultabant, & non secuti fuerint vestigia illorum SS. Prophetarum, sed potius patrum suorum, qui eos occidebant. Et cur quæso adversarij sepulchra suorum ornant, quæ tamen corpora Sanctorum non continent?

Obijciunt 2. Deut. ult. v. 6. Deus corpus Moyfis abscondit. Et in epist. Judæ v. 9. habetur: cum diabolus de corpore Moyfis altercatur cum Michael, noluit illud ostendere, nè scilicet à Judæis adoraretur, ergo ex hoc patet, non licere Reliquias adorare. Respondeo, meritò Deum & Michaelem Archangelum abscondisse corpus Moyfis: quia facile Judæi illud cultu patriæ, vel alio indebito modo adorare poterant, utpote viri tam admirabilis, & propè divini; maximè cum alias nimis proclives erant



ad idololatriam. Hoc autem periculum apud Catholicos jam sufficienter instructos minime timendum est de veneratione Reliquiarum.

Obijciunt 3. Coloss. 2. v. 18. Prohibet Paulus omnem cultum arbitrarium, id est à Deo non institutum: cum ergo cultus Reliquiarum non sit institutus à Deo, sed ab hominibus, minime practicandus est. Respondeo, D. Paulum reprehendere cultum superstitiosum, quem & nos refutamus, uti vidimus Quæst. XLIII. in solutione objectionis 5. Deinde negatur, cultum illum, quem nos Reliquijs exhibemus, simpliciter esse institutum ab hominibus ob Textus in probatione conclusionis allatos.

Obijciunt 4. Multæ Reliquiæ sunt suppositiæ, & quidem aliquæ in tantâ multitudine & magnitudine, ut impossibile sit eas esse veras. Respondeo neg. anteced. loquendo de illis, quas Ecclesia, quæ hac in re Summam adhibet diligentiam, pro cultu publico exponit. Esto quod in privato quandoque errores contingere possint, quæ adorationes deinde non nisi materiales sunt, & semper ad ipsum terminant Sanctum. Uti etiam contingit, si Reliquiæ ejusdemque Sancti creduntur esse in diversis locis, & tam in uno quam altero loco adorantur, prout fit v.g. Pragæ in Boëmiâ & Gnesnæ in Polonia circa Reliquias S. Adalberti Episcopi & M. quas credunt habere Boëmi & Poloni in dictis locis, circa quas alius error non est nisi de singularitate materis, dum nimirum venerantes arbitrantur

Ee

hang

hanc esse materiam hujus Sancti; cum interest sit alterius Sancti: uti etiam contingit in multis incognitis Reliquiis, quæ ex Catacumbis eleuantur, & nominibus novis à Summis Pontificibus insigniuntur.

Obijciunt 5. Sanctorum Reliquiæ non sunt nisi cineres in vermes mutati, sed talibus honorem exhibere res planè est absurda; ergo &c. Respondeo, adorationis rationem terminari in excellentia ipsius Sancti, cujus sunt reliquiæ sic mutatæ: applica dicta SS. PP. in probatione Conclusionis adducta.

Nota pro fine, & resolutione aliorum quorundam argumentorum: Quia ob contactum eorum, quæ Sancti, vel ipsemet Christus attigerunt, varia adoramus, ut sunt Crux, spinea corona, lancea, tunica &c. Sectarij opprobrij causa inferunt: ergo etiam jumentum illud, cui Christus Jerosolymam ingrediens insedit, adorare deberemus: sed huic asinæ objectioni responsum relinquo asinæ Balaam; quasi verò per alios usus illicò non fuit profanata, uti & antecederet, ut per simplicem illum contactum postmodum moralis quædam excellentia debuisset durasse? Minus quoque adorari possent, imò potius detestari debent oſ Judæ, vel manus ligantium & crucifigentium Christum, si supposites essent; cum hæc & similia ob impietatem eorum ex contactu Christi nullam sanctitatem, imò sacrilegium contraxerunt. Tandem ad SS. quosdam PP. & Concilium Elibertinum, quos  
qui

Quidam obijciunt, quasi cultum sepulchrorum reprehendissent; Respondeo, PP. illos & Concilium loqui de cultu superstitioso & indebito juxta morem Gentilium, qui cereos & lumina iteò in sepulchris suorum mortuorum accendebant, quasi quid sensus adhuc haberent, & lumine indigerent, vel alijs rebus.

## QUÆSTIO XLVII.

*An Hæretici propter hæresim morte puniri possint.*

**S**ectarij de vi sibi à Principibus Catholicis, & maxime Summis Pontificibus ac Prælatibus illata variè in suis scriptis, ob quosdam è medio sublatos eorum socios conqueruntur. Ast si cuneum cuneo retundere vellem, longè majorem, imò & justissimam haberem conquerendæ rationem; cum quod à Catholicis in Hæresiarchas actum fuit, omni humanitate & justitia peractum fuit: quæ autem ab ipsis in Catholicos, in quos vim suam exercere poterant, non nisi singularem tyrannidem & sævitiam non minorem antiquis Tyrannis redolebant. Testes cum sufficientes sint tot innocentes ab ipsis crudelissimè cæsi sancti Martyres, tot exusta corpora, tot destructa Sacra Tempia, tot expulsi Religiosi & Religiosæ &c. calamum cohibeo, & ad Questionis punctum procedo, &

Dico, Haeticos morte puniri posse, & quandoque debere.

Probatur 1. ex S. Scriptura. Deut. 17. v. 12. *Qui autem superbiaerit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministras Domino Deo tuo, & decreto iudicis, moriatur homo ille, & auferes malum de Israel.* Deut. 13. v. 5. Prophetæ falsi iussi fuerunt à Deo interfici. Et 18. v. 20. *Propheta autem, qui arrogantia depravatus voluerit loqui in nomine meo, qua ego non praecepi illi, ut diceret, -- & interficietur.* Ita ad amissim præceptum hoc observârunt Elias, Josias & alij. 3. Reg. 18. v. 40. & 4. Reg. 10. v. 25. Matt. 7. v. 15. Christus vocat falsos illos Prophetas *lupos tapaces Fures & latrones* Joan. 10. v. 8. Gal. 5. v. 12. conturbatoribus fidelium ipsemet Doctor Gentium exoptat mortem. *utinam & abscindantur, qui vos conturbant.* Et Christus Matt. 18. v. 6. *Expedi ei; ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundam maris, qui scandalizat pusillos.*

Probatur 2. ex SS. PP. Hieron. *Resecanda sunt carnes: putrida & scabiosa ovis à caula repellenda, nè tota domus, massa, corpus & pecora ardeant.* Aug. supra Joan. prolixè probat, Imperatores & Principes bene agere, quòd adversus infideles & haeticos gladio utantur: dicit enim. *Nullus nostrum vult aliquem haeticum perire, sed aliter non merita habere pacem domus David: nisi Absolon filius*

*Vas ejus in bello esset extinctus: Sic Ecclesia, & aliquorum perditione ceteros colligit, dolorem materni sanat cordis tantorum liberatio populorum. Item lib. 1. c. 7. cont. Parm. & pluribus in locis. Juste hæretici puniuntur (subaudi mortis supplicio) Ita & alij SS. PP. Unde & diversi Imperatores, ut Theodosius, Valentinianus & alij extremo judicio tradendos hæreticos decreverunt.*

Probatur 3. ratione. Falsarij monetarum juxta leges morte plectuntur, ergo multò magis ea plecti possunt Hæretici, qui falsarij sunt veræ fidei & Scripturæ: alia similia argumenta facile depromi possunt ex locis S. Scripturæ citatis. Tum etiam ex ipsis adversarijs conclusio confirmatur: varij enim illorum postquam fortiores effecti publicis libellis processus contra Anabaptistas de capitali sententia defendunt, ut Brentius, Beza & alij. Imò & ipse Calvinus, qui Servetum Arianum comburendum procuravit apud Genevensem Magistratum, eumque publico libello de hoc facto defendit. Et in sua Harmonia Evangelica Sententiam S. Augustini contra Donatistas approbat.

### *Examinantur argumenta adversariorum.*

Obijciunt 1. Paulus Tit. 3. v. 10. Non iussit Hæreticos comburi, vel morte affici, sed devitare. *Hæreticum hominem post unam &*

438 *Quest. XLVIII. An Hæretici propter secundam correptionem devota, ergo &c.* Respondeo, tunc temporis, cum Principes & Imperatores necdum Christiani essent, alius modus non erat; ast immediatè postquam hi fidem amplexi fuerunt, eorum auxilium implorabant. Et nunc Ecclesia remedium hoc habens, ille utitur, adhibito prius omni debito correptionis & admonitionis modo, quo si nihil effecerit, eos sæculari castigandos tradit brachio, nè corpus integrum inficiant. Sed instant gladio spiritus, vel verbo Dei, & non gladio materiali vincendi sunt. Respondeo, id verum esse, sed si post alteram correptionem non resipuerit hæreticus, jam cum ipso non amplius disputandum est, imò devotandus: *quonia subversus est.*

Obijciunt 2. Per zizaniam intelliguntur hæreses, sed Christus non præcipit, ut eradicentur, sed ut sinatur crescere usque ad messem. *Matt. 13. 7. 30. Sinite utraq; crescere usque ad messem.* Respondeo, ex hac parabola cognosci, quid de zizania fieri debeat, scilicet ut comburatur: dicit ergo Magister usque ad tempus messis ut cresci permittatur ob periculum, nè simul & triticum eradicetur, quod periculum in extirpatione hæresum, vel Hæreticorum non est ijs jam perfectè cognitis, ut simul etiam triticum seu fideles eradicentur: & sic Passus iste nihil urget.

Obijciunt 3. *1. Cor. 11. 7. 19. dicitur: Nam oportet & hæreses esse, ut & qui probati sunt.*

*sunt, manifesti sicut in vobis.* Respondeo 1. Non absolute & necessario, sed ex hypothesis, scilicet spectata nostra inconstantia, humana infirmitate, & pronitate ad novitates, qua Corinthij laborabant. Respondeo 2. Oportet hæreses esse, sicut scandala necesse est evenire: supposita nempe malitia hominum: *Verumtamen va homini per quem scandalum venit.* Mat. 18. v. 7. ita & va homini per quem hæresis venit. Et si quæ utilitas ex hæresi venit, illa non est intenta ab Hæreticis: quia secundum S. Aug. intentio eorum est corrumpere fidem, quod utique maximi est nocementi, & ideo magis observandum est id, quod est per se de eorum intentione, quam quod præter eorum intentionem. Respondeo 3. Alios Passum hunc applicare ad contentiones, schismata & desidia.

Ad id, quod aliqui ex Paulo obijciunt 1. Cor. 5. v. 12. *Quid est mihi de iis, qui foris sunt judicare?* Respondeo, Apostolum ibi loqui de Paganis & infidelibus, qui nullo modo ad Ecclesiam spectant, & ideo ejusdem censuræ incapaces: non autem de Hæreticis & Schismaticis, qui licet ab Ecclesia avulsi sint, jure tamen ad Ecclesiam spectant ob Baptismum receptum, & ideo ab ea judicari & castigari possunt ad instar rei, qui ex carcere fugit, & retrahi.

Obijciunt tandem 4. vim & fidem fractam Joanni Hussio, & Hieronymo Pragensi, dum rogo adjudicati fuerunt. Respondeo: in tota pro-

processu memoratis Hæresiarchis nec minimam vim, aut injustitiam factam fuisse, sed adhibitam fuisse tam ab ipso Imperatore Sigismundo, Duce Bavariæ & Prælati omnibus Concilij Constantiensis omnem justitiam, benevolentiam & clementiam usque ad ultimam vitæ eorum periodum; dum patetnè & fraternè ad abjuratorem hæresis rogati & exhortati fuerunt, quam etiam uterque abjuravit, & de novo postmodum eandem iterum pertinaciter contestati & professi fuerunt, prout testantur Authores, qui acta hujus Concilij ut testes oculati scriptis publicis ediderunt. Ex eo autem, quòd adversarij probare volunt, injustè morti adjudicatum fuisse Hussium ob datum saluum conductum, nihil eos juvat: quia salvus conductus aliud non est, quam quædam securitas contra injustam violentiam *salvâ semper justitiâ*: uti etiam expressè se declaravit apud Concilium Imperator, quod & integerrimè observavit. Quòd autem deinde combustus fuerit, causa hujus erat ipsius pertinacia in hæresi jam abjurata, quæ per leges Imperatorias poenâ capitis plectitur. Posuisset insuper justissimè ad mortem damnari, quia contra expressam Imperatoris prohibitionem sub poena capitis sibi factam, fugam arripuit. Imò & lucidissimum argumentum, de non sibi violata fide pariter desumitur ex hoc, quòd nunquam de hoc conquestus fuerit, nec quidem dum jam ad mortem ducebatur, ubi multa adhuc contra Ecclesiam

Ro-



Romanam effugit, hæresimque suam stabilien-  
do & confirmando ad Christum appellavit. Et  
certè si quid hac in re peccatum fuisset, collega  
ipsius Hieronymus bene meminisset, nec obla-  
to à Concilio salvo conductu Nobiles Bohemi  
in illo comparuissent, si in Hussio vel Hierony-  
mo vidissent ijs fidem non fuisse observatam.  
Quòd autem pari supplicio Hieronymus puni-  
tus fuerit, causa erat, quia eodem modo ut  
Hussius fugam rapuit, & in hæresi æquè perti-  
pax remansit.

## Q U Æ S T I O XLVIII.

*An Princeps secularis possit esse Caput  
Ecclesie.*

Cùm hæc Quæstio non modicam connexio-  
nem cum sequenti habeat, ideò consultò  
de ea tractamus, ex illa enim non parùm cog-  
nosci poterit, quàm malè sibi moderni Sectarij  
ministerium verbi Dei approprient, tanquam  
legitimum illud haberent, dum illud à Principe,  
vel à Magistratu illis delatum fuit. In præsen-  
tiarum ergo videndum est, an Princeps sæcula-  
ris possit habere Primum, vel esse caput Ec-  
clesie.

Ante conclusionem prænotandum est,  
nos non agere hîc de potestate Ecclesiastica, seu  
Jurisdictione, quæ consistit in Sacramentorum  
confectione & administratione Baptismi, Eua-

charitatis, Sacrorum Ordinum, consecrationibus, benedictionibus, absolutionibus, suspensionibus, & quæ ad forum internum spectant, sed de potestate jurisdictionis exterioris, quæ spectant ad forum exteriorem, ut sunt Synodum convocare, in ea præsidere, causas audire, cognoscere, fidei controversias decidere, beneficia conferre, ministros verbi Dei constituere, leges Ecclesiasticas ferre, ac in omnibus, quæ ad potestatem Ecclesiasticam spectant, Judicem, supremumque caput agere. Hoc prænotato,

Dico, nullum Principem Sæcularem, minus ~~flammarum~~ *flammarum*, prout in Anglia jam bis successit, posse habere Primatum, seu esse caput Ecclesiæ in rebus Ecclesiasticis seu Jurisdictione immediatè ante descripta, de priori enim nulla est controversia.

Probatur Conclusio 1. ex S. Scriptura Deut. 17. v. 14. & sequentibus usque ad finem, in quo distinctissimè describit, quomodo eligi debet Rex, & qualiter se gerere debeat. Et inter alia expressè ordinat, ut à Sacerdotibus accipiat præcepta Legis Moyseicæ: quorum est judicare de lege & religione; nullumque verbum dicit ad Regem spectare jurisdictionem illam. Et in eodem c. v. 8. præcipit. *Si dissi-*  
*ficite et ambiguum apud se judicium esse per-*  
*spexeris inter sanguinem et sanguinem*  
*veniensque ad Sacerdotes Levitici generis &c.*  
Non ad Principem Sæcularem. 2. Paral. 19.  
v. 11. *amarias Sacerdos et Pontifex vester,*  
*in*

*In his, qua ad Deum pertinent, praevaldebit.*  
Quid clarius? In novo Testamento Christus Petro dixit: *Pasce oves meas: Tu es Petrus non Regibus aut Principibus Saecularibus.* Act. 20. v. 28. *Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Non Principes. Ephes. 4. v. 11. *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores et Doctores ad consummationem Sanctorum in opera ministerij in edificationem Corporis Christi.* Ubi quaeso mentio de Regibus? Vide Quaes. III. V. & IX.

Probatur 2. ex SS. PP. Ignatius discipulus S. Joannis Evang. epist. ad Philadelphios ita scribit: *Principes subditi estote Caesari, milites Principibus: Diaconi Presbyteris, Presbyteri vero et Diaconi atque omnis Clerus simul cum omni populo et militibus atque Principibus, sed et Caesare obediant Episcopo, Episcopus vero Christo.* Hosius Episcopus Cordubensis, qui primo Concilio Nicano interfuit, Imperatori Constantio Ariano scripsit: *Ne te misceas Imperator rebus Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere praecipe, sed potius ea a nobis discere. Tibi Deus imperium commisit, nobis qua sunt Ecclesia concredidit. Cave, ne qua sunt Ecclesia ad te trahens magne crimini obnoxius fias.* Contra quem & scribunt alij SS. PP. ut Athanas. in epist. ad solitar.

litat. vitam agent: in qua & Antichristum ipsum vocat. *Quid hic (ait.) quod Antichristi sit, omisit? siquidem tam denuo in locum Ecclesiastica cognitionis suum Palatium tribunal earum causarum constituit, seque earum litium suum Principem & authorem facit.* Eundem reprehendunt S. Hilarius libro contra eum scriptum. Item S. Leontius Episcopus & M. S. Ambros. epist. 33. ad Marcellin. forem suam de Imperatore Valentiniano memorat, se eum ita allocutum fuisse. *Noli te gravare Imperator, ne putes te in ea, qua divina sunt, imperiale aliquod jus habere.* Et paulo post. *Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesia, publicarum tibi mœnium jus commissum est, non sacrorum.* Plura in Quæst. superiùs citatis.

Probatur 3. ratione. Si Rex aut Princeps Sæcularis in Ecclesiam jurisdictionem superiùs memoratam haberet, illam vel deberet habere jure divino veteris vel novi Testamenti, vel jure humano, sed nec ex uno, nec ex altero illam habet, ut partim jam vidimus, & in progressu solutionum objectionum immediatè videbimus, ergo &c. Jam itaque.

### *Exploduntur argumenta adversariorum.*

Obijciunt 1. 2. Paral. 19. v. 8. dicitur. In Jerusalem quoque constituit Josaphat Levitas,  
&

& Sacerdotes, & Principes familiarum: sicut ergo hic, ita & alij Reges id facere possunt. Respondeo, Regem Josaphat non creasse vel consecrassse Levitas aut Sacerdotes, sed jam creatos constituisse & designasse suis locis ad docendum populum, uti patet 2. Paral. 17. v. 7. quod ultra etiam concedimus, & non infrequenter adhuc fit: in quo actu nulla exercetur jurisdictio Ecclesiastica.

Objiciunt 2. Rex Salomon extruxit Templum, Deoque dedicavit; 1. Paral. 28. v. 6. Et 2. Paral. 6. v. 10. sed talis actio sine primatu Ecclesie nequit fieri, ergo &c. Respondeo negando min. Quot etenim alie personae private non aedificaverunt Tempia, & tamen ob hoc quis eis tribuit regendae Ecclesie auctoritatem? Et caeremoniae, quae in dedicatione interveniunt, uti eas videre licet; 1. Esdrae 6. v. 16. 1. Machab. 4. v. 36. nullum sapiunt Primatum.

Objiciunt 3. Rex Josias 4. Reg. 22. & 23. legitur multa fecisse propria Sacerdotis officio, ut dum inventum librum Moysis curavit legi coram populo, foedus novum cum Domino iniit, populumque ad hoc adstrinxit: Summo Sacerdoti & reliquis inferioris Ordinis praecipit comburere vasa Baal oblata, destruere excelsa, ac multa alia pro reformatione Religionis instituit, ergo &c. Respondeo, haec omnia Regem illum fecisse sanctissime: attamen non sequi, ea ad ipsum solum tanquam supra-

mum caput spectasse. Sic etiam quod Ezechias serpentem æneum confregerit, æquè id potuissent fecisse alij, quia omnibus præceptam erat à Deo, ut idololatriam tollerent Deut. 7. v. 5: *Aras eorum subvertite, et confringite statuas, lucosque subcidite.* Nulla hîc mentio de Rege solo: cur autem eum confregerit, rationem dedimus supra Quæst. XLV. in objectione 2.

Urgent tamen: deponere Summum Sacerdotem ab officio, aliumque loco ipsius substituere solius est jurisdictionem supremam habentis; sed hoc fecit Rex Salomon 3. Reg. 2. v. 27. deponendo Abiathar, & substituendo Sadoc. Respondeo 1. Salomonem dictum Summum Sacerdotem ob conspirationem contra se factam tanquam reum capitis deposuisse; quia in veteri lege magis observante temporalia, quam spiritualia in rebus politicis & criminalibus Regibus Sacerdotes subjecti erant: & hi è converso eisdem in Spiritualibus. Respondeo 2. Salomonem deposuisse ac in exilium misisse Summum illum Pontificem non tam ut Rex, quam ut Propheta ad adimplendam Samuelis Prophetiam de transferenda Sacerdotij dignitate ex familia Heli ob filiorum suorum peccata 1. Reg. 2. v. 31. ex qua Abiathar erat.

Respondeo 3. Verum esse, id Salomonem fecisse, an autem bene, non constat ex Scriptura: Nec refert, cum correptus non legatur, ideo

ideo subito inferri debere, ergo cum bene fecisse. Sic 2: Machab. 14. v. 42. & sequent. legimus Raziam, gladio & praecipitio se occidisse, ita & mortem Samsonis Jud. 16. v. 30. Est tamen non scimus an bene fecerint. Alia argumenta, quae ex novo Testamento adducunt facile solvi possunt ex Quaest. III. V. & IX.

Non tamen in mentem veniat adversariis, quasi inferre vellem, Reges & Principes saeculares nihil habere, quod cum Ecclesia agant. Est enim illorum quam maximè proprium defendere, protegere, & augmentare veram fidem & Religionem exemplò Sanctorum illorum Regum antiquorum, & Imperatorum Constantini Magni; Theodosij Arcadij aliorumque innumerabilium Principum & Regum, non autem convocare Synodos, controversias fidei decidere, Episcopos aut Sacerdotes creare, deponere, excommunicare &c. Similia enim non nisi ad Ecclesiasticos pertinent; & semper gravissimè à Deo puniti fuere, qui munia Ecclesiastica sibi arrogaverunt.

## QUAESTIO XLIX.

*An Lutherus & Calvinus cum suis Veri & legitimi fuerint Ministri & Pastores, vel esse possint.*

**E**Xtra controversiam est, non sufficere, ut quis legitimus sit, Pastor & Minister Ecclesiae.

cloſiæ, ut tantum neceſſariâ doctrinâ & virtutibus inſtructus ſit, ſed requiritur, ut ad hoc munus electus, ordinatus, vocatus & miſſus ſit. Eſt autem duplex miſſio vel vocatio: *Ordinaria & Extraordinaria*. Ordinaria eſt, quæ fit ex inſtitutione divina ab hominibus, ad quos ſpectat tale munus, ut ſunt Summus Pontifex, Epifcopi &c. Extraordinaria, quæ fit immediatè ab ipſo ſolo Deo, prout vocati & miſſi fuerunt Moyſes, Aaron, Joſue & cæteri Prophetæ in Teſtamento veteri, & in novo ipſemet Chriſtus, & ab ipſo Apoſtoli & diſcipuli. Hiſ notatis.

Dico, nec Lutherum, nec Calvinum, aut alios eorum Miniſtros ſeu Superintendentes legitimè fuiſſe vocatos vel miſſos, & conſequenter non fuiſſe veros Miniſtros aut Paſtores Eccleſiæ.

Probatuꝛ i. ex S. Scriptura in qua expreſſè Eleſtio, Miſſio & vocatio pro legitimo miniſterio requiruntur. Matt. 10. v. 16: *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum.* Et ca. 28. v. 19. *Sicut miſi me Pater, & ego mitto vos.* Luc. 6. v. 13. *Et cum dies factus eſſet, vocavit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis.* Joan. 15. v. 16. *Ego elegi vos, & poſui vos, ut caris & fructum afferatis.* Act. 20. v. 28. *Attendite vobis, & uniſerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epifcopos regere Eccleſiam Dei.* Rom. 10. v. 14. *Quomodo prædicabunt, niſi vocentur?* Hebr.



§. V. 4. *Nec quisquam sibi sumit honorem ; sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Ephes. 4. v. 11. *Et ipse dedit quosdam quidem apóstolos, quosdam autem Prophetas ; alios vero Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores.* Et hæc electio, vocatio & missio Apóstolorum fuit extraordinaria ; quia immediate facta fuit ab ipso Christo cum dono miraculorum confirmante eorum doctrinam, uti passim legimus in Evangelijs & Actibus Apóstolorum : qui deinde successivè elegerunt alios atque alios discipulos, quos in Pastores & Episcopos consecrârunt : ut Act. 1. v. 23. *Et statuerunt duos Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est justus. & Matthiam.* Act. 14. v. 22. *Paulus & Barnabas pro locis Lystræ Iconij & Antiochiæ consecrârunt Presbyteros.* *Et cum constituerent illis per singulas Ecclesias Presbyteros.* Paulus Tito suo, quem Insulæ Cretenâ Episcopum reliquit, præcipit, ut constituat Presbyteros vel Episcopos per singulas Civitates Tit. 1. v. 5. *Hujus rei gratiâ reliquit te Creta, ut ea quæ desunt, corrigas, & constituas per Civitates Presbyteros.* Timotheum etiam admônet, ne manus citò alicui imponat: 1. Tim. 5. v. 22. *Manus citò nemini imposueris.* Et ca. 4. v. 14. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterij. & alibi.*

ff

Pro

Probatur 2. ex SS. PP. Quaestione anteced. & alijs maximè Quaest. XXXIII. cir. qui omnes profitentur neminem esse posse ministrum Ecclesiae aut Pastorem, quin legitimè ordinatus & missus sit. Id ipsum colligimus etiam ex Canonibus Apostolorum, varijs Concilijs signanter Nicæno I. in quo expressè præcipitur Episcopum deberi ordinari à tribus Episcopis. &c. sine quibus juxtà D. Hieron. lib. contra Lucifer: scribens dicit: *Ecclesia non est, qua non habet Sacerdotium.* Et S. Cyprian. epist. 9. lib. 4. *Ecclesiam (ait.) esse plebem Episcopo adunatam, et Episcopum esse in Ecclesia et Ecclesiam in Episcopo.*

Probatur 3. duabus rationibus. In regimine politico nullus ad administrationem assumitur, nisi prius debitè & legitimè ad hanc vocatus & electus sit, ergo etiam imò multo magis in regimine Ecclesiastico, & cura animarum. 2. Ut legitimus quis esse possit pastor vel minister Ecclesiae, debet esse vocatus vel modo extraordinario, ut Apostoli, vel modo ordinario à Deo instituto mediantibus suis legitimis ministris potestatem conferentibus; cuiuscunque ergo unus ex his modis deest, legitimus pastor esse non potest: cum alius modus assignari non possit.

Ex quibus proinde optimè inferitur, nec Lutherum aut Calvinum, eorumque affectas legitimos & veros fuisse vel esse Pastores aut ministros Ecclesiae, sed esse eos de quibus Christus

**H**ic dicit Joan. 10. v. 1. *Amen amen dico vobis: qui non intras per ostium, in ovile ovium; sed a iunde ascendit, ille est fur et latro; quia scilicet non fuerunt debite vocati: non enim extraordinarie ut Apostoli & antiqui Prophetæ, quia ad exempla eorum doctrinam suam neque signis & miraculis confirmarunt, ut vidimus Quæst. I. nec ordinarie: quia à nullo Summo Pontifice, vel Episcopo aut alio auctoritatem habente ad hoc vocati, vel missi fuerunt, ut doctrinam novam, vel jam sæculis præteritis condemnatam, sacrilegam & adulteram seminarent, prout fecerunt cum tanto proh dolor! animarum interitu. Jam*

*Discutiuntur argumenta adversa-  
riorum.*

Objiciunt 1. S. Joannem Baptistam, qui non obstante sua extraordinaria vocatione nullum tamen signum & miraculum ad probandam suam doctrinam edidit, ergo necesse non, est ut illa semper miraculis confirmetur. Respondeo: dato eum signis & miralis prædicationem suam non confirmasse: Nec etiam opus erat, quia eam legitimavit ipsemet Magister, eamq; quam sufficientissime authenticam demonstrarunt ipsis nativitas & Sanctitas vitæ, ex quibus si quid Pseudo-Pastores Lutherus & Calvinus habuissent, fides eorum verbis dari posset. Vide plura de hac objectionem Quæst. I.

Objiciunt 2. maximè recentiores Lutherani & dicunt vocationem Lutheri fuisse partim extraordinariam, & partim ordinariam. Extraordinaria, quia à Deo ad reformandam Ecclesiam, ad detegendum Antichristum ejusque excutiendum jugum, & efficiendos liberos Christianos &c. excitatus fuit, talemque extraordinariam vocationem evidentibus signis, quæ constringunt, suisque simplicibus proponunt, probare conantur: Et sunt hæc 1. Puritas ipsius doctrinæ, & conformitas cum S. Scriptura. 2. Excellentia donorum, quibus *electum illud org. num.* Deus ditavit. 3. Singularis successus & efficacia in animarum conversione. 4. Imò & Prophetiæ quædam Apoc. 11. v. 3. & c. 14. v. 6. de testibus, de Angelo habente Evangelium æternum. Tum in Hymno SS. Ambrosij & Augustini sub Chronographicis vocibus tibi Cherubim, & Seraphim Incessabili Voce pro Clamant, initium ipsius prædicationis exprimentibus. Quam frivola autem ac falsa ac blasphemata sint hæc paulatim examinari & refutari debent. Inprimis enim, quæ puritas doctrinæ Lutheri est illa, quæ conspiratio & conformitas cum Scriptura, quæ eidem totaliter adversatur? uti hucusque in omnibus Quæstionibus patenter vidimus. Quæ excellentia donorum? quibus in perniciem sui ipsius, aliorumque innumerabilium hic ex lex abusus est, dum cognitionem verum & eloquentiam suam in Reges & Principes,

pos. Summósque Pontifices imò & ipsos Sanctos carpendos, traducendos, lacerandos & contemnendos impendit? Imò & multa dona, quæ forsan ante apostasiam habebat, ut paupertatem, castitatem, obedientiam, humilitatem, patientiam, modestiam, sobrietatem &c. nonnè postmodùm omnia hæc perdidit? De felici successu sui Evangelij nihil est, quod jactent, non enim majorem successum habuit, quàm lex & doctrina Mahumetis, imò multò minorem. Et quis hanc ob causam, eam dicet veram & legitimam esse legem? Citò Lutheri Evangelium se diffudit, quia ejus prædicatio & doctrina grata erat carni & sanguini, quia Ecclesiastica beneficia & bona Ecclesiarum & Monasteriorum licentiam surripiendi Principibus conferebat, eaque sibi suisque appropriandi, prout placuerit, uti etiam id egregè observârunt &c. Quæ de Apocalypsi allegant, quilibet loca citata legens clarè cognoscere poterit, quàm falsè sibi verba illa applicent. In cujus honorem deinde Sancti illi Doctores Hymnum illum cantârint, an in honorem Dei, an in honorem futuri Lutheri, res sole clarior est, unde non nisi impudentissima est illa applicatio.

Ordinariam etiam fuisse ipsius potestatem probant ex accepto doctoratûs gradu, & auctoritate antea concessa de prædicando verbo Dei; sed nullum est hoc argumentum, quia potestas, quam inter Catholicos & à Ca-

tholicis Episcopis accepit, eo modo accepit, quod solet ab eis conferri, sed non solet conferri alio modo, quam fieri debet, id est cum debita obedientia & reverentia erga Ecclesiam. cum autem contra hanc se erexerit praedicando doctrinam plane contrariam, potestas praedicta suffragari nequit, utpote quae ipsi ad talem finem data non fuit: ergo necesse est ad demonstrandam legitimam suam missionem, ut Lutherus sui que monstrant aliam potestatem, quam praedictam, sed aliam assignare nequeunt; cum post Apostasiam à nemine alio modo ordinatus & vocatus fuerit, & ipsi adversarii nec aliam adducunt, sed haec non suffragatur (uti vidimus) nec altera extraordinaria, restat itaque se nullo modo fuisse vocatum, sed propria auctoritate se intrusisse, & consequenter ministerium ipsius, eorumque omnium, qui illud ab eo acceperunt, esse nullum & invalidum: utpote à nemine collato.

Sed instant dicendo: *Nos legitime vocati sumus à populo & Magistratu, & ab eis Episcopatum accepimus, & nos non intrusimus.* Sed ubi in S. Scriptura unquam legitur, Magistratum creasse Episcopos vel Sacerdotes? Contrarium patet in Apostolis, qui soli creaverunt Episcopos, & isti successivè alios & alios. Nec unquam auditum fuit Imperatorem vel Principem Saecularem Sacerdotem quemdam creasse, vel Episcopum, cum Spirituali potestate careant, uti probavimus

Quaest.

Quæst. anteced. Et apertè constat ex c. 20. Joan. v. 21. Ubi Christus dicit, se suos discipulos mittere, sicut erat missus ipse à Patre: sicut ergo ipse missus est à Patre ad regimen Spirituale, ut supremus Pastor, & ad hoc etiam elegit Apostolos, solisque hanc potestatem Spiritualem tradidit, & hi vicissim alijs eam communicarunt; ita etiam usque ad consummationem sæculi hæc potestas non nisi in ministris debitè descendantibus & ordinatis perseverat, & non in Principibus Sæcularibus, quibus nec à Christo, nec ab Apostolis ita tradita fuit.

Non negatur tamen electionem ministrorum, quod Calvinus in suis Instit. contra nos argere videtur, variam in Ecclesia varijs temporibus fuisse: quandoque enim totus Clerus, quandoque Imperator, quandoque & populus Episcopos eligebant; attamen potestatem & jurisdictionem nunquam ab eis accipiebant, sed vel ab ipsis immediatè Apostolis vel ab alijs successivè Episcopis & Summis Pontificibus, uti ex eorum vitis constat, quos & quantos per varia loca ordinarint Episcopos, incipiendo à D. Petro, Lino, Cleto &c. usque ad præsentem. Et sic hoc dictum nihil Sectarijs patrocinatur, sive Episcopi vel ministri subalterni electi fuerint à populo, vel Imperatore: cum nunquam probare possint, taliter eligentes simul etiam contulisse potestatem Spiritua-

E f 4

lem,

am, quæ ad legitimam prædicationem Verbi Dei & Sacramentorum administrationem omnino necessaria est.

Calvinus lib. 4. Instit. c. 1. n. 18. eum Beza, Brenzio & alijs fatetur quidem necessariam ad legitimum ministerium verbi divini vocationem illam, quæ ab hominibus vocantibus & eligentibus fieri debet; attamen cum distinctione: ubi nimirum Ecclesiæ jam constitutæ sunt, ubi autem illæ destructæ, vel sub tyrannide Antichristi depressæ jacent, sufficit illa immediata vocatio à Deo: ex qua distinctione deinde cum dictis affectis vocationem suam legitimam fuisse, ac ritè assumptum ministerium verbi Dei contendit; cum tempore suo vix vestigium veræ Ecclesiæ superfuerit, imò suppressæ à Papæ tyrannide jacebant. Sed quàm falsa & præsumptuosa hæc sit ipsius prætensio paululum examinanda est. Inprimis enim, ut supra deberet hanc suam extraordinariam vocationem probare signis & miraculis, uti fecerunt Apostoli immediate à Christo vocati hoc extraordinario modo, & missi. Secundo, Nunquam Deus immediate quempiam ad verbi sui ministerium vocavit, quin mediante Ecclesia missus non fuerit, uti exemplum habemus in Paulo, licet vocatus fuerit ab ipso Deo ad Apostolatus munus, tamen segregatus fuit jubente Spiritu S. & dimissus cum Barnaba per manuum impositionem Act. 13. v. 2. & sequent. *Segregate mibi Saulum*



*& Barnabam in opus, ad quod assumpti eos. Tunc jejunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Tertio sequeretur: quemcunque alium Sectarium prætexere posse hanc immediatam vocationem ad reformandam Ecclesiam, & ad deprimendam tyrannidem Antichristi, & sic Religio nostra in continuis incertitudinis fluctibus nataret: cum quilibet audiri prætenderet. Tandem etiam falsissimum est, Ecclesiam ita collapsam fuisse ac depressam, ac collabi posse, quin non semper veri fuerint Episcopi & Doctores, ut indiguerit ad eam restaurandam ministris similibus, ut Calvinus & Lutherus erant, qui blasphemam & corruptam eorum doctrinam eam deformarunt. Cum itaque nec sibi nec suis ab ullo Episcopo manus impositæ fuerint, quam impositionem tamen ut rem necessariam agnoscit lib. 4. Inst. c. 5. n. 15. scribit enim: licet nullum extet præceptum de manuum impositione, quia tamen fuisse in perpetuo, usque Apostolis videmus, illa tam accurata eorum observatio præcepti vice nobis esse debet. eumque à folis Episcopis fieri debere æquè facitur his verbis: Hoc postremum habendum est, non universam multitudinem manus suis imponisse ministris, sed solos Pastores, idest Episcopos: sequitur æquè ipsius uti Lutheri, & eorum affectarum vocationem non nisi imaginariam esse: optimèque sibi convenire, quæ in comment: suo habet supra passum: Bem. d. d.*

*Et is qui venit in Nomine Domini. In nomine  
 he Domini (ait.) venit, qui non temerè se in-  
 gerit, neque honorem falsò usurpat, sed ritè  
 vocatus, Deum habet actionum suarum Du-  
 cem et authorem. Competit elogium hoc in  
 omnes legitimos Dei ministros. Et paulò post  
 Jam quia Pseudo propheta superbe nomen Dei  
 factant, et fallaces pro textu se vendicant,  
 qui tamen diaboli impulsu ad perdendam Ec-  
 clesiam feruntur, audienda est antithesis, ut  
 Dominus eos diffidet, ac in nihilum redigat.  
 Hucusque egregiè ore proprio fatetur, qualis  
 minister sit: & qualis ille, tales & sui succes-  
 sores.*

Hæ itaque celebriores sunt fidei contro-  
 versæ, quæ inter nos & A catholicos dispu-  
 tantur, alias quasdam etiam in subsequenti-  
 bus Quæstionibus agendo de Controversijs Græ-  
 corum & Hebræorum tangemus: pro nunc  
 præsentibus sufficiant, dum ad Græcorum erro-  
 res progredimur. Quare

Prænotandum ante Photij Laici tempora,  
 qui se circa annum 856. contra Canones vi &  
 fraude in Sedem Constantinopolitanam intru-  
 sit, Ecclesiam Orientalem cum Romana semper  
 unitam extitisse in eadem fide & Religione sub  
 uno capite Summo Pontifice Romano: quia  
 autem dictus Photius à Summo Pontifice Leo-  
 ne, ejusque successoribus justissimè excommu-  
 nicatus fuit, Schisma in Ecclesiam iniecit, va-  
 rias

nasque hereses docere incepit, quas videre poteris in Catalogo Hæreticorum sub proprio nomine: inter quas, cum jam plures tractate fuerint, utpote communes cum nostris Novatoribus, ut de Primatu Papæ, de Purgatorio &c. in præsentiarum residuas celebriores examinabimus, quas in quatuor Quæstiones dividemus. Unde fit

## QUÆSTIO I.

*An anima Sanctorum ante universale  
iudicium visione Dei fruantur.*

**N**Egant Græci animas Sanctorum frui gloria coelesti ante adventum Judicis & Salvatoris nostri, quibus adstipulantur Lutherus & Calvinus lib. 3. Inst. c. 25. n. 6. ubi dicit: *Stultum & temerarium esse inquirere, an Sancti coelesti gloria jam fruantur.* Et subjungit: *Inter ea cum Scriptura ubique jubeat pendere ab expectatione adventus Christi, & gloria coronam eo usque differat, contenti simus his scribis divinis nobis prescriptis, animas piorum militia labore perfunctas in beatam quietem concedere, ubi cum felici latitia fruitionem promissa gloria expectant, atque ita omnia teneri suspensa, donec Christus appareat redemptor.* Contrà quos more solito veritas Catholica probanda est ex S. Scriptura, SS.

SS. PP. Concilijs & rationibus, ac argumentorum contrariorum solutionibus: quare

Dico, animas Sanctorum post mortem immediate frui gloria cœlesti, & non expectare extremum iudicij diem.

Probat̃ur 1. ex S. Scriptura. Levit. 19. v. 13. Prohibet Deus differri mercedem operarij: *Non morabitur apud te opus mercenarij sui usque mane.* Cur ergo Deus per tot sæcula eam Sanctis differre deberet? Impij statim post mortem solvunt pœnas Job. 21. v. 13. *Uisunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt,* ergo etiam à contrario Sancti statim recipiunt gloriam æternam. Lucæ 16. v. 22. *Mortuus est dives & sepultus est in inferno in tormentis, in flamma.* Lucæ 24. v. 43. *Hodie mecum eris in Paradiso.* Joan. 14. v. 3. & 4. *Vado vobis parare locum . . . & accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis.* Joan. 17. v. 24. *Volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam.* Act. 7. v. 60. Stephanus videns cœlos apertos, & gloriam præparatam, animam jam jam rediturus exclamavit: *Domine Jesu suscipe spiritum meum.* 2. Cor. 5. v. 1. *Si terrestris domus nostra dissolvatur, habemus ex Deo domum non manu factam æternam in cœlis.* v. 8. *Voluntatem habemus peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Dominum.* Philip. 1. v. 23. *Desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo.* Hebr. 12. v. 22. *Accessistis ad Ecclesiam*  
pri:

*primitivorum in caelis. Apoc. 7. vidit Joannes urbem magnam, quam dinumerare ne-  
mo poterat - - - stantes ante thronum &c.*

Probatur 2. ex SS. PP. Ambros. epist. 87. de SS. Protasio & Gervas. dicit, eos esse plenos luminis & fulgoris æterni, eorumque corpora in terra, animas in caelo esse. S. Joan. Chrysof. serm. cujus titulus est, quod oportet flere peccatores. *Oblectamur in commemoratione iu-  
storum non solum viventium, verum etiam  
mortuorum - - - beati qui ad Christum pro-  
fecti sunt - - - iusti autem sive hic, sive ibi  
apud regem sunt, ibique magis propè sunt, non  
per speculum, non per fidem, sed facie ad fa-  
ciem. S. Gregor. Nazianz. in fine orat. in D. Cy-  
prianum. Et Sancta (inquit) Trinitatis splendo-  
rem cui nunc assides. S. Aug. lib. 20. de Civ.  
Dei c. 24. Per ipsum vos rogo (ait interpellan-  
do Sanctos) qui vos elegit, qui vos tales effe-  
cit, de cuius pulchritudine jam satiamini, de  
cuius immortalitate jam immortales facti,  
de cuius beatissima visione semper gaudetis.  
S. Gregor. lib. 4. dial. in respons. ad Petrum eius  
Archidiaconum. Et tamen luce clariùs con-  
stat, quia perfectorum anima mox, ut huius  
carnis claustra exeunt, in caelestis Regni Se-  
dibus recipiuntur. Ita & cæteri SS. PP. &  
maximè Concil. Florent. Sess. ult. & Trid.  
Sess. 25.*

Confirmatur tandem ex ipsis Græcorum  
Hymnis & Canticis, quibus in Ecclesia utuntur.

& de Sanctis clarè eorum visionem beatificam protestantur, quos si videre libet per longum recitat Gennadius Scholarius sect. 5. tractans de fruit: Sanctorum C.IV. pag. 184.

Probatur 3. rationibus jam supra adductis de mercede non differenda, de poenis immediate infligendis damnatis. Tum etiam Deus est prior ad præmiandum, quàm ad puniendum, ergo &c. Tum quomodo animæ illæ possunt esse beatæ, nisi fruantur visione beatifica, in qua earum beatitudo essentialiter consistit. Tum tandem *spes, quæ differtur affigit animam* Prov. 13. v. 12. ast non convenit, ut justii affigantur, ergo &c.

### *Refutantur argumenta adversariorum.*

Obijciunt 1. Varii PP. docuerunt, & maxime Summus Pontifex Joannes XXII. animas justorum ante extremum judicij diem non frui visione beatifica. Respondeo, id verum esse, sed antequam hoc determinatum fuit ab Ecclesia. Respondeo 2. dictum Joannem id non docuisse, ex cathedra loquens, sed ut Doctor privatus, in quo erravit; vel si mavis sententiam illam solummodo proposuisse Doctoribus Parisiensibus absque sua decisione. Tandem etiam aliqui reconciliari possunt dicendo: eos loqui de beatitudine completa animæ & corporis, quæ utique non gaudent, nisi post resurrectionem.


Obji-

Obijciunt 2. Apoc. 6. v. 9. dicitur. *Vidi sub altari animas interfectorum propter verbum Dei*, ergo animæ Sanctorum non sunt in coelo, sed delitescunt sub altari, ergo &c. Respondeo, locum esse pro nobis, subjungitur enim: *& clamabant magna voce . . . Et data sunt illis singula stola alba*, Per quas intelligitur beatitudo. Et clamabant quoque pro altera stola, scilicet beatitudine etiam corporum suorum, ad quod ipsis responsum factum fuit, ut expectent, scilicet resurrectionem corporum, quæ in die iudicii continget. Per altare intelligitur Christus, sub cuius protectione & gloria animæ illæ beatæ existunt.

Obijciunt 3. Chiliastæ seu Millenarii (de quibus in Catalogo Hæret.) Illud ex Apoc. c. 20. v. 6. *Beatus Sanctus, qui habet partem in resurrectione prima; in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt Sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum eo mille annis; ex quo capite docent, Sanctos cum Christo regnatos mille annis Jerosolymis in Summis delitijs & tranquillitate, & demum ijs finitis, & peracto finali iudicio transferri in cœlestem gloriam, pro quorum annorum intellectu recurrendum est ad expositores, quorum quia varia & multiplex est expositio brevitas causa lectorém ad eos remitto; intersimque nobis sufficiat decisio & definitio Ecclesiæ de immediata fruitione visionis beatificæ Sanctorum.*

Obijciunt 4. Parabolam Matt. 20. v. 8. *Cum serò factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo; voca operarios, & redde illis mercedem.* Ubi per *vesperam*, intelligunt resurrectionem mortuorum, & consummationem sæculi, & per *operarios* Sanctos &c. Respondeo, in Parabolis observandum esse scõpum & finem, & non circumstantias: dicit ergo Christus in parabola illa primos fore novissimos, & novissimos primos, id est Judæos, qui primi conducti sunt ad vineam Domini, & portarunt pondus & æstum legis Moyseicæ non plus accepturos, quàm Christiani, qui novissimi venerunt, & hoc pondus non portarunt.

Obijciunt 4. Dies remunerationis & pœnæ est extremus judicij dies. Respondeo, quò ad perfectam & completam remunerationem animæ & corporis concedo; interim tamen non sequitur: animam non posse frui gloria cœlesti. At instant: nec Anima Christi immediatè cœlos ascendit, ergo multò minus animabus Sanctorum id concedi debet. Respondeo, loquendo de cœlo materiali id verum esse, attramen immediatè visione beatifica gaudebat anima ipsius, sicuti ergo hæc, ita & animæ Sanctorum.



QUÆ.



## QUÆSTIO II.

### *De Limbo Sanctorum Patrum.*

**A**rticulum fidei esse constat ex Symbolo Apostolorum : Christum quò ad animam post mortem suam ad Inferos descendisse. Quid autem propriè intelligatur per descensum illum ad Inferos, & ad quos inferos, varij circa hoc sunt Hæreticorum errores. Quidam enim non nisi metaphoricum descensum intelligunt, quasi descendere idem sit; quod mori, interire: Alij sepulturæ tradi, Alij ut Heidelbergenses Quæst. 44. volunt *Christum descendisse ad inferos; id est inenarrabilibus animi angustijs, cruciatibus & terroribus in cruce demersum fuisse.* Alij tandem ut Calv. lib. 2. Inst. c. 16. n. 10. & subsequ. Christum descendisse ad inferos pœnasque damnatorum sustinuisse: scribit enim hoc modo: *Eum oportuit cum inferorum copijs æternæque mortis horrore quasi confertis manibus luctari.* Et paulò infra. *Ergo si ad inferos descendisse dicitur, nihil mirum est, quum eam mortem pertuleris, qua sceleratis ab irato Deo infligitur.* Præter hunc locum ergo damnatorum, aliàs etiam Gehennam, SS. PP. & Doctores assignant circa centrum terræ alia tria subterranea loca: scilicet limbum puero- rum, qui cum solo peccato originali ex hac vita discesserunt: Alterum Purgatorium: Tertium

tandem, de quo inpraesentiarum limbo nimirum SS. PP. in quo illorum animæ ante adventum Christi recipiebantur, ac sine ullo dolore placitè & quietè redemptionem expectabant: qui locus alioquin etiam in Scriptura *Sinus Abrahæ vocatur*. His notatis quæritur itaque ad quem locum ex his post mortem Christi anima ejus descenderit.

Dico, Christi animam post mortem verè & realiter tantum ad limbum SS. illorum veterum PP. descendisse, ibique cum illis triduo illo mansisse, quo corpus in sepulchro jacuerat: ad alia autem loca non nisi secundum quemdam specialem effectum suæ virtutis ob eorum inconvenientiam ac indignitatem, ut est locus Inferni: ex quo nulla redemptio.

Probatur 1. ex S. Scriptura Eccles. 24 v. 45. *Penetrabo omnes inferiores partes terra, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Psal. 106. v. 16. *Contrivit portas areas, & vinctos ferreos confregit.* Zach. 9. v. 11. *In sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo non est aqua.* Rom. 10. v. 7. *Quis descendet in abyssum?* Ephes. 4. v. 9. *Descendit in inferiores partes terra.* 1. Petr. 3. v. 18. *Mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu, in quo & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens predicabat.* Quos Textus SS. PP. de limbo intelligunt.

Pro-

Probatur 2. ex iisdem SS. PP. Damasc. lib. 3. de fide. c. 29. *Ob id porro deificata Christi anima ad inferos descendit, ut quemadmodum iys, qui in terra versabantur, iustitia sol ortus erat, ita etiam iys, qui infra terram in tenebris & umbra sedebant, illuceret.* S. Hieron. in illud Psal. 15. v. 10. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno (ait) quia propterea illuc descendit, ut electos suos inde eyceret, & diabolum ligaret.* S. Aug. epist. 57. ad Dardan. *Quæst. 1. Nequæ enim ipso die in cælo futurus erat homo Iesus Christus, sed in inferno secundum animam, in sepulchro autem secundum carnem.*

Probatur 3. ratione, quæ desumitur: cum cæli ingressus ob peccatum originale Patribus illis sanctis non nisi post Christi mortem patebat: quare necessariò interim in loco quodam debuerunt fuisse: non in Paradiso, ut supponitur, nec in inferno, cum culpâ gravi caruerint; ergo vel in Purgatorio, vel in Limbo.

### *Enervantur quedam argumenta ad- versariorum.*

Obijcit Calvin. lib. superius cit. *Concludere in carcere puerorum animas puerile est dicere, sed juxta nos limbùs vocatur carcer, ergo &c.* Respondeo, si hoc argumentum valeret, idem etiam posset dici de inferno, in quod animæ damnatorum tanquam in carcere deti-

nentur, vel etiam de Patribus veteribus, de quibus D. Petrus scribit loco superius citato, *quod in carcere erant, spiritibus veniens praedicebant*. Deinde quomodo puerile dici potest, quod à tot Sanctis Patribus, Concilijs & Doctoribus docetur & definitum fuit, quod ipse fatetur his verbis: *tametsi magnos auctores habeat* (scilicet limbi doctrina) *& hodie quoque à multis Jerio pro veritate defenditur, nihil tamen, quàm fabula est*. Sed quare? rationem aliam non allegat, nisi quia sic vult.

Obijciunt cum eodem illud Act. 2. v. 24. *Quem Deus suscitavit solus à doloribus inferni*: ergo praesupponit Apostolus, Christum prius fuisse passum poenas inferni. Respondeo, Apostolum non dicere Christum fuisse solutum à doloribus inferni, quibus antea tenebatur, sed eos fuisse solutos ab eo, vel eum eos solvisse activè, id est irritos & nullos fecisse; cum implicet Christum utpotè innocentissimum simul & Deum, & consequenter Dominum inferni teneri potuisse à poenis ipsius, quae non nisi peccatoribus infliguntur. Deinde, quòd si Christus post mortem adhuc poenas inferni sustinere debuisset, falsum fuisset, quod dixit in articulo mortis: *Consummatum est*. Joan. 19. v. 30. id est omnia, quae pati debuerat, jam nunc finem habere. Tum quomodo verificatum fuisset & dictum illud? *Hodie mecum eris in Paradiso*. Lucæ 23. v. 43. Tum quomodo verum fuisset de morte ipsius redemptionem nostram totaliter

liter dependisse? Stringamus tamen ipsum ad-  
 hoc. Si juxta Calvinum suosque Christus pœ-  
 nas damnatorum pati debuerat, vel debuisset,  
 id contingere debuisset, ut nos ab ipsis eriperet,  
 sed hæc ratio minimè urget, cum potuisset nos  
 liberare ferendo æquivalentes, quarum æqui-  
 valentia sumitur ex dignitate patientis: Chri-  
 stus enim ratione suæ dignitatis patiendo mini-  
 mum tormentum, magis meritorie patiebatur,  
 quam si omnes homines & Angeli fuissent dam-  
 nati: quæ passio inutilis quoque fuisset, cum  
 damnati ex inferno liberati non fuerint. No-  
 va ergo & planè inaudita est hæc Calvinii do-  
 ctrina de descensu hoc ad inferos, in qua tamen  
 mirè sibi complacet, eamque exultat. Quis  
 quæso Evangelistarum scribit, Christum post  
 mortem passum fuisse alias pœnas, & quidem  
 pœnas inferni, easque dupliciter? primò in Cru-  
 ce, secundò, dum cum *inchari oportebat cum*  
*inferorum copijs*. Impia & blasphema est hæc  
 Calvinii doctrina, & ideo omninò detestanda.

### QUÆSTIO III.

*An Spiritus Sanctus à Patre & Filio pro-  
 cedat.*

Cùm expressis terminis in Scriptura non le-  
 gatur Spiritum Sanctum à Patre & Filio  
 procedere: Græci Sectarios imitantes moder-  
 nos, qui nihil credendum asserunt, nisi quod ex-

presè scriptum. Negant ejus à Filio processio-  
nem : quomodo autem S. Spiritus hanc eorum  
hæreticam pertinaciam vindicârit , constat :  
dum ipsis Ferijs Pentecostalibus Spiritui-Sancto  
Sacris id est Feriâ secundâ die 19. Maij Anno  
1452. Constantinopolis à Turcis capta, ejus-  
demq; Imperator occisus fuit, & usque nunc sub  
misera eorum servitute & jugo lugere cogun-  
tur. Et qui antea tot Sanctos Doctores produ-  
xerunt, alios pro nunc non habent Doctores,  
quàm qui linguam vernaculam calleant : vel si  
forfan quempiam doctiorem producere pos-  
sunt, contingit, eum extrâ Patriam in talem  
evalisse. Quàm erroneè autem negent Spiri-  
tum S. non procedere à Filio, mox videbimus :  
unde.

Dico, Spiritum S. procedere à Patre &  
Filio.

Probatur 1. ex S. Scriptura. Christus de  
Spiritu S. loquens : Joan. 16. v. 15. dicit : *Om-  
nia quacùmque habet Pater, mea sunt : Pro-  
pterea dixi : quia de meo accipiet, & annun-  
tiabit vobis.* Sed Spiritus S. nihil aliud potest  
accipere à Filio nisi scientiam, quæ realiter est  
ipsa Essentia divina ; ergo accipiendo ab ipso  
Essentiam, sequitur necessariò eum ab ipso pro-  
cedere : Si enim aliquid aliud à Filio posset ac-  
cipere, jam non ampliùs esset Deus, sed creatu-  
ra. Joan. 15. v. 26. *Cum autem venerit Para-  
clitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiri-  
tum veritatis :* atqui in Personis divinis Missio  
im-

Importat processionem ; ergo &c. Tandem Gal. 4. v. 6. & alibi Spiritus S. vocatur *Spiritus Filij*. *Misit Deus Spiritum Filij sui*. Sed Spiritus dicitur à spiratione, sed hæc importat originem ; sicut ergo Filius vocatur Filius Patris, quia ab eo est, ita etiam Spiritus S. quia dicitur Spiritus Filij, ab eo etiam esse debet.

Probatur 2. ex SS. PP. Athanas. in suo Symbolo Fidei ; *Spiritus S. à Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens*. Joan. Chrysof. Tom. 5. Hom. 1. de exposit. Symboli. *Iste est Spiritus de Patre & Filio procedens, qui dividit propria dona singulis, prout vult*. S. Epiphani. in serm. Anagoroto dicto. *Ita Filium dico eum, qui ex ipso est : Sanctum autem Spiritum, qui ex utroque est*. S. Ambros. lib. de Symbolo. c. 3. *Spiritus autem S. verè Spiritus est, procedens quidem à Patre & Filio*. S. Aug. lib. 4. de Trin. *Nec possumus dicere, quòd Spiritus S. à Filio non procedat, neque enim frustra idem Spiritus & Patris & Filij Spiritus dicitur*. Ita & alij SS. PP. & varia Concilia, & signanter Florent. pro unione Græcorum.

Probatur 3. ratione quadam Theologica præter jam tactas in prima probatione. In Patre & Filio datur una eademque virtus spirativa respectu Spiritus Sancti, ergo etiam æqualiter Spiritus S. spiratur, seu procedit ab utroque. Conseq. tenet, cum implicet esse in utroq; unam eandemque virtutem spirandi & spirari à Patre,

& non simul à Filio ob identitatem virtutis spirantivæ in utroque. Et patet manifestè in exemplo creationis mundi, cujus creator non solus Deus Pater dici potest, sed omnes tres Personæ, & hoc idè quia omnes tres eandem essentiam & potentiam habent. Antecedens probatur: Pater ab æterno generando Filium per generationem illam omnia communicat Filio juxtà illud Joan. 16. v. 15. *Omnia quaecunque habet Pater mea sunt*, Præter Paternitatem, quâ sola Pater relativè opponitur Filio, ergo etiam ei communicat virtutem spirandi, seu Voluntatem foecundam; cum per hanc non opponatur relativè Filio.

### *Expediuntur argumenta Adversariorum.*

Obijciuntur 1. Joan. 15. v. 26. dicitur. *Cum venerit Paraclitus, quem ego mitto vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit: cum ergo in hoc Textu nihil memoretur de Filio, juxtà Scripturam ab eo non procedit. Et confirmatur ex dicto S. Dionysij c. 1. De divinis Nominibus circa init: Omnino igitur non audendum est quicquam de Summa abstrusaque Divinitate aut dicere, aut cogitare præter ea, quæ nobis divinitus scripta divina enunciarunt.* Respondeo 1. inaptam esse consequentiam: Christus expressè non dixit: quòd Spiritus S. procedat à Filio, ex-



ergo negavit. Si enim hoc argumentū valeret, sequeretur etiam nec Patrem nec Spiritum S. esse creatorem mundi: cum Joannis I. v. 13. dicatur de Solo Filio: *Omnia per ipsum facta sunt*. Item Joan. 14. v. 26. de Spiritu S. dicitur. *Ille vos docebit omnia*. Et tamen tam Pater, quam Filius nos docent. Licet ergo expressis verbis illud S. Scriptura non dicat, sufficit, quod illud asserat implicitis, uti ex Textibus superius citatis constat. Et per hoc simul patet responsio ad dictum S. Dionysij. Respondeo 2. Passum alatum esse pro nobis: cum enim non addatur Spiritum S. procedere à Patre solo, signum est eum quoque procedere ab alio. Respondeo tandem 3. Spiritum S. dici procedere à Patre tanquam Principio primario: cum hic solus habeat essentiam suam ex seipso, & virtutem spirandi, & non ab alio.

Obijciunt 2. Si Spiritus S. procederet à Patre & Filio, deberet ergo habere duo principia, vel si perfectè procederet à Patre, superflue jam procederet à Filio. Respondeo, negando conseq. Sicut enim quò ad creationem creaturarum, licet concurrerint omnes Tres Personæ, non ideo tamen tria ponuntur principia, vel causæ, ita etiam de processione Spiritus Sancti discurrendum est. Procedit itaque Spiritus S. à Patre & Filio, non quatenus Pater, aut Filius est; sed quatenus sunt duo Spiratores, seu spirantes, seu qui habet unam eandemque

fœcundam spirandæ voluntatem, unum idemque Principium.

Obiicitur 3. In 4. Generalibus Synodis Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina & Chalcedonenfi nihil dicebatur, Spiritum S. procedere etiam à Filio; ergo malè postmodum additum fuit *Filiòque*. Respondeo: transeat ibi expressè additam non fuisse particulam illam *Filiòque*, continebatur enim jam implicite in Symbolo Nicæno juxtà dicta. Supponendo nimirum processionem illam ab omnibus credi, & à nemine in dubium verti; postquam ergo hæresis illa exorta fuit, in subsequentiibus Concilijs expressè postmodum addita fuit particula præfata: Sicut Symbolo Apostolorum additum fuit Nicænum, non tanquam insufficiens, & quasi non debite explicuisset fidem Catholicam, sed ob majorem ejus claritatem, & insurgentium errorum explanationem.

## QUÆSTIO IV.

*An Ecclesia Latina consecrando in Azymo pane verè Christi corpus conficiat*

**G**Ræci asserentes Christum Evcharistiam confecisse in pane fermentato, negant in alio eam fieri posse, qua de causa, quia apud nos Latinos consecratio in Azymo fit, de invaliditate consecrationis nos condemnant. Latini au-

autem, & præsertim Concilium Florentinum & Tridentinum declarârunt, tam in uno, quàm altero pane fieri posse. Verba Concilii Florentini sunt ista: *Diffinimus item in azymo, sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici*: cujus ratio est: quia uterque panis usualis est. Et idè etiam aliquando Ecclesia Latina in fermentato consecravit, licèt ab initio unà cum Græca usque ad annum 1020. semper in azymo ad exemplum institutionis Christi Evcharistiam confecerit. In fermentato autem consecravit occasione hæresis Ebionitarum, qui cum Evangelio legalia observanda esse contendebant; ut ergo Ecclesia hæresim illam sopiret, & nè Sancti PP. consentire viderentur, ex instinctu Spiritûs Sancti judicavit abstinendum esse ab azymo pane: qua sopitâ iterum ad pristinum usum redijt, & in eo hucusque perdurat: Græci autem ad priorem ritum redire noluerunt non ob aliam causam, quàm ob instinum odium, quod contra Ecclesiam Latinam habent, ex quo contumeliosè Latinos vocant Azymitas & Judaizantes. Quantâ autem injuriâ & errore id faciant, demonstrandum est. Proinde Dico, Christum in Azymo pane Evcharistiam confecisse, & consequenter panem hunc validam esse materiam consecrationis: quod

Probatur. I. ex S. Scriptura. Matt. 26. v. 27. *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum dicentes, ubi vis paremus?*

110

*sibi comedere Pascha?* Marci 14. v. 12. & Lucae 22. v. 7. Ex quibus Textibus habetur fuisse dies azymorum, quando Christus Eucharistiam instituit, sed illis diebus illicitum erat manducare panem fermentatum, uti constat ex c. 12. Exod. v. 15. *Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus vestris; quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel.* cum ergo tempus conveniat, & Christum legem usque ad ultimum observasse credendum sit, bene inferitur, eum in azymo, & non in fermentato consecrasset. Marci enim c. & v. superius citatis sic habetur: *Et primo die azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quò vis eamus, & paremus tibi.* Item Lucae ut supra c. & v. cit. *Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha,* sed talis erat decima quarta Luna, uti constat ex Exod. c. 12.

Probatur 2. ex Concil. praefato & SS. PP. Latinis, qui unanimiter tenent, Christum consecrasset in azymo pane, quo etiam utuntur Graeci uniti.

Probatur 3. iisdem rationibus supra ex S. Scriptura depræmissis, ac quibusdam congruentialibus, ut quia panis azymus magis propriè significat Corpus Christi, quàm fermentatus ob ejus puritatem, utpotè conceptum sine corruptione. Tum etiam ad significandam sinceritatem fidelium juxta Apostolum 1. Cor-

Cor. 5. v. 8. Itaque epulemur in azymis sinceritatis & veritatis.

### Lustrantur argumenta adversariorum.

Objiciunt 1. verba Joan. 13. v. 1. *Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus, quia venisset hora ejus, ut transeat ex hoc mundo.* Et v. 2. *Et cœnâ factâ.* ergo ex his Textibus constat, diem Paschæ fuisse Lunam decimam quartam, & cœnam decimam tertiam; sed illa die panis fermentatus erat in domibus, ergo Christus in illo consecravit, & non in azymo.

Respondeo, eos Laborare malo supposito: aliud est enim esse diem Paschæ, aliud diem festum Paschæ; quia dies Paschæ est Luna quarta decima: dies autem festus Paschæ est Luna quinta decima; ante ergo diem festum sive solemnem Paschæ, qui fuit Luna quinta decima, facta fuit cœna Domini scilicet lunâ quartâ decimâ ad vesperam, quo tempore panis fermentatus nequaquam in domibus erat. Et sic Passus ille potius contra Græcos est.

Objiciunt 2. Christus Dominus mortuus est in Parasceve, uti patet Joan. 19. v. 14. Sed Parasceve est præparatio Paschæ, ergo mortuus est Lunâ quartâ decimâ, sed pridie cœnavit: ergo lunâ tertîâ decimâ. Respondeo, negando minor: Parasceve enim est præparatio ad Sabbathum: vel nisi malis dicere, Sab-

ba-

bathum dici Pascham , quia anno illo in Sab-  
bato inœepit Pascha azymorum.

Objiciunt 3. illud Joan. 18. v. 28. *Erat autem mane: & ipsi ( id est Judæi ) non introierunt in pratorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha;* ergo supponitur die, quo Christus mortuus fuit; nondum eos manducasse Pascha: Christus autem pridie id est lunâ 13. manducavit Pascha. Respondeo neg. consequ. quia ibi nomine Paschæ non intelligitur immolatio agni, sed immolatio aliarum victimarum, quæ septem illis diebus azymorum immolabantur. Vel etiam intelligitur ipsemet panis azymus, qui diebus illis durabat.

Objiciunt 4. Azyma propriè sunt Judæo-  
rum, ergo Latini iis utentes verè Judaizant: Respondeo sub alio ritu & motivo concedo, sub eodem nego.

Objiciunt 5. Panis azymus & fermentatus non differunt specie, sicut vinum rubrum & album, ergo sicut hoc vel illo indifferenter in consecratione utimur, ita etiam uti poterimus pane fermentato. Respondeo negando paritatem: licet panis azymus à fermentato non differat specie, eo tamen non utimur, quia credimus Christum consecrâsse in solo azymo, vino autem uno & altero utimur; quia nobis non constat, quonam determinatè usus fuerit. Examinatis & discussis nunc compendiatim Græcorum Controversijs jam pari stylo & modo

do ad Hebræorum essentialis errores detegendos & confutandos nos accingimus, qui in quatuor capitibus consistunt, scilicet in Mysterio SS. Trinitatis, in adventu Messię, ejusque Deitate, ac peccato Originali ab Adę successoribus contracto; quę capita proinde in IV. Quęstiones dividemus: Quare.

## QUÆSTIO I.

### *De Sanctissima Trinitate.*

**D**Eum unum esse juxta S. Scripturam Deut. 6. v. 4. *Audē Israel, Dominus Deus noster, Dominus unus est*, & alibi: Hebręi unanimiter fatentur, eum autem esse Trinum in Personis cum Sabellianis, Arianis & Mahumetanis absolutè & pertinaciter negant: contra quos itaque

Dico, Deum non solum unum esse, sed & Trinum in Personis.

Probat. 1. ex S. Scriptura Gen. 1. v. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Hęc mutuo inter sensu SS. PP. tres Personę loquuntur. Psal. 66. v. 8. *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.* Isai. 6. v. 3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum.* In quibus locis ter ponitur *Deus*, ter *Sanctus* ad denotandam Trinitatem. Matt. ult. v. 19. *Baptizantes eos in Nomine Patris & Filij & Spiritus S.*

Pro

Probatur ulterius & quidem specificè de duabus Personis Filio & Spiritu S. de quibus difficultas est. Et imprimis de Filio, quod æquè sit Deus constat ex Testamento tam veteri quàm novo. Ex antiquo Plal. 2 v. 7. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Plal. 109. v. 3. *Ex utero ante Luciferum genui te.* Isai. 9. v. 6. *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Isai. 35. v. 4. *Deus ipse veniet & salvabit nos.* v. 5. *Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum.* Baruch. 3. v. 36. *Hæc est Deus noster.* v. deinde 38: *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.* Mich. 5. v. 2: *Et egressus eius ab initio à diebus æternitatis.* Ex novo Testamento res est clarissima. Joan. 1. v. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Per quod Verbum intelligitur Filius. *Et Verbum caro factum est.* v. 14. Rom. 9. v. 5. *Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula Amen.* Et alibi.

Quod etiam Spiritus S. sit Deus pariter id habemus ex utroque Testamento. 2. Reg. 22. v. 2. *Spiritus Domini locutus est per me, qui idem v. 3. vocatur Deus Israel: dixit Deus Israel mihi.* Matt. ult. v. 20. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus S.* Lucæ 4. v. 18. *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit*



*missi* me. Joan. 15. v. 26. Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit. Si ergo à Patre procedit ejusdem erit Naturæ, & consequenter Deus. Act. 5. v. 3. Cur sentavit Satanias cor suum, mentiri se Spiritum Sancto? v. 4. Non es mentibus hominibus, sed Deo. 1. Joan. 5. v. 7. Tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum sunt.

Probatur 2. ex SS. PP. Athanas. orat. contra gregales Sabellij. Cùm (inquit.) Christus de se loquitur, dicit (ego) cùm de Patre dicit (ille) cùm de Spiritu S. subjungit (alius) Nonne igitur manifesta persequacia est negare tres? Ambros. lib. de fide ad Gracianum. c. 4. explicans trisagium illud Isa. c. 6. dicit: Quid sibi vult sub uno Nomine trina Sanctitatis repetitio? &c. Non dixit semel, ne Filium sequestrares, non bis, ne Spiritum S. praterires: non quater, ne creaturas adjungeres. Et ut ostenderes unam esse Trinitatis Deitatem, cùm tertio dixisset (Sanctus, Sanctus, Sanctus.) addit singulariter (Dominus Deus Sabaoth.) Aug. lib. 1. de Trin. c. 4. Omnes (ait.) quos legere potui, qui ante me de Trinitate scripserunt, hoc intendunt secundum scripturas docere: quod Pater & Filius & Spiritus S. unus ejusdemque substantia, inseparabiliter aequalitate divinitatis insinuens unitatem: ideoque non sunt

tres Dii, sed unus Deus: quarevis Pater Filium genuerit, & ideo Filius non sit, qui Pater est; Filiusque à Patre sit genitus, & ideo non sit Pater, qui Filius est: Spiritusque Sanctus nec Pater sit, nec Filius, sed Patris est Filij Spiritus, Patri et Filio etiam ipse coequalis. Ita & Symbola Fidei, variaque Concilia, ac Christiani omnes.

Probatur 3, rationibus. Essentia divina est infinitæ fecunditatis. Isai. 66. v. 9. Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, ego qui generationem cateris tribuo, sterilis ero? ergo necessariò communicatur tot suppositis, quot possibile est, sed dupliciter ad modum spiritualium substantiarum communicari potest, nempe per intellectum notionalem gignendo Filium, & per similem volitionem seu amorem spirando Spiritum S. ergo &c. Qui esse suum accipit ab alio, realiter distinguitur ab eo; nihil enim se ipsum producere potest, sed ex Scriptura constat, in una Divinitatis substantia esse tres Personas (uti vidimus) quarum secunda producitur à prima, & tertia à Patre & Filio, scilicet Spiritus S. ergo &c. Tum Sacramenta non nisi conferuntur in Nomine Dei, atqui ea etiam conferuntur in Nomine Spiritus S. ergo. Tandem proprietates Dei æquè etiam attribuuntur Spiritui S. ut immensitas Sap. 1. v. 7. Spiritus Domini replevit orbem terrarum. Et scientiâ: Quæ sunt Dei, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei 1. Cor. 2. v. 11.

Dilanny

## Diluuntur argumenta adversa- riorum.

Obijciunt 1. In Scriptura passim Deus dicitur *solus*; qui autem solus est, non habet consortium Personarum, ergo &c. Respondeo voculam *solus* dupliciter accipi posse 1. Categorematicè, ut per se peculiare prædicatum constituat, quomodo idem est, quod solitarius, & ita etiam Sol est solus, hoc est unicus. 2. accipi potest Syncategorematicè prout significat tantum modificationem prædicati vel subiecti; sicuti dicimus solus Petrus scribit, id est nemo præter ipsum scribit; licet plures illi scribenti præsentès sint, atque hoc posteriori modo & sensu particula solus additur Nomini Dei, ut sensus sit: nullum præterea alium esse Deum, aut solum Deum creare, & divino honore esse dignum, non autem rem ullam, quæ non sit Deus: prout etiam Scriptura seipsam explicat. Et non est Deus alius præter me.

Obijciunt 2. Non minus videtur implicare contradictionem esse plures Personas divinas, quam esse plures Deos: siquidem hoc præterea implicat, quia unus alterius perfectione careret, & sic non esset quilibet infinitus; hoc autem eodem modo, nam si una Persona realiter ab alia distinguitur, ergo unaqueque caret perfectione alterius, per quam ab altera

distinguitur, id est relatione sive proprietate personali alterius: alias enim ab illa non distingueretur. Respondeo neg. assumptum, & ad probationem dico, diversam esse rationem plurium Deorum, & plurium Personarum in una Deitate; si enim essent plures Dij, tunc non modò singulì personalitatem, sed etiam naturam distinctam haberent, perindèque nec ratione personalitatis, nec ratione naturæ haberet unusquisque perfectionem propriam alterius; at verò hoc ipso, quòd Personæ ratione personalitatis sunt distinctæ, in natura tamen idem prorsus, eadèmq; simplicissima entitas, idèò simpliciter & absolute loquendo, una non caret perfectione, & realitate alterius; licet enim eam non habeat ratione suæ personalitatis, sive prout secundum personalitatem ab altera distinguitur, eique opponitur, habet tamen in sua natura, seu prout est unum in natura cum altera Persona, quòd sufficit ad infinitatem absolutam & simpliciter dictam uniuscujusque Personæ: liquidem perfectio & infinitas uniuscujusque Personæ non solam desumitur, & æstimanda est ex infinitate seu perfectione proprietatis Personalis, sed vel maximè etiam ex perfectione Essentiæ: cum Essentiæ sit de intrinseca ratione Personæ.

Obijciunt 3. Aut Personæ divinæ, quæ plures sunt & distinctæ uniantur inter se solum in Essentiâ, aut non: si non, ergo sunt ens unum tantum per aggregationem, & non in  
Esse-

**Essentia** Si autem uniantur in Essentia, ergo Essentia divina est composita ex pluribus entitatibus, neque est ens unum per se, sed per aggregationem. Respondeo, Personas divinas non uniri inter se, sed esse unum in Essentia, quò fit, ut neque ipsæ sint unum solum per aggregationem, sed unum substantialiter, & una simplicissima entitas Essentiæ divinæ, neque Essentia divina sit composita, aut ens per accidens, quia compositio non est nisi ex pluribus inter se unitis, quæ plura sunt: nec ens per accidens est, in quo est omnimoda plurium identitas; aut igitur Personæ divinæ comparantur præcisè inter se secundùm suas Personalitates, aut comparantur cum Natura divina, neutro modo faciunt compositionem, quia secundùm ipsas præcisè personalitates, & abstrahendo ab Essentia non sunt aliquid unum, in Essentia verò non sunt aliquid distinctum; cum tamen ad compositionem requiratur & distinctio plurium, & unio eorumdem, ex qua consurgat unitas totius.

## QUÆSTIO II.

*An Christus ut verus Messias Judæis promissus jam in Mundum venerit.*

**Q**uem per mille septingentos & ultra elapsos jam annos Christiani omnes Christum

orbi promissum Messiam venisse unanimiter credunt, hunc cæci & deliri Judæi adhuc expectant; sed quanta hac in re eorum sit vesania, cæcitas, ac stupida expectatio; id ex S. Scriptura & rationibus demonstrabimus. Quare.

Dico, Christum ut promissum Messiam jam venisse in mundum, & proinde minimè amplius expectandum esse.

Probatur 1. ex veteri Testamento. Gen. 49. v. 10. *Non auferetur sceptrum de Juda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est.* Cum ergo Judæi per septingenta sæcula careant & Regnis & Regibus, manifestum est Prophetiam adimpletam fuisse, Messiamque venisse. Ezech. 21. v. 26. & sequent. *Aufer cidarim, tolle coronam . . . donec venies, cuius est iudicium, & tradam ei.* At ubi nunc Cidaris, seu Regia Tiara, ubi corona apud Judæos? Dan. 9. v. 26. *Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus:* De qua Prophetia fusiùs in ultima probatione. Agg. 2. v. 8. *Et movebo omnes Gentes: & veniet desolatus cunctis gentibus.*

Probatur 2. ex impletione omnium figurarum, promissionum & Prophetiarum, quæ in veteri Testamento habentur, & in novo ad amissim adimpleta fuisse clarè videbimus. Quest. sequ.

Probatur 3. ex miraculis factis à Jesu, &

ante descriptis in Evangelijs & actibus Apostolorum: quæ alius facere ex se non poterat.

Probatur 4. ex vaticinijs ipsiusmet Jesu veteris Messie promissi, ex quibus constat ejus verus adventus.

Probatur 5. ex Sybillarum testimonijs, quæ multis Sæculis ante Christum existentes ejus nomen, flagella & mortem prædixerunt, & ea omnia ita contigerunt.

Probatur 6. rationibus quibusdam. Vel nulla est providentia Dei, vel non amplius accepti sunt Deo Judæi, prout dum floruerunt.

Primum implicat, ergo statuendum est secundum: quod simul etiam probatur. Nunquam

Deus suos tanto tempore affigi permisit, sicut nunc Judæos. Et licet etiam quandoque Chri-

stianos gravissimis presserit pœnis, nunquam tamen ita universales erant: prout usque ad

præsens sunt Judæorum, qui sub dura subjectione & vilipensione ac despectu apud omnes sunt.

Verum est, multa eos quoque passos fuisse ob eorum peccata tempore, quo verum cultum

habebant, attamen nunquam tamdiu eorum servitus duravit, prout post adventum Messie

durat: Servitus equidem Ægyptiaca duravit non nisi quatringsentis annis. Peregrinatio per

desertum quadraginta. Et tandem servitus Babylonica non nisi septuaginta: quibus tamen

temporibus semper Prophetas habebant, multaque miracula apud ipsos fiebant: quorum autem ad præsens nihil amplius apud ipsos est,

Imò ab omnibus nationibus ipsisque etiam pa-  
ris ut gens vilis & abominabilis tractatur &  
quòd utique signum manifestum est, eos mini-  
mè amplius charos esse Deo, ob falsam eorum  
religionem & pertinaciam, qua Messiam adhuc  
expectant. Deinde vel Status & Religio eo-  
rum bona est, vel mala, si bona, cur ergo sig-  
na distinctiva abscondere quarunt? si mala, cur  
Christianam non amplectuntur?

Probatur tandem ultimò ex impletione  
hebdomadatum Danieli prædictarum c. 9. ut  
suprà, in quibus prædictum fuit: tempore Mes-  
siae evertendum esse Sacrificium cruciatum,  
non amplius ex Judæis futuros esse nec Sacer-  
dotes, nec Reges, nec Prophetas, nec amplius  
esse idololatriam, Civitatem Jerusalem unà cum  
sanctuario dissipari, quæ omnia, prout Daniel  
prædixerat, post adventum Christi adimpleta  
fuisse; omnes, solis cæcutientibus Hebræis ex-  
ceptis, vident & palpant.

### *Examinantur argumenta Heb- ræorum.*

In primis ergo varia adducunt contra  
Prophetiam ex Genesi allatam de Sceptro &  
Duce auferendis; *donec venias, qui mitten-  
dus es*, scilicet Messias, & dicunt: in Textu  
Hebraico legi *Silo*, quod significat locum, &  
fuisse impletam Prophetiam illam Patriarchæ  
Jacob tempore Roboam filij Salomonis, qui  
ad



ad locum illum venit, ut post mortem patris Rex constitueretur; ab eo autem in loco illo populus Israel deflebens constituit Regem Jeroboam filium Nabath, ut habetur 2. Reg. c. 12. v. 20. qui erat ex alia Tribu: scilicet Ephraim, & sic ablatum fuit sceptrum de Juda: & quia ipsi filii Salomonis non nisi remanserunt duae Tribus, ideo in Textu Hebraico adjungitur: *Et ei aggregabuntur gentes. Quod nos ter vertit: Et ipse erit expectatio gentium.* Ad quod respondeo 1. Falsam esse expositionem illam; nam ex libro 3. Reg. c. 12. expresse constat locum illum, in quo populus à Rehobam discessit, non vocari *Silo*, sed *Sichem*, quae loca multum ab invicem distant. Silo enim erat in Tribu Ephraim, in quo loco erat arca Testamenti, & Tabernaculum Domini usque ad Samuelis tempora, situsque est in Regione Acrabiana decimo milliario Neapolae. Alter autem in Tribu Manasse civitate Sacerdotali, & asylo in monte Ephraim, ubi ossa Josephi sepulta fuerant, uti testatur D. Hieron. Respondeo 2. Per *Silo* non intelligi debere locum, sed Messiam: uti constat ex Translatione Chaldaica, quam Judaei *Targum* vocant, eamque pro tam authentica agnoscunt, ut nullus Hebraeorum ei hucusque contradicere ausus fuerit, imò in locis obscurioribus Textus Hebraici ad eum pro explanatione recurrunt; in praefata itaque Translatione expresse habetur: *Non auferetur sceptrum de Juda.*

& Dux de femore ejus, donce veniat Messias.  
 Respondeo 3. Fallum quòque esse à domo Ju-  
 da ablatum fuisse regnum; dicit enim Scrip-  
 tura lib. & cap. cit. v. 22. *Laquere ad Roboam*  
*filium Salomonis, Regem Juda, & ad omnem*  
*Juda, & Benjamin:* ex quo manifestè patet,  
 Roboam mansisse Regem Juda, minimeque à  
 domo Juda ablatum fuisse regnum & sceptrum;  
 sed durasse per hæreditariam successione[m] us-  
 que ad captivitatem Babylonicam & destru-  
 ctionem Jerusalem Metropolis regni Judæe,  
 post cujus destructionem quòque Duces & Re-  
 ges habuerunt, scilicet Zorobabel filium Sala-  
 thiel, Joannem Hircanum Simeonis Machabæi  
 filium, qui sibi Regni Diadema imposuit, & post  
 ipsum filij sui usque ad Herodem; qui alieni-  
 gena fuit à gentè Judæorum, utpote Edumæus.  
 A quo deinde Sceptrum & Regnum à Judæis  
 sublatum fuit debellando Romanorum auxilio  
 Antigoni Judæorum Regem ex Machabæis  
 descendente[m], utque magis sibi Regnum sta-  
 biliret, omnem prolem Regum occidit, fib-  
 rosque de Genealogia Regia tractantes com-  
 buisset: Doctorésque legis interemit, qui illud  
 Deut. 17. v. 14. & 15. docerent. *Eum consti-  
 tues (nimirum Regem) quem Dominus Deus*  
*tuus elegerit de numero fratrum tuorum,*  
*non poteris alterius gentis hominem Regem*  
*facere, qui non sit frater tuus.* Regnavit au-  
 tem Herodes annos triginta septem, tyranni-  
 cè & vi annos triginta unum, jure verò, Reg-  
 no

no sibi scilicet & posteris à populo ultra concessio sex: sub cuius regimine trigesimo secundo ejus Regni anno deinde Christus adventu suo ablato à Juda Sceptro & Regno mundum beatificaturus à B. V. Mariâ natus fuit. Quomodo autem Herodes Regnum obtinuerit; sciendum est, cum ambitione ductum Romanum venisse, senatuique ac M. Antonio exposuisse Antigonom Judæorum Regem foedus cum Partibus Romanorum hostibus pepigisse: quare à Senatu pro hoste declarato dicto Rege, Herodes loco ipsius Rex ab eo creatus fuit, & re-dux non solum Antigonom, sed & omnes Regiæ stirpis (uti dictum fuit) è medio sustulit. Ut autem Judæorum animos callida vulpes sibi conciliaret, eorum religionem amplexus est, multaque præclara ædificia erexit, ac necessitudinem cum illis junxit, quæ causa postmodum fuit, ut spontè sibi Regnorum jura cederent.

Alij dicunt, non debere legi *Sceptrum*, sed *baculum*, intelligendo per *baculum* tribulationes, sed ex contextu falsitas hujus expositionis cognoscitur: dicitur enim: Et dux de femore ejus. Alij prætendunt Regnum & Sceptrum nondum apud eos, non obstante eorum servitute præsentis, defecisse, dum illud detorquent ad regimen quoddam morale, ut dum nimirum in suos exercent Thalmudicam doctrinam, sed quis non videt, frivolam hanc esse expositionem? cum nullus expositorum per

per Regnum & Sceptrum intellexerit doctrinam, sed reale & physicum quoddam regimen & Sceptrum. Praclarum deinde regimen, quod ex Thalmud desumitur, qui plenus fabulis, imò & blasphemijs est. Alij tandem in certa quadam parte mundi suum se habere Regem & Sceptrum jactant, sed quia ex se ipsis futilia & puerilia esse effugia, confutatione haud indigent. Fateantur potius cum Christianis, Christum verum Messiam jam venisse, tandemque errorem ac contumaciam suam deponant & agnoscant.

Ad Danielis Prophetiam de septuaginta hebdomatibus varia quoque ob diversum eorum sensum & explicationem hebdomadam afferunt effugia: pro quorum detectione: sciendum duplicem in S. Pagina esse differentiam hebdomadarum, unam scilicet *annorum*, alteram *dierum*. De hebdomada *dierum* legimus in Genesi c. 29. v. 27. hęc *Imple hebdomadam dierum hujus copula*. Et Levit. 23. v. 15. *Numerabis ergo ab altera die Sabbathi, in qua obtulisti manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas usque ad alteram diem expletionis hebdomadae septime, id est quinquaginta dies*. De Hebdomada *annorum* in eodem libro habetur c. 25. v. 8. *Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est septies septem, quae simul faciunt quadraginta novem*. Pro solutione itaque argumentorum breviter sic proceditur juxta exposi-

tores Nicolaum de Lyra, Burgensem & alios. Vel septuaginta illæ hebdomadæ sunt annorum millenariorum, vel sæculorum, vel Jubilæorum seu quinquagenorum, vel annorum, vel mensium, vel dierum? Non millenariorū: sic enim quælibet hebdomada complecteretur septem mille annos, & consequenter septuaginta illæ hebdomadæ ultra quadringenta millia constituerent. Nec hebdomadæ *Sæculorum*, quæ constituunt quadraginta novem millia annorum. Nec *Jubilæorum*, quæ constituunt viginti quatuor millia & quingentos annos, quo modo implicat, ut ex se patet, supputari: alioquin enim necdum Jerusalem destructa fuisset, eam autem destructam fuisse quadragesimo secundo post Christi mortem anno, nemo est, quem hoc lateat. Nec etiam hebdomadæ illæ possunt esse *mensium*, vel *dierum*: constat enim à tempore, quo Daniel prophetizavit usque ad destructionem civitatis Jerusalem, plures fluxisse quam septuaginta hebdomadas *mensium*, cum hæc vix unam supra quadraginta annos constituant. Patet itaque manifestè à partium enumeratione hebdomadas illas septuaginta esse *annorum*, ita scilicet, ut quælibet hebdomada constituat septem annos (intelligendo per illos annos solares & non lunares, qui undecim diebus breviores sunt annis solaribus) qui universim decem de conficiunt numerum quadringentorum & nonaginta *sæculorum*, uti ex multiplicatione se-

Septuaginta per septem patet. A quo autem anno computatio illa desumi debeat, variant Hebraei; alij siquidem desumunt eam ab anno undecimo Regis Sedechiae, quando destructum fuit primum Templum; alij à primo anno Darius Regis Medorum; alij à Zorobabele Ducis anno secundo Regis Ptolemaei Cyri post reditum captivitatis Babylonicæ, alij aliter. Sed computent, quomodo velint, sive etiam intelligant annos lunares, nunquam evadere poterunt, quin dicta Prophetia de Messiae adventu iam peracto completa sit: cum Jerusalem unicum Sanctuario eversam fuisse negare non possint, idololatriam apud eos penitus sublatam esse, unctionem Regum & Sacerdotum cum Sacrificijs cruentis &c. non amplius vigere: quæ omnia cum venturo Messia prophetizata fuere, & adimpleta cognoscimus.

Alij asserunt, Prophetam Daniëlem orasse pro liberatione Jerusalem à captivitate Babylonica, non autem pro adventu Messiae: licet id verum sit, idque etiam tempus illi revelatum fuerit: Prophetia tamen prædicta ob rationes hucusque tractatas & datas minimè intelligi potest de captivitate illa.

Alij per Christum intelligere volunt Agrippam Regem Judæorum ob unctionem, à qua Reges vocantur *Christi*. ut patet 2. Reg. 1, vs 14. de Saule, sed quàm falsum sit hoc commentum præter alia manifestè apparet ex eo, quòd Agrippa non fuerit ex stirpe Juda, neque unctus &

& consecratus à Deo. Minus valet dicere cum alijs per *Christum Ducem* intelligi *Cyrum*: quia *Textus* loquitur de una eademque Persona, scilicet *Christo*.

**Prosequuntur alij argumenta sua contra adventum Messia, &**

Obijciunt 1. Vaticinium *Isaie c. 2. v. 2.* & seq. *Et erit in novissimis diebus preparatus mons Domini in vertice montium*, non fuisse impletum in *Christo*: cum non venerit in novissimis diebus, prout dicit *Propheta*, quia multa secula post ejus adventum fluxerunt. Respondeo, hoc non obstare, quia novissimi illi dies dicuntur dies *Messia* respectivè ad annos præcedentes etiam juxta calculationem *Judæorum*, apud eos authenticam per quandam traditionem, secundum quam dicunt, mundum sex mille annos duraturum esse, quorum duo millia annorum erunt vanitatis, duo millia legis, & duo millia *Messia*.

Obijciunt 2. *Et fluant ad eum omnes gentes*: sed constat, in *Jesum* seu *Messiam* non credidisse omnes gentes, nec omnes defactò credere, ergo non potest esse ille verus *Messias*, quem nos dicimus, & consequenter nondum venit. Respondeo 1. *Textum* illum intelligendum esse de distributione pro generibus singulorum, & non pro singulis generum: prout dicitur omne animal fuisse in *arca Noë*: quia nimirum de omni genere seu specie animalium  
qua-

quædam individua fuerunt in ea ; ita etiam de omnibus gentibus aliqua crediderunt in Christum. Respondeo 2. Per *ly omnes* sæpius intelligi numerum magnum.

Obijciunt 3. *Non levabit gens contra gentem gladium* : cum ergo necdum bella cessent, vel celsarint evidens est Messiam nondum venisse. Respondeo, quod tempore adventus Christi pax erat ubique terrarum, eaque per quadraginta annos post passionem Christi duravit, usque dum Hebræi incœperunt rebel- lare, quod sufficit ad Prophetiæ impletionem. Nec etiam vocula *æternum* semper denotat æternitatem, sed tempus longum.

Obijciunt 4. Illud Isai. i. v. 6. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit* : quod totum caput tractat de Messia, sed hoc nondum verificatum videmus, ergo &c. Respondeo, Passos illos non esse intelligendos materialiter & physicè, sed spiritualiter & metaphoricè, uti apertè colligitur ex verbis antecedentibus, quibus Propheta stirpem Jesse vocat *virgam* Jesum *florem*, & similiter subjungit. Erit justitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus. Intelliguntur ergo per lupos, hædos &c. peccatores, vel feroces illi pagani, qui prædicatione Christi & Apostolorum mansueti facti fuerunt, & in ovili Christi & Ecclesiæ ut agni mites & innocentes vixerunt. Hæc itaque sunt præcipua Hebræorum argumenta, quibus adventum Mes-

Mes-



Messias impugnant, qui plura & clariora videre cupit, consulat expositores maximè Lyranum & Cornelium à Lapide in loca memorata scribentes.

## QUESTIO III.

*An Christus Messias promissus fuerit verus Deus.*

**L**icet Quæstione I. jam probaverimus, Christum verum Messiam secundam Sanctissimæ Trinitatis Personam verum esse Deum, id tamen in præsentî Quæstione fusiùs probandum est, cujus veritas eò manifestiùs etiam patebit, quo eam ex optima correspondentia & connexionè utriùsque Testamenti ostendemus.

Quare

Dico, Christum Messiam Judæis promissum verum fuisse Deum.

Probatur 1. ex S. Scriptura veteris Testamenti. Isai. 9. v. 6. *Et vocabitur nomen ejus admirabilis, consiliarius, Deus fortis, & Pater futuri Seculi.* Psal. 2. v. 7. *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Psal. 109. v. 1. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Baruch. 3. v. 36. & seq. *Hic est Deus noster -- Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est.*

Probatur 2. distinctiùs ex correspondentia veteris Testamenti cum novo, qua ad amf-

sim omnia adimpleta fuisse in novo Testamen-  
 to, quæ in veteri partim ex jam citatis, partim  
 & citandis Prophetis de Messia, ut vero Deo &  
 homine prædicta fuerunt, perspicuum est, uti  
 mox videbimus: incipiendo ab ipsius nativita-  
 te, & p̄sequendo ea usque ad finem vitæ ip-  
 sius: quæ de ipso habentur. *Isai. 7. v. 14. Ecce*  
*Virgo concipiet, & pariet filium.* Respondet  
 novum Testamentum *Matt. 1. v. 20. Quod*  
*enim in ea natum est, de Spiritu S. est.* *Mich.*  
*5. v. 2. Et tu Bethlehem. -- ex te mihi egre-*  
*dietur.* *Matt. 2. v. 6. Cum natus esset Jesus in*  
*Bethlehem Juda.* *Num. 24. v. 17. Orietur*  
*stella ex Jacob.* *Matt. 2. v. 2. Vidimus enim*  
*stellam eius in oriente.* *Isa. 60. v. 6. Omnes de*  
*Saba venient aurum & thus deferentes.* *Matt.*  
*2. v. 11. Obtulerunt ei manera, auram thus*  
*& myrrham.* *Isa. 62. v. 2. Et vocabitur tibi*  
*nomen novum, quod os Domini nominabit.*  
*Luc. 2. v. 21. Vocatum est nomen eius Jesus,*  
*quod vocatum est ab Angelo.* *Isa. 19. v. 1. Et*  
*ingredietur Egyptum.* *Matt. 2. v. 13. Acci-*  
*pe puerum, & matrem eius, & fuge in E-*  
*gyptum.* *Psal. 76. v. 20. In mari via tua, &*  
*semita in aquis multis.* *Matt. 14. v. 25. Venit*  
*ad eos ambulans super mare.* *Jerem. 16. v. 16.*  
*Ecce ego mittam pisces multos dicit Domi-*  
*nus, & piscabunt eos.* *Matt. 4. v. 19. Faciam*  
*vos fieri pisces hominum.* *Deut. 18. v. 15.*  
*Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis,*  
*sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus.*

Joan

Joan. 7. v. 40. *Hic est verè Propheta. Isa. 35. v. 4. & 5. Deus ipse venies & salvabit nos. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt. Matt. 11. v. 5. Cæci vident, claudi ambulant. Zachar. 9. v. 9. Ecce Rex tuus venies tibi iustus, & Salvator... & ascendens Super asinam, & super pullum filium asinae. Matt. 11. v. 5. Et adduxerunt asinam & pullū, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Zach. 11. v. 12. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis. Matt. 27. v. 9. At illi obtulerunt ei triginta argenteos. Daniel. 9. v. 26. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus. Philipp. 2. v. 8. Factus obediens usque ad mortem. Thren. 3. v. 30. Dabit percussio si se maxillam, saturabitur opprobrijs. Matt. 26. v. 67. Tunc expuerunt in faciem ejus, & solaphis eum ceciderunt. Isa. 53. v. 12. Et cum sceleratis reputatus est. Matt. 26. v. 38. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones. Psal. 21. v. 19. Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Matt. 27. v. 35. Diviserunt vestimenta eius sorte mittentes. Isa. 53. v. 12. Et pro transgressoribus rogavit. Lucæ 23. v. 34. Pater dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt. Exod. 12. v. 46. Nec os illius confringetis. Joan. 19. v. 36. Ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura. Psal. 15. v. 10. Non derelinques animam meam in inferno. Act. 2. v. 31. Deus*

verò suscitavit eum à mortuis tertia die Mich. 2. v. 13. *Ascendens enim pandens iter ante eos.* Act. 1. v. 9. *Videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Joel. 2. v. 28. *Effundam spiritum meum super omnem carnem.* Act. 2. v. 17. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem:* Plura alia similia brevitatis causâ omitto.

Ex Testamento novo res est clarissima: Christum verum simul fuisse Deum, illudque attestantur miracula ab ipso patrata. Siquidem Joan. 20. v. 30. & 31. tractans de signis concludit: *Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei.* In resurrectione Lazari Joan. 11. v. 4. *Infirmitas hæc non est ad mortem, se vocat filium Dei, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.* Item Joan. 9. in illuminatione cæci. Joan. 10. v. 25. *Si tu es Christus (dicebant ad ipsum Judæi) dic nobis palam, respondis loquor vobis, & non creditis, opera, qua ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me:* lege v. 31. Si ergo Christus se filium Dei toties vocavit, quis sine blasphemia id negare poterit? Id ipsum miracula ab ipso edita confirmant.

Probatur tandem 3. Christi divinitas varijs rationibus 1. ex vindicta, quam in Judæos Deus sumpsit filij sui Divinitatem credere nolentes; hanc etenim ob causam diruta civitate miserè cæsi & capti fuerunt, & usque nunc jam  
per

per tot sæcula per mundum dispersi sine Rege, sine Sacrificijs & honore apud omnes nationes vivunt. 2. Ex resurrectione ipsius Christi, ejusque mirabili ascensione. 3. Ex mirabili conversione mundi, & firma semper fide, qua creditur Christum Jesum verum fuisse Deum, eundemque ut talem tot SS. Martyres; Confessores, & Doctores conspicui confessi sunt, & confitentur.

### *Diluuntur argumenta Judæorum.*

Obijciunt ergo 1. In Textu Hebraico non habetur *vocabitur*, sed *vocabit*. Et *vocabit* nomen ejus *admirabilis* &c. Respondeo, hanc voculam ab eis fuisse falsificatam: cum in Translatione Chaldaica & Septuaginta legitur *Vocabitur*, uti etiam expertissimus expositor D. Hieronym. ex Hebraico transtulit. Alij dicunt Prophetæ verba intelligi debere de Ezechia Rege, & non de Messia; unde locum adductum ita explicant: *Vocabit ille, qui est admirabilis consiliarius, Deus fortis, Pater futuri Saculi Principem pacis*: dicunt itaque Ezechiam obsessum à Rege Assyriorum Sennacherib 4. Reg. 19. deprecatum fuisse Dominum Deum pro se & populo suo, & à Propheta audiisse Deum protecturum esse urbem & salvaturum propter se, & David servum suum, & ideò nocte illa misisse Angelum, qui centum octoginta quinque millia Assyriorum occidit: sed falsam

esse hanc expositionem declarat subsequens  
versus 7. *Multiplicabitur eius imperium, &  
paxis non erit finis.* quàm parùm autem Eze-  
chiae imperium multiplicatum fuerit & durave-  
rit, videre licet 4. Reg. c. 20. v. 16. & 17. *Dixit  
Isaias Ezechia: audi sermonem Domini: Ecce  
dies venient, & auferentur omnia: quae sunt  
in domo tua, & quae conciderunt patres tui in  
diem hanc in Babylonem: non remanebit quid-  
quam, ait Dominus, sed & de filijs tuis, qui  
egredientur ex te, quos generabis, tollentur,  
& erunt Eunuchi in Palatio Regis Babylonis.*  
Item 2. Paral. 32. v. 25. *Et facta est contra  
eum ira, & contra Judam, & Jerusalem.*  
Ubi hinc quaeso multiplicatio Imperij? Ubi pacis  
firmitas & perennitas? Minimè proinde Pro-  
phetia illa Regi Ezechiae, vel cuidam alteri ap-  
plicari potest, quàm vero Regum Regi Christo  
Jesu & Deo.

Obijciunt 2. Psalmos superiùs in proba-  
tione adductos, scilicet secundum, & centesi-  
mum nonum intelligi debere de Davide, & non  
de Christo. Respondeo, contrarium consta-  
re ex contextibus. Si enim teste Doctore Gen-  
tium linguæ Hebraicæ optimo gnaro ad He-  
bræos scribente: Deum nec quidem Angelo  
unquam dixisse: *Filius meus es tu, ego hodie  
genui te.* Quomodo Davidi applicari poterit  
filiatio illa? qui non solum longè ab ex-  
cellentia Angelorum fuit, sed & graviter con-  
tra Deum deliquit. Et quòd Psalmus ille de Da-  
vide

vide nullatenus intelligi possit, argumentum desumitur ex ipso Targo, in quo hæc habentur. *Dixit Dominus ad me filius meus es tu &c. Ibi duo Pater & Filius sunt tres, id est una tertia persona, scilicet Spiritus S. procedit ab q̄s; & hi sunt unum, scilicet substantia una, & essentia una, & unus Deus:* ex quibus ergo ipsius Filij vera Divinitas patet; cum ejusdem cum Patre sit substantiæ & essentiæ. Et hæc quod ad Psalmum præfatum: nunc breviter respondendum erit ad alterum. Inprimis ergo, si Psalmus ille de Davide explicari deberet, hoc deberet fieri vel secundum sensum litteralem, vel mysticum. Non litteralem; alioquin enim David debuerat sedere à dextris Dei, & sic jam exaltatus fuisset super Choros Angelorum, quod nullus Hebræorum dicet, nec dicere poterit; cum nullus Sanctorum Patrum regnum cælorum ante adventum Messię intrare poterat, uti ex Isa. 45. v. 8. *Evocate calis desuper, & nubes pluant justum.* Nec quod ad alterum sensum, id est, acsi per verba illa: *sedere à dextris* intelligi debeat requies & securitas quædam, qua David gaudebat: Oppositum pariter manifestè patet ex ipsa Scriptura, in qua memorantur ipsius poenæ, bella, pericula & inquietudines. Deinde cum David ipse sit author hujus Psalmi, quomodo potest hoc dicere de se? Et tandem examinentur omnes verius, & aperte videbitur ei non posse convenire verba illa, vel Psalmum.

Obijciunt 3. Librum Baruch non esse authenticum seu Canonicum. Respondeo; Es fugium hoc esse inane; cum Propheta ille vir Sanctissimus fuerit, fidelissimusque S. Jeremiae Scriba, ac in omnibus periculis & persecutionibus ejusdem individuus Socius & comes, nihilque scripserit, quod non ex ore Prophetae haberet, prout ipsemet de eo testatur c. 36. v. 32. Qualesque persecutiones à Judæis sustinuerit c. 43. v. 3. Sicut itaque huic fides adhibenda est, ita pariter Baruch. Et si quidam ex veteribus PP. dictum librum non posuerint in Catalogo librorum Canonicorum id factum fuit, cum eum sub libris Jeremiae comprehenderint.

## Q U Æ S T I O VI.

### *An omnes contrahant peccatum Originale.*

**C**irca peccatum Originale varij sunt tam veterum, quam recentiorum Sectariorum errores, quos brevitatis causâ discutere superledeo, & solummodò probare intendo, illud ab omnibus ab Adamo per generationem descendentibus verè & propriè, & non per imitationem (ut dicunt Pelagiani contrahi. Quod negant Hebræi, & cum ipsis Anabaptistæ & Armeni. Contra quos

Dico, Peccatum Originale in posteros ab Adamo per viam generationis descendentes traduci.

Pro.



Probatur 1. ex S. Scriptura Pfal. 50. v. 7. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: Sed David tempore conceptionis incapax erat peccati actualis; neque etiam parentes ipsius generando vel concipiendo peccarunt; cum matrimonium eorum legitimum fuerit. Dicit autem in iniquitatibus in plurali tanquam à radice & origine peccatorum, qualis est peccatum Originale: vel ponitur pluralis pro singulari, uti frequens usus est Scripturæ. Job. 14. v. 4. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es.* Septuaginta legunt: *Nemo mundus à sorde, nec infans unius diei: sed hoc nequit intelligi de immunditia corporali: hæc enim abluí potest, nec de immunditia actuali animæ, cujus ob defectum rationis infans necdum capax est, ergo de peccato Originali. Rom. 5. v. 12. *Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* Ephes 2. v. 3. *Eramus naturâ filij ira.***

Probatur 2. ex SS. PP. & varijs Conc. Cyprian. lib. 3. epist. 8. ad Fidum. *Infans (ait) recens natus nil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ primâ nativitate contraxit.* Ambros. lib. de Apolog. David. c. 11. *Antequam nascamur, maculamur contagio: antequam usuram lucis, originis ipsius excipimus injuriam,*

706. *Quaest. IX. An omnes contrahant  
riam, in iniquitate concipimur.* Ita & alij SS.  
PP. & varia Concil. Milev. sub Innoc. I. Au-  
rausic II. c. 2. Trid. Sess. 5. c. 2.

Probatur 3. rationibus quibusdam. Chri-  
stus venit in hunc mundum, ut omnes salvos fa-  
ceret, & pro omnibus illis moreretur 1. Tim. 2.  
atqui non venit, neque mortuus est nisi pro  
peccatoribus Lucae 5. ergo omnes erant injusti  
& peccatores. Item ex consuetudine Ecclesiae,  
quae parvulos consuevit baptizare in remissio-  
nem Originalis peccati tanquam ad hoc uni-  
cum remedium adhibens Baptismum. vide di-  
cta Quaest. XXVI. de Baptismo.

### *Evertuntur argumenta adversa- riorum.*

Obijciunt 1. Omne peccatum debet esse  
voluntarium, sed peccatum Originale non est  
tale, quia infantes qui nascuntur non habent  
voluntatem peccandi, ergo &c. Confirmatur  
ex illo Ezechiel. 18. v. 20. *Filius non portabit  
iniquitatem patris.* Respondeo: Omne pec-  
catum esse quidem voluntarium, cum hoc ta-  
men discrimine: nam actuale est voluntarium  
voluntate propria: Originale verò aliena, non  
ita tamen, ut non sit aliquo modo voluntarium  
voluntate propria, quia voluntas primi Paren-  
tis fuit nostra virtualiter, & interpretativè:  
nam Adamus erat caput omnium hominum;  
proindè eo peccante omnes peccarunt. Ad  
con-

confirmationem dico, id verum esse, si voluntas filij non constituatur in voluntate patris, quod hęc non currit.

Obijciunt 2. Juxtà nos baptizati mundantur à peccato Originali, ergo filij nati à baptizatis non contrahunt illud; cùm parentes non possint transfundere in filios, quod non habent sunt autem liberi à peccato Originali, ut supponitur, ergo &c. Et confirmatur. Peccatum Adamo fuit remissum ergo non transivit ad posteros. Respondeo, negando consequentiam. Parentes enim generant sibi similes in specie, seu natura, non autem in individuo seu persona, ideoque communicant filiis totam naturam, quantum ad ea, quę conveniunt naturę, non autem, quę sunt propria personę, ut est generatio spiritalis, quę in patre est accidens spirituale. Quod autem dicitur, parentes non posse transfundere in filios, quod ipsi non habent, est apertè falsum; cùm sæpè pater cæcus generet filium videntem &c. Ad confirmationem dico. Illud peccatum, prout peccatum personale fuit Adamo remissum, non autem prout erat peccatum totius naturę: cùm pro tota natura humana pœnitentiã suã non potuerat satisfacere.

Obijciunt 3. Illud 2. Cor. 5. v. 10. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, sicut gessit, siue bonum siue malum.* Respon

spondeo cum S. Aug. lib. 6. contra Jul. c. 2. Infantes malè gessisse in Adamo. Vel potius Passum allatum loqui de adultis, & sic non est ad rem.

Obijciunt 4. Rom. 5. v. 19. Paulus scribit. *Per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi.* Si ergo multi, ergo non omnes. Respondeo, Apostolum ibi per *multos* intelligere *omnes*, uti patet ex versu antecedenti. *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem.* &c.

Obijciunt tandem 5. *Per unum hominem* Rom. 5. v. 12. *peccatum introiit*; ergo non intellexit Apostolus de peccato Originali, quod secundum nos contrahitur per generationem: hæc autem fieri nequit nisi inter marem & feminam. Respondeo 1. cum S. Aug. lib. 2. Hypog. Virum & feminam matrimonio junctos non esse duos, sed unum juxta illud Matt. 19. v. 6. *Non sunt duo, sed una caro.* Respondeo 2. Equè dici in Scriptura Eccles. 15. v. 33. *A muliere factum est initium peccati, & per illam omnes morimur.* Respondeo 3. Primariam causam peccati Originalis fuisse Adamum, Evam verò occasionariam porrigendo nimirum Adamo prohibitum fructum, & idè tanquam à capite Apostolus peccatum illud transfusum memorat ab Adamo, & non ab Eva.

Con-

Concludo itaque has meas Controversias verbis Zachariæ Prophetæ Luc. i. v. 79. jugiter ad Deum Patrem clamando: Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, ut agnoscant & Filium tuum, quem misisti Jesum Christum, ejusque dilectam Sponsam Ecclesiam: ut ita illuminati errorum suorum tenebras deponere velint & valeant, ac ex hac Ecclesia, ad illam, quæ primitivorum est, feliciter transire possint: quod Deus

T. O. M. ex infinita sua misericordia mihi  
& omnibus Christi fidelibus concedere dignetur.

A M E N.



IN.

# Index Locorum S. Scripturæ,



## I N D E X

Locorum S. Scripturæ, quæ in Quaestionibus explicantur.

### Ex Genesi.

- Cap. 1. v. 26.** *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Pag. 154.  
**v. 28.** *Crescite & multiplicamini.* 361.  
**3. v. 8.** *Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem.* 413.  
**v. 22.** *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum & malum.* 114.  
**13. v. 6.** *Credidit Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam.* 171.  
**21. v. 9.** *Vidit Sara ludentem Ismael cum Isaac.* 109.  
**28. v. 13.** *Dominum innixum scala.* 413.  
**49. v. 10.** *Non auferetur sceptrum... donec veniat qui mittendus est.* 147. 286. 488. & 490.

### Ex Exodo.

- Cap. 3. v. 2.** *Rubus ardebat in igne.* 116.  
**9. v. 16.** *Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam.* 201.  
**25. v. 18.** *Dixit Dominus ad Moysen: facies duos Cherubim aureos, & productiles.* 414.  
**29. v. 4.**

quæ in Quæstionibus explicantur.

29. v. 4. Non facies tibi sculptile, neque onem  
neto similitudinem . . . non adorabis ea ne-  
que coles. 418.

32. v. 6. Surrexerunt ludere. 109.

v. 28. Ceciderunt in die illa quasi viginti  
tria millia hominum. 148.

Ex Levitico.

Cap. 13. v. 11. Contaminabis itaque eum Sa-  
cerdos. 119.

20. v. 9. Qui maledixerit patri, matri-  
que, sanguis eius super eum. 253.

Ex Lib. Numer.

Cap. 21. v. 8. Fac serpentem anatum, & pone  
eum pro signo, qui percussus respexerit vi-  
ves. 413.

Ex Deuteron.

Cap. 4. v. 2. Non addetis ad verbum, quod vo-  
bis loquor, nec auferetis ex eo. 98. & 213.

7. v. 5. Aras eorum subvertite, & confringite  
statuas, lucosque succidite. 449.

12. v. 32. Quod precipio tibi, hoc tantum faci-  
cito Domino, nec addas quidquam, nec mi-  
nuas. 98. & 213.

30. v. 11. Mandatum hoc, quod ego precipio  
tibi hodie, non supra te est, neque procul pon-  
situm. 106.

Ex Libro I. Regum.

Cap. 26. v. 25. Faciens facies. 118.

Ex II. Regum.

Cap. 2. v. 14. Surgant pueri, & ludant. 109.  
3. v. 8.

## Index Locorum S. Scripturæ,

3. v. 8. Dominus locutus est ad David. 110.  
 26. v. 10. Dominus precepit Semei, ut malediceret David. 208.

24. v. 1. Commovit Dominus David dicentem: *Uade pueri Israel & Judam.* 208.

### Ex III. Regum.

Cap. 8. v. 39. Tu nosti solus cor omnium filiorum hominum. 400.

17. v. 1. Si erit his annis pluvia. 110.

### Ex II. Paralipom.

Cap. 19. v. 8. In Jerusalem quoque constituit Josaphat Levitas & Sacerdotes, & Principes familiarum. 445.

### Ex Tobia.

Cap. 4. v. 18. Panem tuum & vinum super sepulturam iusti constitue. 314.

5. v. 5. Ego sum Azarias Anania Magni filius. 153.

### Ex Esther.

Cap. 13. v. 12. Timui, ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quemquam adorarem excepto Deo. 390.

### Ex Psalmis.

Psal. 2. v. 7. Dixit Dominus ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. 497. & 502.

18. v. 5. In omnem terram exiit sonus eorum. 147.

v. 9. Preceptum Domini lucidum illuminans oculos. 104.

21. v. 7. Ego autem sum vermis, & non homo. 108.



que in Questionibus explicantur.

302. v. 8. *Federunt manus meas.* 147.  
 41. v. 11. *Sicut iuravi in ira mea, si introi-*  
*buis in requiem meam.* 111.  
 42. v. 12. *Sepulcra eorum domus illorum in*  
*perpetuum.* 153.  
 49. v. 15. *Invoca me in die tribulationis, &*  
*erua me.* 399.  
 57. v. 31. *Lucra feras arundinis, congrega-*  
*tio taurorum in vasis populorum.* 109.  
 77. v. 41. *Conversi sunt, & tentaverunt*  
*Deum.* 117.  
 86. v. 5. *Et homo natus est in ea.* 118.  
 95. v. 10. *Dominus regnavit.* 147.  
 106. v. 18. *Omnem escam abominata est ani-*  
*ma eorum.* 108.  
 109. v. 1. *Dixit Dominus Domino meo, sede*  
*à dextris meis.* 497. & 502.  
 113. v. 4. *Simulacra gentium argentum* 418.  
 115. v. 10. *Credidi propter quod locutus sum.*  
 107. & 108.  
 117. v. 8. *Botum est confidere in Domino,*  
*quàm confidere in homine.* 108.  
 118. v. 105. *Lucerna pedibus meis verbum*  
*tuum, & lumen semitis meis.* 104.  
 142. v. 2. *Non justificabitur in conspectu tuo*  
*omnis vivens.* 188.  
 144. v. 4. *Generatio & generatio laudabit o-*  
*pera tua.* 118.

Ex Proverbijs.

Cap. 16. v. 9. *Cor hominis disponit viam suam,*  
*sed Domini est dirigere gressus eius.* 207.

## Index Locorum S. Scripture.

- v. 24. Favus mellis composita verba. 209.  
20. v. 24. A Domina dirigitur gressus viri.  
quis autem hominum intelligere poterit  
viam suam? 207.  
28. v. 1. Cor regis in manu Domini. 209.  
27. v. 16. Sapientia cadit iustum, & resurget. 287.

## Ex Ecclesiaste.

- Cap. 1. v. 4. Terra autem in aeternum stat. 153.  
5. v. 3. Displicet enim et infidelis & stultus  
promissio. 338.  
7. v. 21. Non est enim justus homo in terra, qui  
faciat bonum; & non peccet. 188.  
11. v. 3. Si ceciderit lignum ad austrum, aut  
ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit,  
ibi erit. 300.  
v. 9. Latere ergo juvenis in adolescentia tua  
114.  
12. v. 13. Deum time, & mandata eius obser-  
va, hoc est enim omnis homo. 102.

## Ex Sapientia.

- Cap. 12. v. 15. Cum ergo sis justus, juste om-  
nia disponis, ipsum quoque qui non debet  
puniri, condemnas & c. 204.

## Ex Ecclesiastico.

- Cap. 21. v. 22. Erubescite a parente & a matre  
110.

## Ex Isaia.

- Cap. 1. v. 3. Cognovisti hoc prolepe Domini. 115.  
2. v. 2. Et, erit in necessitate dicitur prepara-  
tus mons Domini. 495.

quæ in Quæstionibus explicantur.

- V. 3. Et fluent ad eum omnes gentes. Non le-  
vabit gens contra gentem gladium. 495
37. 12. Et mulieres dominatae sunt eis. 117
5. 7. 9. Nisi domus deserta fuerint. 111.
4. 4. 6. Vocabitur nomen ejus admirabilis. 497. & 501.
22. 2. 6. Habitabit lupus cum agno, & par-  
dus cum hædo accubabit. 496
32. 5. 1. Confitebor tibi Domine, quoniam ira-  
stus es mihi. 1101
14. 4. 24. Furavit Dominus, si non ut puta-  
vi, ita erit. 1117
26. 4. 12. Omnia opera nostra operatus es Do-  
mine. 2072
63. 5. 161. Abraham nescivit nos, & Israel  
ignoravit nos. 400.
64. 4. 6. Et facti sumus, ut immundus omnes  
nos, & quasi pannus menstruata univer-  
sa justitia nostra. 187.

Ex Jeremia.

- Cap. 7. 4. 16. Tu ergo noli orare pro populo hoc,  
quia non exaudiam. 193.
10. 4. 23. Scio Domine, quia non est hominis  
via ejus. 207
25. 4. 1. Si steterint Moyses, & Samuel coram  
me, non est anima mea ad populum istum.  
407.

Ex Baruch.

- Cap. 6. 4. 3. Nunc autem videbitis in Baby-  
lonia deos aureos & argenteos, & lapideos  
& ligneos in humeris portari ostentantes  
Kk 2 metum

## Index Locorum S. Scripturæ,

metum gentibus.

418.

### Ex Ezechiele.

Cap. 14. v. 9. Ego Dominus decepi Prophetam illum. 208.

v. 14. Et si fuerint tres viri isti in medio ejus, Noe Daniel & Job, ipsi justitia sua liberabunt animas suas. 402.

18. v. 20. Filius non portabit iniquitatem patris. 506.

v. 21. Si impius egerit penitentiam, omnium iniquitatum ejus non recordabor. 287.

26. v. 14. Non edificaberis ultra. 114.

### Ex Daniele.

Cap. 9. v. 26. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus. 486.

### Ex Osea.

Cap. 6. v. 6. Misericordiam volui, & non sacrificium. 108.

### Ex Jona.

Cap. 3. v. 5. Adhuc quadraginta dies, & Nineve subvertetur. 148.

### Ex Libr. I. Machab.

Cap. 1. v. 21. Non est utile nobis relinquere legem. 108.

### Ex Evangelio S. Matth.

Cap. 4. v. 10. Dominum Deum tuum adoras, & illi soli servies. 389.

9. v. 31. Diffamaverunt Jesum in tota terra. 115.

21. v. 28. Venite qui laboratis & onerati estis, &

que in Questionibus explicantur.

- & ego reficiam vos. 399.  
 v. 30. Fugum meum suave est. 214.  
 23. v. 30. Sinite utraque crescere usque ad  
 messem. 438.  
 33. v. 11. Non quod intrat in os, coinquinat  
 hominem. 378.  
 36. v. 18. Tu es Petrus, & super hanc petram  
 edificabo Ecclesiam meam. 37.  
 v. 19. Tibi dabo claves regni cœlorum, & quod-  
 cunque ligaveris super terram, erit liga-  
 tum & in cœlis. 271.  
 39. v. 21. Non omnes capiunt verbum hoc 358.  
 40. v. 8. Cum serò factum esset, dicit Domi-  
 nus vineæ procuratori suo, vasa operarios,  
 & redde illis mercedem. 464.  
 42. v. 32. Non est Deus mortuorum sed viven-  
 tium. 409.  
 43. v. 4. Onera gravia & importabilia. 382.  
 45. v. 41. Discedite à me maledicti in ignem  
 æternum. 252.  
 46. v. 27. Bibite ex hoc omnes. 254.  
 v. 41. Spiritus quidem promptus est, caro autem  
 infirma. 283.  
 48. v. 20. Docete eos servare omnia, quacun-  
 que mandavi vobis. 213.  
 Ul. v. 19. Euntes ergo docete omnes gentes,  
 baptizantes eos. 225.

Ex Evangelio S. Marci.

- Cap. 7. v. 7. In vanum autem me colunt, do-  
 centes doctrinas, & precepta hominum 99.  
 26. v. 16. Qui crederit & baptizatus fue-  
 rit, salvus erit. K k 3 169.

Index Locorum S. Scripturæ,

Ex Evangelio S. Lucae.

- Cap. 7. v. 5. *Fides tua te saluum fecit.* 169.  
8. v. 50. *Crede tantum, & salua eris.* 169.  
11. v. 47. *Va vobis, qui adificatis monumenta  
Prophetarum.* 432.  
17. v. 18. *Cum feceritis omnia, qua precepta  
sunt vobis accite serui inuiciles sumus.* 186.  
19. v. 9. *Ait Iesus ad eum, quia hodie salus huic  
domui facta est.* 110.  
21. v. 33. *Calum & terra transibunt.* 153.  
22. v. 19. *Hoc est Corpus meum, quod pro vo-  
bis datur, hoc facite in meam commemo-  
rationem.* 254.  
v. 25. *Reges gentium dominantur eorum, vos  
autem non sic.* 350.

Ex Evangelio S. Joannis.

- Cap. 3. v. 14. *Sicut Moyses exaltavit serpen-  
tem in deserto, ita exaltari oportet filium  
hominis, ut omnis qui credit in ipso non  
pereat, sed habeat vitam aeternam.* 413.  
v. 16. *Qui credit in eum, non pereat, sed ha-  
beat vitam aeternam.* 169.  
5. v. 39. *Scrutamini Scripturas.* 131. 159.  
& 169.  
6. v. 50. *Ego sum panis viuus.* 150.  
v. 54. *Nisi manducaveritis carnem filij homi-  
nis, & biberitis eius Sanguinem, non ha-  
bebitis vitam in vobis.* 253.  
v. 64. *Spiritus est qui vivificat, caro autem  
non prodest quiaquam.* 242.  
10. v. 9. *Ego sum ostium.* 243.  
13. v. 1.

que in Quæstionibus explicantur.

13. v. 1. Ante diem festæ Pasche, sciens Jofus 477  
v. 2. Et Carnâ facta. 477.  
v. 3. Non laudabis mihi pedes in æternum. 124  
v. 14. Et vos debetis alteri alterius lavare  
pedes. 158. & 383.  
15. v. 1. Ego sum aqua viva. 243.  
v. 4. Sicut palmes non potest fructuum ferre à  
semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos,  
nisi in me manseritis. 187.  
v. 26. Cum venerit Paracletus, quem ego mit-  
tato vobis à Patre Spiritum veritatis, qui  
à Patre procedit. 101. 472.  
18. v. 22. Erat autem mane: & ipsi non intro-  
jerunt in præterium, ut non contamina-  
rentur, sed ut manducarent Pascha. 472.  
Ult. v. 25. Nec ipsum arbitror mundum ca-  
pere posse libros. 115.

Ex Actibus Apostolorum.

- Cap. 2. v. 24. Quæm Deus suscitavit solutus  
doloribus inferni. 468.  
v. 27. Non derelinques animam meam in in-  
ferno. 157.  
3. v. 6. Argentum & aurum non est mihi. 253.  
13. v. 26. Dormient & appositus est ad patres  
suos. 409.  
v. 29. In hoc tempore, qui credit, justificatur. 170  
15. v. 10. Quid tentatis Deum imponere ju-  
gum super cervices discipulorum, quod ne-  
que patres nostri, neque nos portare posui-  
mus. 181.  
27. v. 11. Quotidie scrutantes scripturas, si  
hac

Index Locorum S. Scripturae,

- haec ita se haberent.* 162.  
**Ex Epistola ad Romanos.**  
 Cap. 1. v. 17. *Iustus ex fide vivit.* 169.  
 3. v. 4. *Omnis autem homo mendax.* 72. &  
 163.  
 v. 24. *Iustificasti gratis per gratiam ipsius,*  
*per redemptionem, qua est in Christo Je-*  
*su.* 282.  
 v. 28. *Arbitramur hominem justificari per*  
*fidem sine operibus.* 170.  
 3. v. 12. *Per unum hominem peccatum introi-*  
*vit.* 505. & 508.  
 v. 19. *Per unius hominis inobedientiam pec-*  
*catores constituti sunt multi.* 502.  
 7. v. 18. *Velle quidem adjacet mihi, persistere*  
*autem non invenio.* 182.  
 v. 19. *Non enim quod volo bonum, hoc facio,*  
*sed quod nolo malum hoc facio.* 206.  
 8. v. 1. *Nihil ergo est damnationis ijs, qui*  
*sunt in Christo Jesu, qui non secundum car-*  
*nem ambulant.* 290.  
 v. 16. *Ipse enim Spiritus testimonium reddit*  
*Spiritui nostro, quod sumus filij Dei.* 172.  
 v. 18. *Non sunt condigna passiones huius tem-*  
*poris ad futuram gloriam.* 185.  
 v. 38. *Certus sum enim quia nequa mors*  
*poterit nos separare &c.* 176.  
 9. v. 11. *Cum enim nondum nati essent, aut*  
*aliquid boni aut mali existens.* 198.  
 v. 13. *Jacob dilexi, Esau autem odio habui.*  
 128. & 192.  
 v. 16.



que in *Questionibus* explicantur.

16. *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* 198. & 206.

20. *v. 13. Omnis enim, quicumque invocaverit nomen Domini salvus eris.* 399.

Ex Epistola I. ad Corinthios.

Cap. 1. *v. 30. Factus nobis iustitia.* 117.

3. *v. 12. Si quis superadificat super fundamentum hoc aurum, argentum.* 309.

5. *v. 12. Quid mihi est de ys, qui foris sunt iudicare.* 439.

7. *v. 2. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat.* 360.

v. 7. *Volo omnes vos esse, sicut me ipsum.* 359.

v. 9. *Melius est nubere, quam uri.* 359.

v. 14. *Nunc autem sancti sunt.* 227.

v. 23. *Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum.* 213.

8. *v. 2. Esca autem nos non commendat Deo.* 378.

9. *v. 5. Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi.* 151. & 368.

10. *v. 4. Petra autem erat Christus.* 243.

11. *v. 19. Nam oportet & hareses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* 438.

v. 23. *Hoc facite quotiescunque biberitis in meam commemorationem.* 255.

v. 26. *Quotiescunque enim manducabitis panem hunc.* 247.

12. *v. 2. Ad similitudinem euntes.* 108.

14. *v. 14. Nam si orem linguâ, spiritus meus erat.* Kk 5 134. & 135.

Index Locorum S. Scripturæ,

25. v. 51. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. 142.

Ex Epistola II. ad Corinth.

Cap. 4. v. 3. Quod si autem operum est Evangelium nostrum, in us qui percutiunt est operum. 106.

v. 17. Momentaneum & leve tribulationis nostra aeternum gloria pondus operatur in nobis. 186.

5. v. 10. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propriam corporis, sicut gessit, sive bonum sive malum. 507.

5. v. 23. Sive pro Tito, sive fratres nostri. 107.

9 v. 6. Nam est imperitus sermone. 146.

Ex Epistola ad Galatas.

Cap. 1. v. 8. Licet nos aut Angelus de Cælo evangelizet vobis praterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. 8. & 99.

2. v. 11. Cum autem venisset, Cephas Antiochiam in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. 42.

3. v. 10. Quicumque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. 182.

v. 19. Ordinata per Angelos in manu mediatoris. 400.

Ex

que in Questionibus explicantur.

## Ex Epistola ad Ephesios.

- Cap. 1. v. 11. Qui operatur omnia secundum  
consilium voluntatis suae. 207.
2. v. 8. & 9. Gratiâ enim salvati estis per fi-  
dem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum  
est, non ex operibus. 170.
4. v. 11. Et ipse dedit quosdam quidem Apo-  
stolos, quosdam autem Prophetas. 35. 127.
- v. 16. Christus est Caput Ecclesia. 34.

## Ex Epistola ad Colossenses.

- Cap. 2. v. 8. Videte ne quis vos decipiat per Phi-  
losophiâ secundam traditionem homi-  
num. 99.
- v. 13. Et vos cum mortui essetis in delictis, &  
præputio carnis vestra, convivificavit  
cum illo, donans vobis omnia delicta, de-  
lens chirographum decreti. 287.
- v. 14. Fratres stete, & tenete traditiones. 93. & 150.
- v. 18. Nemo vos seducat volens in humilitate  
& religione Angelorum. 401.
- v. 23. Rationem quidem habentia sapientia  
in superstitione & humilitate, & non ad  
parcendum corpori, non in honore aliquo ad  
saturitatem carnis. 350.

## Ex II. ad Thessalonic.

- Cap. 2. v. 4. Et extollitur supra omne, quod  
dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in  
templo Dei sedeat. 54.

EX

**Index Locorum S. Scripturæ;**

**Ex Epist. I. ad Timoth.**

- Cap. 1. v. 9. *Lex iusto non est posita.* 219.  
v. 17. *Soli Deo honor & Gloria.* 389.  
v. 19. *Quidam circa fidem naufragarunt.* 171.  
2. v. 5. *Unus est mediator Dei, & hominum  
Homo Christus Jesus.* 400.  
4. v. 1. & 3. *In novissimis temporibus disce-  
dent quidam à fide, attendentes spiritibus  
erroris, & doctrinis demoniorum. --- pra-  
hibentium nubere, abstinere à cibis &c.*  
364 & 378.

**Ex II. ad Timoth.**

- Cap. 3. v. 16. *Omnis Scriptura divinitus in-  
spirata utilis est ad docendum.* 200.

**Ex Epist. ad Titum.**

- Cap. 1. v. 5. *Et constituas per civitates pres-  
byteros.* 296.  
v. 6. *Unius uxoris vir.* 362.  
2. v. 10. *Hæreticum hominem post unam & se-  
cundam correptionem evita.* 437.

**Ex Epist. ad Hebræos.**

- Cap. 4. v. 16. *Adeamus ergo cum fiducia ad  
Thronum gratia, ut misericordiam conse-  
quamur.* 399.  
9. v. 22. *Sine sanguinis effusione non fit re-  
missio.* 268.  
10. v. 10. *Sanctificati sumus per oblationem  
Corporis Christi semel.* 267.  
v. 14. *Una oblatione consummavit in sempi-  
ternum sanctificatos.* 267.  
12. v. 17. *Non invenis penitentiæ locum,  
quam*

quæ in Questionibus explicantur.

quamquam cum lacrymis inquisisset. 194.  
23. v. 4. Honorabile somnium in omnibus.

150

v. 10. Habemus altare, de quo edere potestatem non habent, qui tabernaculo deserviunt. 261.

v. 17. Ipsi enim pervigilant. 219.

Ex Epist. S. Jacobi.

Cap. 3. v. 2. Ite multis offendimus omnes. 183.

5. v. 16. Confitemini alterutrum peccata vestra. 279.

Ex Epist. I. S. Petri.

Cap. 1. v. 18. Redempti estis de vana conversatione paterna traditionis. 99.

2. v. 9. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. 302.

v. 23. Tradidit autem iudicantis se iniuste. 349.

3. v. 13. Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylon collecta. 46.

Ex Epistola I. S. Joannis.

Cap. 2. v. 1. Apud Patrem advocatum habemus Jesum. 400.

v. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum &c. 289.

v. 8. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. 188.

3. v. 14. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres,

176.

5. v. 7.

## Index Locorum S. Scripturæ ;

3. v. 7. *Tres sunt qui testimonium dant in Cæ-  
lo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus.  
& hi tres unum sunt.* 154.

v. 19. *Scimus, quoniam ex Deo sumus.* 276.

### Ex Apocalypsi.

Cap. 1. v. 17. *Ego sum primus & novissimus &  
vivus, & fui mortuus, & ecce sum v. 18.  
vivens.* 391.

6. v. 9. *Vidi subtus Altare animas interfe-  
torum propter Verbum Dei.* 463.

19. v. 10. *Vide ne feceris, conservus tuus sum,  
Deum adorans.* 65. & 391.

20. v. 6. *Beatus & Sanctus, qui habet partem  
in prima resurrectione in his secunda  
mors non habet potestatem. & regnabunt  
cum illo mille annos.* 463.

## I N D E X

### Rerum Notabilium.

#### A

Abstinencia à carne est fundata in Sacra Scrip-  
tura, & usu antiquo S. Ecclesie. pag. 376

Agnorum cereorum benedictio horrendè im-  
pugnatur à Vergerio Apostata. 339.

Animæ justæ post mortem immediatè fruuntur  
visione Dei. 460. & seq.

Anni Solares & Lunares inter se differunt. 493.

Aquæ lustralis usus antiquus. 336.

Arbitrium vide liberum arbitrium.

Averrois celeberrimi Philosophi opinio de Reli-  
gione

**Index Rerum Notabilium**

- Agitione Christiana, Hebraica, & Saracena.** 247.
- Azymus panis; vide Eucharistia.** 247.
- B.**
- Baptismus est primum Sacramentum omnibus ad salutem necessarius.** 223. & seq.
- In extrema necessitate etiam a feminis administrari potest.** 228.
- Est necessarius etiam parvulis usu rationis carentibus ad acquirendam salutem.** 224. & seq.
- Infantes nati a parentibus fidelibus sine Baptismo decedentes non salvantur; vocantur Sancti; & quomodo.** 227.
- Baptismi Ceremoniae & Exorcismus jam in primitiva Ecclesia in usu fuerunt.** 229. & seq.
- Benedictionum usus antiquus & Sanctus.** 335. & 191.
- Biblia, quid sit verum Verbum Dei non cognoscimus ex sola Scriptura.** 195.
- Vide Scriptura.**
- C.**
- Ceremoniae Ecclesiasticae Sanctae sunt.** 26. & seq.
- Calvinus quales habeat.** 325. & 326.
- Carnes manducare; vide abstinentia.**
- Cantus Ecclesiasticus convenit, ut fiat lingua vulgari.** 135.
- Christus est verus Deus.** 480. 497. & seq.
- Est verus promissus Messias; jamque in Mundum venit.** 485. & seq.
- Coelibatus Clericorum fundatur in Sacra Scriptura,**

## *Index Rerum Memorabilium*

- ptura, iustissime ab Ecclesia Ecclesiasticis im-  
positus est. 353. & seq.
- Communione dare Laicis sub utraque specie  
minimè est præceptam divinum. 250. & seq.
- Veritas speciei usos antiquissimus. 252.
- Concilia quid, & quotaplicia. 73. & 74.
- Unde suam originem habent. 74.
- Quot sint Oecumenica. 75. & seq.
- Quaedam sunt Concilia partim approbata, par-  
tim reprobata. 81. 83. & seq.
- Eorum convocatio spectat ad Summum Pon-  
tificem: qui est supra Concilia etiam. 87.  
88. & 90.
- Non possunt errare. 89.
- Concilia generalia approbata à Summis Ponti-  
ficibus decidunt Controversias Fidei. 89.  
& 161.
- Confessio articularis, vide Poenitentia.
- Confirmatio est Sacramentum, ejusque  
Minister Ordinarius est solus Episcopus. 230.  
& 236.
- In illa conferuntur tria. 233.
- Absque illa Christiani veri dicendi sunt Chri-  
stiani. 235.
- Constantinopolis capta à Turcis. 470.
- Constitutiones. vide Leges.
- Controversiæ fidei non deciduntur ex sola Scri-  
ptura. 152. & seq.
- Minus earum Judex potest esse privata illumi-  
natio uniuscujusque. 161. & seq.
- Bene autem est Summus Pontifex ex cathedra  
loquens. 161. & seq.



*Index Rerum Notabilium.*

Crucis obsignatio antiquissima. 328. I  
 Cultus variæ species. 385. I  
 Qualis defertur signo Crucis, ac SS. Imagini-  
 bus: vide Imago.

**D.**

Dæmon per Exorcismos expellitur. 229. I  
 333. & seq.  
 Non tamen semper in quibusdam. 334. I  
 Deus quomodo dicatur obdurare, excruciare &  
 decipere. 193. 194. 200. I  
 Non est author peccati. 218.  
 Duplici modo se habet circa peccatorem. 200. I

**E.**

Ecclesia vera varias notas habet, ex quibus cog-  
 nosci potest. 2.  
 Non potest errare. 25. & seq. I  
 Est excellentior Synagoga. 28. & seq. I  
 Eius regimen est Monarchicum. 33. I  
 In ea sunt boni & mali. 14. & 15.  
 Post Christi mortem in terris remansit penes  
 D. Petrum. 37. & seq. I  
 Et deinde successivè penes Summos Pontifices  
 Romanos. 51. I  
 Ecclesie veri Ministri minimè fuerunt Lutherus  
 & Calvinus. 448. & seq. I  
 Quiaam veri sint Ministri. 448. & 450. I  
 Ecclesie Caput non potest esse Princeps Sæcu-  
 laris. vide Princeps.  
 Ecclesiastici merito eximuntur à jurisdictione  
 Sæculari. 370. & seq. I  
 Eorum

*Index Rerum Notabilium.*

- Eorum numerus an reprehensibilis. 368. & seq.  
Erasmus Rotterodamus verus mus. 344.  
Epitaphia Calvinii duo. 410. & 411.  
Epitaphium Hadriani Papae compos: à Carlom. 421.  
Evangelia vtra non sunt nisi quatuor. 143.  
Eucharistia verè & propriè continet Corpus Christi. 240.  
Post consecrationem non amplius in ea est panis sed tantum species panis. 247.  
In Eucharistia Corpus Christi vocatur panis. 247.  
Licetè in processione circumfertur. 247. & seq.  
Debet adorari. 247. & seq.  
Conficitur tam in pane fermentato, quàm in Azymo. 475.  
In fermentato aliquando etiàm Ecclesia Latina consecravit. 475.  
Laicis sub una sola specie datur, vide Communio.  
De tempore institutionis varia opinio. 477.  
Exorcismi effectus & usus vide Daemon. & Baptismi Ceremonie.  
Extrema Unctio est Verum Sacramentum. 291. & seq.  
Extrema Unctio non confert semper salutem corporalem. 294.  
Administratur solàm graviter decumbentibus. 295.  
Ejus solus Minister est Sacerdos. 296.

## **Index Hereticorum Absolutionum**

### **F.**

- Fides quid sit.** 166.  
**Ea sola non sufficit ad salutem.** 165. & seq.  
**Fidei Symbolum credere non juvat ad salutem,**  
**nisi debito modo id credatur.** 22.  
**Fidei articulorum distinctio in essentielles & ac-**  
**cidentales inutilis est, & erronea.** 23.  
**Fides vera non est affirmata.** 21.  
**Non quilibet in sua fide salvari potest.** 21.

### **G.**

- Gratiae actualis duplex officium.** 208.  
**Gratia sufficiens quid sit.** 189.  
**Illam Deus dat omnibus, etiam paganis, & par-**  
**vulis sine Baptismo decedentibus.** 198. & seq.

### **H.**

- Heretici nulla miracula facere potuerunt.** 15.  
**Sunt superbi & vehementes in arguendis Sum-**  
**mis Pontificibus.** 62.  
**Possunt puniri morte ob haeresim.** 436. & seq.  
**Hebdomadarum varium genus.** 492.  
**Hieronymo Pragensi & Hussio in causa mortis**  
**eorum nulla fuit facta injustitia.** 440.  
**Heretici sunt minus devoti & morigeri Catho-**  
**licis.** 12. & seq.

### **I.**

- Idolum distinguitur ab imagine.** 423.  
**Jejunium Calvinii alienum est à nostro jejunio.** 373.  
**Imago alicujus tripliciter fieri potest.** 412.  
**Imagines Sanctorum, uti & S. Crucem in hono-**  
**re habuit Concilium Nicenum; 411. & 424.**  
**L 1 a** **Fie-**

*Index Rerum Notabilium.*

Eisdem, & signanter Cruci Imperator Constantinus M. honorem detulit. 414.

Indulgentiæ originem suam habent ex meritis Christi & Sanctorum. 321.

Earumque nomen fundatur in Sacra Scriptura. 323.

Joannes Baptistæ cur miracula non fecit. 183.

Jurisdictio Ecclesiastica est duplex. 441. & 442.

Justificationis suæ certitudinem nullus sine revelatione Dei habere potest. 173. & seq.

Ex sententia contraria pessima sequuntur sequela. 175.

Dantur tamen quædam signa conjecturalia 177.

Lex divina est observabilis. 179. & seq.

Leges humane obligare possunt subditos in conscientia. 211. & seq.

Leges Pontificiæ non sunt tam graves, ut fuerunt Moysicæ. 214.

Libertas est triplicis generis. 210.

Liberum arbitrium habet homo tam in actionibus naturalibus, quam moralibus. 204. & seq.

Libri Canonici, vide Scriptura. 210.

Limbus Patrum est locus subterraneus, & ad eum Christus post mortem descendit. 461.

466. & seq.

**M.**

Manuum impositio duplex. 231.

Matrimonium est verum Sacramentum. 303. & seq.

*Index Rerum Notabilium.*

<b>Es</b> indissolubile.	305.
<b>Quæ</b> Sanctificatio in illo.	305.
<b>Meritum</b> dividitur dupliciter.	183. & 184.
<b>Varia</b> ad illud requiruntur.	184.
<b>Melchisedech</b> verum Sacrificium obtulit.	262.
<b>Messias</b> vide Christus.	
<b>Ministrorum</b> Lutheri & Calvini vocationis & Missio vide Ecclesie Ministri.	7
<b>Miracula</b> vera sunt signa vera fidei, & sunt magni faciendæ.	15.
<b>Hæretici</b> nulla facere potuerunt, vide Hæretici.	
<b>Missæ</b> est verum Sacrificium.	258. & seq.
<b>Missæ</b> Apostolorum duplex.	44.
<b>Missio</b> Ministrorum Ecclesie est duplex.	448.
<b>Negarius</b> quis fuerit, & qualem confessionem prohibuerit.	276.
<b>O.</b>	
<b>Operum</b> bonorum est genus duplex.	170.
<b>Illis</b> meremur vitam æternam.	184.
<b>Non</b> omnia opera hominum sunt peccata.	179.
<b>O.</b>	188.
<b>Ordo</b> est verum sacramentum, ejusque sunt variae species.	299. & seq.
<b>Ordines</b> Religios. vide Religiosi.	
<b>Originale</b> peccatum, vide peccatum.	
<b>P.</b>	
<b>Papa</b> est caput Ecclesie.	51.
<b>Ipsi</b> pedum deosculatio laudabilis.	63. & 64.
<b>Prosternit</b> se ad pedes confessoris, ut alij penitentes & peccatores.	65.

*Index harum Notabilium:*

Defert Thiaram.	68.
Non est Antichristus.	54.
Nec ullas fuit foemina.	54.
Est infallibilis in materia fidei & morum aliquid ex cathedra proponens.	70. 71.
Repræsentat duplicem personam.	68.
Ei convenit Titulus Universalis.	58.
Vocat se Servum Servorum Dei, & cur.	59.
Titulum illum Calvinus traducit, & ignominio- se exponit.	59.
Papistæ nomen quid significet.	18.
Peccatum Originale transfunditur in omnes posteror Adæ.	504. & seq.
Peccatum includit duo.	282.
Circa peccatorem quomodo Deus se habet.	200.
Peregrinationes sunt opera Deo grata, & ad amorem ipsius excitativa.	336. & 337.
Petrus Romæ Ecclesiam fundavit, & Martyrius ibidem coronatus fuit.	46. & seq.
Pluribus annis Romæ fuit, non tamen conti- nuè.	50.
Pœnitentia est Sacramentum.	270. & seq.
Illud non instituit Summus Pontifex Innocentius III. annuam Confessionem præci- piendo.	278.
Hæc non facit peccatores ad peccandum au- daciores.	275.
Ejus pars est Satisfactio vide Satisfactio.	
In quo consistit absolutio.	281.
Præcepta Ecclesiæ non sunt importabilia.	24.
Prædestinatio seu reprobatio ad poenam non fit	

## *Index Rerum Notabilium.*

- Ne nisi ratione demeritorum. 197.  
Discutitur dilemma commune, quod in hac  
materia à Libertinis & Mahumetanis fit. 202  
Presbyter quid significet. 296.  
Princeps Sæcularis nequit esse Caput Ecclesiæ.  
242. & seq.  
Quale eorum Officium. 444. & 447.  
Principes impudenter tractantur à Luthero &  
Calvino. 216.  
Processionum usus Sanctus & antiquus. 338.  
Purgatorium est locus subterraneus, in quo a-  
nimæ purgantur. 465.  
Ejus doctrina Catholica. 308. & seq.  
**Q.**  
Quadragesima; vide abstinencia à carne  
Ejus observantiam desumpsit Ecclesia ab exem-  
plo Christi. 373. 380. & seq.  
**R.**  
Regiminis variæ species. 32.  
Reprehensio dupliciter fieri potest. 43.  
Reprobatio vide Prædestinatio.  
Religiosi, quod aliqui sint mali, non ideò om-  
nes pari censurâ feriri debent & possunt.  
347. & seq.  
Differentia inter Religionem florentem & pe-  
ne collapsam. 350.  
Quæ utilitas in Religiosis Ordinibus. 352. &  
357.  
Reliquiæ Sanctorum sunt honore dignæ. 427.  
& seq.  
Et quænam. 426. & 427.  
Eas

*Index Rerum Notabilium.*

Eas exornare gemmis & auro laudabile. 430.

S.

Sacerdotum exemptio & multitudo, vide Ecclesiasticorum exemptio & numerus.

• Non omnes Fideles sunt Sacerdotes. 302.

• Sacrificium aliquod semper in Ecclesia fuit. 260.

• Salvus conductus quid sit. 419.

• Sanctorum & Dei cultus inter se differunt. 386.

• Sancti sunt honore digni. 387. & seq.

• Ipsorum invocatio est utilis. 393. & seq.

• Audiunt preces nostras. 397. 406.

• Orant pro nobis in Coelis. 403. & seq.

• Curam de nobis gerunt. 406.

• Non sunt vocandi mortui. 409.

• Sathanæ nomen, quid significat. 44.

• Satisfacere debemus pro peccatis operibus poen-

nalibus. 283. & seq.

• Scriptura Sacra non est clara. 102.

• Ejus sensus est varius, & multoties obscurus.

103. & seq.

• Ut debite intelligatur varia requiruntur. 119.

• Ejus Lectio non est prohibita omnibus, sed qui-

busdam tantum. 121. & seq.

• Ejus libri Canonici quales sint. 137. & 139.

• Sectarii plures expunxerunt. 137.

• Quænam Scriptura authentica, vide infra de

vulgata nostra. 139.

• Librorum Canonice duplex genus. 142.

• Scriptura Hebraica est corrupta. 146. & seq.

• Versio Septuaginta duorum, uti & Græca quos-

dam habet errores. 148.

• Vulg.



*Index Rerum Notabilium.*

- Vulgata nostra correctior omnium. 139. & seq.  
Sectariorum versio variè corrupta. 149. &  
150.  
In Scriptura non continentur omnia, quæ cre-  
duntur, etiam à Sectarijs. 95. 96. 100. & 101.  
Ea sola non potest decidere Quæstiones  
Controversiarum. vide Controversiæ.  
Neque Spiritus privatus, vti illuminatio inter-  
na vide ibidem.  
Sephora Moysis, uxor injustè à Calvino re-  
prehenditur. 228.  
Spiritus Sanctus est Deus. 480.  
Procedit à Patre & Filio. 470. & seq.  
Symbolum fidei quid sit. 22.  
Quomodo illud sufficiens intelligitur ad Salu-  
tem. vide Fidei Symbolum.  
T.  
Targum quid sit, & ejus authoritatis. 489.  
Traditiones quid & quotuplices sint. 95.  
Trinitas in Divinis quò ad Personas omnino sta-  
tuenda, & credenda. 479. & seq.  
V.  
Vicarium inter & Successorem est differentia. 266.  
Virginitatem vovere sine temeritate possumus. 344.  
Vide etiam sub nomine Cœlibatûs.  
Virginitas quibus modis conservatur. 360.  
Vota Religiosorum, & aliorum debitè facta  
sunt Sancta. 341.  
Vota Deo facta debito modo omnino obligant,  
342. & seq.

## Errores Typographi

### Menda, emenda.

Pag. 11. cum, eum. pag. 12. avvo, avro. pag. 15. miracua, miracula. pag. 16. fuerunt, fuerunt. pag. 18. fol. 35. 6. pag. 38. fundamentum, fundamentum. pag. 59. meledictione, maledictione, pag. 74. er, â. pag. 95. subsistentis, subsistentis. pag. 170. charitat, charitas: pag. 172. signamanter, signater. pag. 211. Domiuo, Domino. pag. 230. Doctore, Doctores. pag. 292. Ecclestz, Ecclesie. pag. 319. superpruunt, superstruunt. pag. 319. præcibus, præcipuis. pag. 319. minoristus, minoribus. pag. 319. gratiu gratiâ. pag. 252. quilibet, quilibet. pag. 366. actur, habetur. pag. 382. instrueus instruens. pag. 425. pag. 448. requiruntur, requiruntur. pag. 467. debuerunt. pag. 495. monitum, montium. pag. Peccatores, Peccatores.





















60, 61



